

*ch' i' ho veduto tutto il verno prima
lo prun mostrarsi rigido e feroce,
poscia portar la rosa in su la cima;*

DANTE, PARADISO, XIII

TUTTE LE OPERE
DI
GIOVANNI BOCCACCIO

A CURA DI
VITTORE BRANCA



ARNOLDO MONDADORI EDITORE

TUTTI I DIRITTI RISERVATI
© 1998 ARNOLDO MONDADORI EDITORE S.P.A., MILANO

I Edizione: Novembre 1998

Tutte le opere di
GIOVANNI BOCCACCIO

I

CACCIA DI DIANA - FILOCOLO

II

FILOSTRATO - TESEIDA DELLE NOZZE DI EMILIA
COMEDIA DELLE NINFE FIORENTINE

III

AMOROSA VISIONE
NINFALE FIESOLANO - VITA DI DANTE

IV

DECAMERON

V

Tomo I

RIME - CARMINA - EPISTOLE E LETTERE
VITE - DE CANARIA

Tomo II

ELEGIA DI MADONNA FIAMMETTA
CORBACCIO - BUCCOLICUM CARMEN
CONSOLATORIA A PINO DE' ROSSI
ALLEGORIA MITOLOGICA

VI

ESPOSIZIONI SOPRA LA COMEDIA DI DANTE

VII-VIII

GENEALOGIE DEORUM GENTILIUM
DE MONTIBUS, SILVIS, FONTIBUS, LACUBUS,
FLUMINIBUS, STAGNIS SEU PALUDIBUS,
DE DIVERSIS NOMINIBUS MARIS

IX

DE CASIBUS VIRORUM ILLUSTRUM

X

DE MULIERIBUS CLARIS

*Alla memoria di Arnaldo Mondadori
che intuì l'importanza di questo primo "Tutto Boccaccio"
e autorevolmente lo avviò;
e alla generosa sensibilità
di Marcello Dell'Utri e di Gianni Ferrari
che tenacemente e liberalmente
tra le più grandi difficoltà
l'hanno voluto portare a compimento,
desidero sia dedicato questo volume conclusivo.*

VITTORE BRANCA

VOLUME SETTIMO-OTTAVO
TOMO SECONDO

Genealogie deorum gentiliū secundum Iohannem Boccacium de Certaldo liber duodecimus incipit feliciter.

In arbore precedenti, cuius in radice positus est Iuppiter tertius, describuntur in ramis et frondibus posteritates octo filiorum Iovis predicti, scilicet Tantalī, Dyonisiī, Persei, Aonis, Eaci, Pilumni, Mercurii et Vulcani.

Prohemium.

I Si post longum predestinati agri discursum, rex illustris, etsi iter in finem non venerit, conceditur aurige discreto anhelos equos curru dimovere, et illos aliquantisper vagos exonerare vesicam permictere, et recenti fluvio atque florido recreari prato, dum ipse apud mercennarium hospitem potu sibimet parcat et somno; et aratori instructo, quanquam omnis ager vomere scissus non sit, parte adhuc diei superstite, iugo boves solvere, et in quietem et pascua ire permictere, dum ipse, leni blandiente aura, fusca sub nemorum umbra, iam satur cantu rudi duos conatur oblivisci labores; nec non et egregio bellorum duci, posito in finem certaminis itum non sit, fessos et sanguine graves, dato signo, revocare milites, ut et a periculo cladis retrahat, et, restauratis ocio viribus, eos alias in hostes acriores inmicat, quis michi non esse fas dicet, esto in finem numerose prolis Cretensis Iovis non venerim, parte tamen maxima recita-

Inizia felicemente il dodicesimo libro delle Genealogie deorum gentiliū di Giovanni Boccaccio di Certaldo.

Nell'albero precedente, nelle cui radici è posto il terzo Giove, sono descritte nei rami e nelle foglie le successioni di otto figli del predetto Giove, cioè Tantalò, Dioniso, Perseo, Aone, Eaco, Pilumno, Mercurio e Vulcano.

Proemio.

I Se dopo una lunga corsa in un territorio predeterminato, illustre re, si concede all'auriga prudente – benché il viaggio non sia giunto alla fine – di staccare i cavalli ansimanti dal cocchio e permettere ad essi, sciolti per un certo tempo, di alleggerire la vescica e di ristorarsi a un fiume vicino o ad un fresco prato, mentre egli si concede una bevuta e un sonno presso un ospite pagato; e se ad un agricoltore provveduto si consente – benché tutto il campo non sia stato smosso dal vomere e resti ancora da passare una parte del giorno – di sciogliere i buoi dal giogo e di permettere loro di riposare e pascolare, mentre egli, carezzato dalla brezza leggera, sotto l'ombra scura dei boschi, ormai sazio, tenta di dimenticare con un rozzo canto le dure fatiche; e se ancora a un capitano famoso in guerra – sebbene non si sia giunti alla fine della battaglia – si concede di richiamare, dando un segnale, i soldati stanchi e coperti di sangue, e per sottrarli al pericolo di una strage e per mandarli altra volta, restaurate nell'ozio le forze, più gagliardi contro i nemici; se dunque tutto ciò può accadere, chi dirà che a me non sia lecito, sebbene non sia

2 ta, subsistere paululum, et, quasi ad certam venerim metham, respiscere? Nemo arbitror iuste. Morem igitur aliorum secutus, non aliter quam si in certum et insignem terminum devenissem, labore attritus in Auxonicum litus, quamvis importuosum, substiti, arbitratus insuper quod brevioribus distinguitur signis, facilius intellectu capitur, et tenacius memorie commendatur. Ibidem dum non fessos oculos in circuitu ducerem, cepi veterum prospectare vestigia rerum. Hinc enim veteres Cume, Calchidiensium opus, Dedali templum, et Meseni tumulus, atque Iulie aque admiratione tenebant animum, et ex opposito Ynarime, vetus symiarum hospitium, et ex Inarime excussa Prochita distrahebant. Sic sonantes revolutionibus estuantium fluminum Vulturii fauces atque Lyris, Fucini nebule et Linterni paludes, exilio et morte amplissimi viri primi Africani nobilitate; et in conspectu fere M. Scauri villula, suo adhuc insignis nomine, atque Formiarum fere deleta vestigia, et longiuscule in radicibus montium Calenus, Stelenates,¹ atque Campanus, agri mira fertilitate conspicui, et super eminentia agris oppida Suessa, Theanum, Sidicinum, Casilinum, Thelesie, et alia plura tam Romanorum operum quam Cartaginensium monumenta; nec non et multa, quarum longa magis quam utilis huic operi esset hystoria. O quam letabar animo Ytaliam meam videre claris operibus, non tantum equasse, sed loquacem superasse Greciam! Verum cum iam, brevi quiete recreatus, animus vires in laborem promicteret, reintravi volens mare velivolium, et in Frigiam usque devectus, sumpsi animum Tantali aliorumque quorundam ex filiis Iovis prolem exquirere atque describere. Quod ut peragam, Ille faciat, precor, qui ad ictum virge servitoris sui Moysi sitiienti populo aquas affluenter emisit ex rupe.²

giunto alla fine della numerosa discendenza di Giove Cretese – ma avendone esposta la più gran parte – riposare alquanto e riprendere animo, quasi sia giunto vicino ad una meta certa? Nessuno, credo, a ragione potrà affermarlo. Seguendo dunque l'uso di altri, non diversamente che se fossi pervenuto ad un termine certo e ben distinto, logoro di fatica, mi fermai sul lido italico, benché privo di porti, considerando anche che ciò che si distingue con più brevi segni, più facilmente si capisce e più tenacemente si affida alla memoria. Ivi, mentre giravo attorno gli occhi non stanchi, cominciai a guardare le vestigia dei monumenti antichi. Da una parte infatti l'antica Cuma, fondata dai Calcidesi, e il tempio di Dedalo e il sepolcro di Miseno e le acque Giulie occupavano con meraviglia il mio animo; e dall'altra Ischia, antico ospizio delle scimmie, e Procida, staccata da Ischia, mi attiravano. Così anche le foci del Volturno, riso- nanti per i gorgi delle correnti agitate e il Liri, le nebbie del Fucino, le paludi del Linterno, rese famose dall'esilio e dalla morte del primo grande Africano; e, quasi di fronte, la villetta di M. Scauro, ancora oggi famosa per il suo nome e le vestigia quasi cancellate di Formia e, più lontano, ai piedi dei monti, il territorio di Calvi, il campo Stellato e di Capua, notevoli per mirabile fertilità; e, sovrastanti quei territori, le città di Sessa Aurunca e di Teano dei Sidicini, e di Casilino [oggi Capua] e di Telesie (nel Sannio) ed altri molti monumenti delle opere romane e cartaginesi; e ancora molti altri luoghi, la storia dei quali sarebbe più lunga che utile a questa mia opera. Oh come mi allietavo nell'animo a vedere che la mia Italia, non solo aveva eguagliato, ma anzi superato la loquace Grecia per opere famose! Ma poiché ormai l'animo, ricreato dal breve riposo, prometteva nuove forze alla mia fatica, ripresi volentieri il mare, solcato dalle celeri navi e, trasportato fino alla Frigia, presi coraggio a cercare di descrivere la discendenza di Tantalò e di alcuni altri figli di Giove. Prego che mi faccia condurre a termine il mio progetto Colui che, al colpo di verga del suo servo Mosè, fece scaturire dalla roccia le acque al popolo assetato.

I. *De Tantalò, XXX° Iovis filio, qui genuit Niobem et Pelopem.*

1 Tantalus, ut dicit Lactantius,³ filius fuit Iovis ex Plote nympha susceptus. Hunc dicit Eusebius⁴ Frigum fuisse regem, regnante Erichtheo Athenis. Et huic ob raptum Ganimedem bellum fuit adversus Troium Dardanie regem et Ganimedis patrem. Volunt preterea hunc deos in convivio habuisse, eis que ut experientiam deitatis eorum assumeret, occiso filio, illum membratim discerptum coctumque apposuisse comedendum. Qui, cum abhorruissent cibum, non solum abstinuere, sed, collectis in unum membris, puerum in formam pristinam reducere, et revocata per Mercurium ab inferis anima, eam illi restituere. Sane cum adverterent humerum deesse puero, quem devoraverat Ceres, loco consumpti eburneum refecerunt. Tantalum autem deicere ad inferos talique damnare supplicio, ut fluvio ad os usque demersus siti vexaretur assidua, et dum os forte declinaret in potum, aque fluminis etiam declinarent in tantum ne illas posset contingere. Desuper autem arbores pomis onustas addidere, que ad os eius usque descenderent, ipse tamen ingenti et continua percitus fame, dum illa carpere conaretur, se tam diu extollerent, quam ipse diu ut contingeret laboraret. Et sic factum est ut inter poma et aquas
2
3 positus fame sitique vivens depereat infelix homo. Nunc quid ex his sentiendum sit advertendum. Et concessio eum Iovis fuisse filium, seu verum, seu ob aliquam similitudinem attributum; et que ad Ganimedem spectant, ubi de Ganimede posita sint,⁵ dico eum ob id diis filium apposuisse dictum, quia cum avarissimus homo fuerit, et rem domesticam plurimum augere curaverit, frumenta, ex quibus popularem exhauriebat pecuniam, non aliter quam filium diligebat, que tunc diis apposuit dum cultis agris iniicit. Iniecta quidem sulcis in conspectu superiorum corporum sunt, que, eisdem agentibus superis, in frugem venientia pristinam reassumunt formam. Verum humerus, id est semen devoratus a Cerere, id est a terra consumptus, eburneus restauratur, dum in crescente segete nutrimenti ro-

I. *Tantalò, trentesimo figlio di Giove che generò Niobe e Pelope.*

Tantalò – come dice Lattanzio – fu figlio di Giove, avuto
1 dalla ninfa Plotide. Dice Eusebio che fu re dei Frigi, mentre in Atene regnava Eriteo. Ebbe guerra contro Tros, re di Troia, per il rapimento di Ganimede, suo figlio. Dicono inoltre che questi ricevette a banchetto gli dei, ai quali, per fare esperienza della loro divinità, ucciso il figlio (Pelope) e fattolo a pezzi e cucinato, ne offrì da mangiare. I quali aborrendo quel cibo, non solo se ne astennero, ma, raccogliendo insieme le membra, ridussero il fanciullo nella forma di prima, e, richiamatane l'anima dall'inferno, per mezzo di Mercurio, gliela restituirono. Ma accorgendosi che al piccolo mancava la spalla, che aveva
2 mangiato Cerere, in luogo di quella, ne ricostruirono una in avorio. Poi cacciarono Tantalò all'inferno e lo condannarono al supplizio di essere immerso in un fiume fino alla bocca e di essere afflitto da continua sete; e, mentre la bocca si inchinava per bere, anche le acque del fiume si piegavano in modo che non le potesse toccare. Aggiunsero poi dall'alto alberi carichi di frutta, che scendevano fino alla sua bocca; ma Tantalò, mentre, costretto da grande e continua fame, cercava di afferrarli, i rami si alzavano, per quanto tempo egli si affaticava a toccarli. E così accadde che, collocato fra i frutti e le acque, vivendo
3 con fame e sete, l'infelice uomo perì. Ora è da avvertire ciò che sia da intendere di questa favola. Ammesso che Tantalò fosse figlio di Giove, o vero, o attribuito per qualche somiglianza; e ammesso quanto riguarda Ganimede (e si è detto nel capitolo su di lui) dico che fu inventato aver egli imbandito il figlio agli dei, perché, essendo uomo molto avaro, e avendo molto curato l'aumento del patrimonio, amava, non diversamente che un figlio, il grano, dalla cui produzione attingeva il pubblico denaro; e questo grano offerse agli dei, quando lo seminò nei campi coltivati. I semi gettati nei solchi sono sotto l'influsso dei corpi celesti, per opera dei quali, quando giungono alla spiga, riprendono la forma primitiva. La spalla poi, cioè il seme mangiato da Cerere, ossia consumato dalla terra, è rifatta di avorio,

4 bur immictitur. Supplicium autem huius ostendit liquido avari hominis detestabilem vitam. Dicit enim Fulgentius⁶ *Tantalum* interpretari *visionem volentem*; quod optime unicuique competit avaro, non enim aurum et amplam suppellectilem congregat, ut eis utatur, quin imo ut illam intueatur; et cum pati non possit sibi quid boni ex congestis divitiis facere, eis immixtus fame periclitatur et siti.

II. De Niobe, Tantalii filia et Amphionis coniuge.

3 Niobes filia fuit Tantalii et Taygete, ut apud Ovidium ipsa testatur, dicens: «Michi Tantalus autor, Cui licuit soli Superum contingere mensas. Pleiadum soror est genitrix mea» etc.⁷ Sed, salva reverentia Ovidii, pater eius non fuit ille Tantalus, qui amicus deorum fuit. Nam ille fuit homo pius et Corinthiorum rex et tempore prior. Lactantius autem dicit⁸ hanc filiam fuisse Tantalii et Penelopis. Hec, ut placet Theodontio, nupta fuit Amphioni regi Thebarum, ut faveret Amphion partibus Pelopis bellum gerentis adversus Enomaum regem Elidis et Pise. Ex quo Amphione ipsa peperit septem filios, totidemque filias; esto Homerus in *Yliade*⁹ tantum duodecim fuisse filios dicat. Hec elati spiritus mulier, sacrificantibus Thebanis iussu Manthonis filie Tiresie Latone, cepit eos acriter increpare verbis et se Latone preferre. Quam ob causam indignata Latona et filiis questa, factum est ut, ludentibus filiis atque filiabus in campis, Apollo filios et Diana filias sagittis occiderent, qui apud Sypilum montem¹⁰ fuere sepulti. Niobes autem orbata viro et 3 filiis apud urnas eorum in lapidem versa obrigit. De filiis et Amphione supra dictum est. Eam autem in lapidem versam Tullius, ubi de *questionibus Tusculanis*,¹¹ fictum arbitrat, propter eius eternum in luctu silentium. Verum huic fictioni Theodontius addit, dicens eius adhuc statuam in Sypilo apparere lapideam, et adeo tristem, ut lacrimis existimetur deficere, quod preter naturam non est. Potuere quippe veteres ad me-

perché nella messe che cresce si immette la forza del nutrimento. Invece il supplizio di Tantalos mostra chiaramente la vita detestabile dell'avaros. Dice infatti Fulgenzio che *Tantalos* deve interpretarsi come *visione consapevole*; e ciò ben si adatta a ciascun avaro; il quale non ammassa denaro e gran suppellettile per farne uso, anzi per guardarla, e, non potendo sopportare di procurarsi qualcosa di buono dalle ammassate ricchezze, immergendosi in esse, rischia di morire di fame e di sete.

II. Niobe, figlia di Tantalos e moglie di Anfione.

Niobe fu figlia di Tantalos e di Taigete, come essa stessa attesta in Ovidio, dicendo: «Mio padre è Tantalos, il solo cui fu concesso sedere alla mensa degli dei. Madre mi fu una sorella delle Pleiadi» ecc. Ma, salvo il rispetto di Ovidio, suo padre non fu quel Tantalos che fu amico degli dei. Quello fu infatti uomo pio e re di Corinto e precedente nel tempo. Lattanzio poi dice che questa Niobe fu figlia di Tantalos e Penelope. Essa, 2 come pare a Teodonzio, fu sposata ad Anfione, re di Tebe, affinché questi favorisse le parti di Pelope che era in guerra contro Enomaos, re di Elide e Pisa. Dal quale Anfione essa generò sette figli e altrettante figlie; ma Omero dice nell'*Iliade* che i figli furono soltanto dodici. Questa donna di spirito altero, mentre i Tebani sacrificavano per ordine di Manto, figlia di Tiresia, a Latona, cominciò a beffarli e ad anteporsi a Latona. Questa, sdegnata, si lamentò coi suoi figli; e accadde che, mentre i figli e le figlie di Niobe giocavano nei campi, Apollo uccise con le frecce i maschi, e Diana le femmine. Essi furono sepolti nelle vicinanze del monte Sipilo. Niobe poi, privata del marito e dei figli, mutata in sasso, presso il loro sepolcro, rimase irrigidita. Dei figli e di Anfione fu detto più sopra. La sua trasformazione in pietra crede Tullio nelle *Tusculanae* sia stata immaginata per il suo eterno silenzio nel pianto. Ma Teodonzio aggiunge a questa favola che ancora la sua statua di pietra si vede sul Sipilo, e in atto così triste che sembra venir a mancare per le lagrime, il che non è fuori della natura. Poterono gli antichi, per

moriam ingentis infortunii superbe mulieris in Syphilo lapideam apposuisse flentis mulieris statuam, et cum frigide complexionis sit lapis, surgentibus in eum vaporibus ex terra humidis, lapidis frigiditate solvuntur in guttas aqueas ad instar lacrimarum, et hinc forsitan arbitrantur ignari Niobem adhuc flendo deficere.

III. *De Pelope, Tantali filio, qui genuit Lysidicem, Atreum, Thyestem et Phystenem.*

1 Pelops filius fuit Tantali et Taygete et, ut ait Barlaam, homo bellorum fuit et insignis plurimum. Qui cum apud Friges regnaret, bellum habuit adversum Enomaum regem Elydis atque Pise, quod quidem memorabile fuit et permaximum, ut scribit Tucchitides. Belli causam dicit Paulus fuisse Hippodamiam Enomai filiam a Pelope dilectam, atque in coniugium 2 postulata et denegata. Dicit enim Servius¹² huius Hippodamie multos fuisse petitores ob insignem eius pulchritudinem, quibus ab Enomao ea lex indicta est, et id inde secutum quod supra scribitur, ubi de Hippodamia. Sed Barlaam dicit non sic se negotium habuisse, quin imo cum Pelopi videretur inhumana condicio, adversus Enomaum arma movit, et magnis hinc inde convocatis subsidiis, fraude Myrtili prefecti armorum Enomai, astutia Pelopis corrupti, eum superavit. Et sic Hippodamia et regno potitus, Myrtilum postulantem proditionis premium deiecit in mare. Hunc dicit Eusebius in *libro Temporum*¹³ Hippodamiam uxorem duxisse, regni Priti Argivorum regis anno decimoquarto, qui mundi fuit annus III decc lvii, et paulo ante dicit, regnante Lynceo Argis, Pelopem apud Argos regnasse annis quinquaginta tribus, et eos a suo nomine Peloponenses denominasse. Dicit etiam, Acrisio regnante Argivis, Pelopem Olympiis interfuisse, et postea adversum Ylium arma movisse, eumque a Dardano expugnatum, anno mundi III decc lxxxii, cum legatur diu ante fuisse Dardanum. Ego autem tam discordantium opinionum veritatem ignoro. Huic ex Hippodamia plures fuere filii.

memoria della grave disgrazia della superba donna, porre sul Sipilo la statua in marmo di una donna che piange; e poiché il marmo è per natura freddo, quando su di esso si alzano dalla terra i vapori umidi, per la freddezza della pietra quei vapori si sciolgono in gocce d'acqua, simili a lacrime; e da ciò forse gli ignoranti credono che Niobe ancora piangendo si consumi.

III. *Pelope, figlio di Tantalo, che generò Lisidice, Atreo, Tieste e Plistene.*

Pelope fu figlio di Tantalo e di Taigete e – come dice Barlaam – fu uomo di guerra e molto famoso. Regnando sui Frigi, ebbe guerra contro Enomao, re dell'Elide e di Pisa, guerra che fu memorabile e gravissima, come scrive Tucidide. Paolo dice che la causa della guerra fu Ippodamia, figlia di Enomao, amata da Pelope, e chiesta in matrimonio e rifiutata. Dice infatti 2 Servio che di questa Ippodamia molti furono i richiedenti per la sua famosa bellezza. Ad essi fu da Enomao dettata la condizione per ottenerla; e ne seguì quel che sopra si è scritto nel capitolo su Ippodamia. Ma Barlaam dice che la cosa non andò così, anzi che, sembrando a Pelope inumana la condizione, mosse guerra ad Enomao; e, convocate in aiuto da ogni parte folte schiere, lo vinse per la frode di Mirtilo, prefetto delle armi di Enomao, corrotto dall'astuzia di Pelope. E così s'impadronì di Ippodamia e del regno e scaraventò in mare Mirtilo, che chiedeva il premio del tradimento. Dice Eusebio nel *Chronicon* che Pelope sposò Ippodamia nel quattordicesimo anno del regno di Preto in Argo, che fu l'anno, del mondo 3857; e poco prima dice che, durante il regno di Linceo in Argo, Pelope regnò in Argo cinquantatré anni e che dal suo nome chiamò gli Argivi Peloponnesi. Dice anche che, mentre Acrisio regnava 3 sugli Argivi, Pelope partecipò alle Olimpiadi e poi mosse le armi contro Troia e che fu vinto da Dardano nell'anno del mondo 3881; mentre si legge che Dardano visse ben prima. Io ignoro la verità tra così discordanti opinioni. Pelope ebbe da Ippodamia molti figli.

IV. *De Lysidice, Pelopis filia et Electrionis coniuge.*

I Lysidicem dicit Lactantius¹⁴ ex Hippodamia filiam fuisse Pelopis et Electrioni nuptam, ac ex eo Alcmenam peperisse Herculis matrem.

V. *De Atreo, filio Pelopis, qui genuit Alceonem, Melampum et Eviolum.*

I Atreus Pelopis et Hippodamie filius fuit. Qui, ut ex verbis Senecae poete in tragedia *Thyestis* percipi potest, una cum Thyeste fratre apud Peloponnesum regnavit, alternis tamen vicibus. Sed tandem inter eos nata discordia est.¹⁵ Cuius talem dicit Lactantius fuisse causam.¹⁶ Constat enim, ut supra dictum est, a Pelope Myrtilum Mercurii filium in mare deiectum atque necatum, quod egre ferens Mercurius, inter Atreum et Thyestem tantum iniecit zizanie, ut hostes efficerentur. Insuper erat apud Atreum aries, de quo sic Seneca tragicus: «Est Pelopis altis nobile in stabulis pecus Arcanus aries, ductor opulenti gregis. Huius per omne corpus infuso coma Dependet auro, cuius e tergo novi Aurata reges sceptrata Tantalici gerunt; Possessor huius regnat, hunc tante domus Fortuna sequitur; tuta seposita sacer In parte carpit prata, que claudit lapis Fatale sacro pasuum muro tegens» etc.

2 Hunc habere cupiens Thyestes arbitratus est posse per concubitus Meropis Atrei coniugis obtinere, nec defuit sceleri locus; nam ex ea et filios concepit, et illam eripuit viro, ex quo in bellum venerunt fratres, et pulsus regno Thyestes est. Sed Atreus non contentus fratris exilio, illum ficta gratia revocavit, et credulo tres filios decoctos in convivio apposuit, et eorum sanguinem poculis mixtum illi dedit in potum, repletoque tam scelesto cibo capita manusque natorum infelici patri iussit apponi, atque quid comedisset detexit. Quod cum fieret, aiunt solem

IV. *Lisidice, figlia di Pelope e moglie di Elettrione.*

I Dice Lattanzio che Lisidice fu figlia di Pelope da Ippodamia e che sposò Elettrione e che da lui partorì Alcmena, madre di Ercole.

V. *Atreo, figlio di Pelope, che generò Alceone, Melampo ed Eviolo.*

I Atreo fu figlio di Pelope e di Ippodamia. Egli regnò col fratello Tieste, in Peloponneso, ad anni alterni: come si può apprendere dalle parole della tragedia *Thyestes* di Seneca. Alla fine tra essi sorse discordia. Lattanzio dice che tale ne fu la causa. Si sa, come sopra si è detto, che Mirtilo, figlio di Mercurio, fu gettato da Pelope in mare ed ucciso. Mercurio, mal sopportando questo oltraggio, seminò zizzania tra Atreo e Tieste, al punto di farli nemici. Inoltre Atreo aveva un ariete del quale così scrive Seneca tragico: «C'è nelle superbe stalle di Pelope un ricco gregge, del quale è guida un misterioso ariete. Da tutto il suo corpo pende lana, cosparsa d'oro, dal cui tergo i nuovi re Tantalici traggono il diritto di reggere gli scettri dorati. Il proprietario dell'ariete è colui che regna; lui segue la sorte di così grande famiglia. Il sacro ariete bruca le erbe dei prati in una zona remota, la chiude un recinto, proteggendo il pascolo fatale con un petroso muro» ecc.

2 Tieste, desiderando avere questo ariete, pensò poterlo ottenere per mezzo del concubito con Merope, moglie di Atreo; e non mancò occasione al delitto. Da essa infatti ebbe anche figli e la strappò al marito. Da ciò scoppiò guerra tra i fratelli e Tieste fu cacciato dal regno. Ma Atreo, non pago dell'esilio del fratello, lo richiamò, fingendo il perdono; e al credulo fratello mise innanzi, in un banchetto, tre figli uccisi e ben cotti; e gli diede da bere il loro sangue, mescolato con altre bevande; e ordinò, quando fu sazio di così orrendo cibo, che fossero messi innanzi al padre infelice le teste e le mani dei figli e svelò che cosa aveva mangiato. Ciò accaduto, dicono che il Sole al suo

3 surgentem in ortum retrocessisse scelus videre fugientem. Hunc tamen Atreum, ut dicit Lactantius, Egisthus, Thyestis filius, interemit.

Aureum vellus in hac hystoria fictum sic intelligendum arbitror, ut intellexisse videtur Varro ubi *De agricultura*, dum dicit: «Pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles, ut Argis Atreus, quam sibi Thyestem subtraxisse queritur» etc.¹⁷ Vel potius pro ariete isto aurei velleris thesaurus intelligendus est, quo reges plurimum valent, et absque quo oportuni sumptus ad bella et ad splendorem regium sustentandum fieri non possunt. Sol autem in ortus suos revolutus eclipsim ea tempestate fuisse demonstrat, que cum esset hominibus incognita, monstruosa visa est. Dicit tamen Lactantius hanc ab Atreo Micenis predictam et primitus adinventam. Cuius cum cerneret approbari dicta, Thyestes invidens ex urbe discessit.

VI. De Alceone, Melampo et Eviolo filiis Atrei.

1 Alceon, Melampus et Eviolus fuere fratres, et, ut asserit Cicerone ubi *De naturis deorum*,¹⁸ Atrei fuere filii. Quos dicit apud Graios inter Dyoscortes numeratos; quam ob rem celebres fuisse viros credendum est, cum ex his fuerint Castor et Pol-
2 lux. De eis autem nil amplius reperitur.

VII. De Thyeste, Pelopis filio, qui genuit Tantalum, Phystenen, Arpagigem, Pelopeam et Egisthum.

1 Thyestes Pelopis et Hippodamie fuit filius, cui adversus fratrem Atreum, que dicta sunt supra, fuerunt odia. Qui cum iam dicta passus esset a fratre, vindicte avidus oraculum consuluit.
2 A quo responsum habuit ex se et Pelopea filia sua nasci posse qui filiorum ulcisceretur mortem. Quod cum audisset, ut qui erat in scelera et potissime in libidinem pronus, confestim in

3 sorgere retrocesse al tramonto, per non vedere il delitto. Ma poi questo Atreo – come dice Lattanzio – fu ucciso da Egisto, figlio di Tieste.

Il vello d'oro presentato in questa storia credo si debba intendere come pare averlo inteso Varrone nel *De re rustica*, in cui dice: «Le pecore ebbero per pregio pelli dorate, come Atreo in Argo, che accusa Tieste di averla sottratta» ecc. O piuttosto in questo ariete si deve intendere il tesoro del vello d'oro, per il quale i re molto possono e senza il quale non si possono fare le spese necessarie per le guerre e per sostenere lo splendore regale. Il sole invece, invertito nel suo corso, indica un'eclissi accaduta in quel tempo, la quale, non prima conosciuta dagli uomini, parve prodigiosa. Dice però Lattanzio che questa eclissi fu predetta in Micene da Atreo; e per la prima volta scoperta. Tieste, vedendo che quanto detto da Atreo si avverava, colmo d'invidia si allontanò dalla città.

VI. Alceone, Melampo ed Eviolo, figli di Atreo.

Alceone, Melampo ed Eviolo furono fratelli e – come dice 1 Cicerone nel *De natura deorum* – furono figli di Atreo. E aggiunge che essi dai Greci furono annoverati tra i Dioscuri: perciò bisogna credere fossero uomini celebri, dal momento che dei loro furono Castore e Polluce. Di loro nulla più di questo si 2 trova.

VII. Tieste, figlio di Pelope, che generò Tantalò, Plistene, Arpagige, Pelopia ed Egisto.

Tieste fu figlio di Pelope e di Ippodamia, e odiò – come sopra 1 si è detto – il fratello Atreo. Egli subì dal fratello quanto sopra detto; e, avido di vendetta, consultò l'oracolo. Ebbe per risposta che da lui e dalla figlia Pelopia poteva nascere chi vendicasse la morte dei figli. Avendolo inteso, incline com'era al 2 delitto e sopra tutto alla libidine, subito si unì con la figlia e ne

amplexus filie venit, et ex ea filium suscepit Egisthum, qui postea interfecit Atreum, stupravit Clytemestram et Agamennem etiam interemit.

VIII. *De Tantalò, Phystene et Arpagige filiis Thyestis.*

- 1 Tantalus, Phystenes et Arpagiges filii fuerunt Thyestis ex coniuge Atrèi suscepti, ut per verba Senece poete in tragedia *Thyestis* comprehenditur,¹⁹ esto duos tantum nominat, Tantalum scilicet, dum dicit: «Primus locus (ne deesse pietatem putes) Avo dicatur: "Tantalus prima hostia est"» etc. Deinde nominat Phystenem, dicens: «Tunc ille ad aras Phystenem sevus trahit, Adicitque fratri» etc.²⁰ Tertium puerum vocat, dum dicit: «Ferrumque gemina cede perfusum tenens, Oblitus in quem rueret, infesta manu Exegit ultra corpus, ut pueri statim Pectore receptus ensis a tergo extitit; Cedit ille» etc.²¹ Tertium hunc puerum Theodontius dicit Arpagigem nuncupatum. Et sic ex eis preter patruì crimen et patris escam nil legitur.

IX. *De Pelopea, Thyestis filia.*

- 1 Pelopea, ut dicit Lactantius,²² filia fuit Thyestis, ex qua matre non dicit. Hanc, ut ipsemet Lactantius dicit, Thyestes, responso desuper dicto habito, oppressit et ex ea filius natus est, quem ipsa rubore sceleris confestim feris exposuit. Et sic apparet ob luxuriam Thyestis non ob responsum oraculi a Thyeste in concubitum filie itum; responsum autem oraculi ad palliandam Thyestis ignominiam post cedem suorum ab Egistho factam compertum est.

ebbe il figlio Egisto, che poi uccise Atreo, stuprò Clitennestra e uccise anche Agamennone.

VIII. *Tantalò, Plistene e Arpagige, figli di Tieste.*

Tantalò, Plistene e Arpagige furono figli di Tieste, avuti dalla moglie di Atreo, come si apprende dalle parole del poeta Seneca nella tragedia *Thyestes*, sebbene ne nomini solo due: Tantalò e Plistene, quando dice: «Il primo luogo, perché non credi venga meno la pietà filiale, è destinato all'avo: Tantalò è la prima vittima». Poi nomina Plistene, dicendo: «Allora incrudelito trascina agli altari Plistene e lo aggiunge al fratello» ecc. Chiama il terzo fanciullo, quando, scrive: «Tenendo la spada tinta nel sangue della doppia uccisione e dimenticando su quale si precipitava, con la mano ostile trafisse il corpo; e dal petto del fanciullo tosto la spada, penetrando, uscì dalla schiena; quello cade» ecc. Teodonzio dice che questo terzo figlio fu chiamato Arpagige. E così di essi nulla si legge, tranne il delitto dello zio (Astreo), consumato su di essi e il fatto che furono cibo al padre.

IX. *Pelopia, figlia di Tieste.*

Pelopia – come dice Lattanzio – fu figlia di Tieste, ma non dice da qual madre. Il padre – come scrive lo stesso Lattanzio – avuto il responso di cui ho detto sopra, la violentò e da lei nacque il figlio che ella, per la vergogna della sua colpa, subito esposse alle fiere. E così è chiaro che Tieste cercò il concubito della figlia per libidine, non per il responso dell'oracolo: questo fu trovato per coprire l'ignominia di Tieste, dopo la strage dei suoi, fatta da Egisto.

X. *De Egistho, Thyestis filio.*

1 Egisthus filius fuit Thyestis ex Pelopea eiusdem Thyestis filia, ut ipsemet testatur in tragedia Senecae dicens: «Coacta fati nata fert uterum gravem, Me patre dignum; versa natura est retro» etc.²³ Hic quam cito natus fuit, a matre ob pudorem ignominiosi criminis in silvas deiectus est, ut dilaceratus a beluis turpitudinis avi parentisque atque matris pariter et sororis vivens testimonium non prestaret. Sed aliter factum est. Nam
 2 seu beneficio pastorum, seu sic permittente deo caprarum sponte contigerit, a capris ubera prestantibus in silvis nutritus est et inde dictus Egisthus, ab *ege*, scilicet *capra* nutrice. Is tandem a suis cognitus et in regiam deductus, dum crevisset essetque in parvo precio, rerum preteritarum iam conscius, seu patre impellente, quod magis creditur, ut Lactantio placet,²⁴ Atreum occidit, cui Thyestes occupata regia successit. Tandem, iam Thyeste mortuo, cum regnarent Agamenon et Menelaus, et ob raptam Helenam in troianum ivissent excidium, Egisthus, ut Leontio placet, suasionibus Nauplii in amplexus optantis Clytemestre devenit, et postremo redeuntem Agamenonem a desolatione Ylionis, immane ausus facinus, illum favente Clytemestra trucidavit et regiam Pelopis septem tenuit
 3 annis. Ad ultimum, ab Horestes Agamenonis filio, una cum adultera Clytemestra, nullo remanente ex eo superstite, obtruncatus est.

XI. *De Phystene, Pelopis filio, qui genuit Agamenonem et Menelaum.*

1 Phystenes, ut ait Theodontius, filius fuit Pelopis et Hippodamiae. Qui cum juvenis moreretur, Agamenonem et Menelaum filios suos parvulus commendavit Atreo fratri suo; qui illos suscepit et in filios educavit, et ob id, abolita tractu tempo-

X. *Egisto, figlio di Tieste.*

Egisto fu figlio di Tieste, avuto da Pelopia, figlia del medesimo Tieste, come egli stesso attesta nella tragedia di Seneca dicendo: «Costretta dal fato, la figlia porta l'utero grave, degno di me padre; le leggi della natura sono state invertite» ecc. Questi, appena nato, fu gettato nelle selve dalla madre, per la vergogna della colpa ignominiosa, affinché, lacerato dalle belve, non rendesse, da vivo, testimonianza della vergogna del nonno e del padre, e parimenti della madre e della sorella. Ma
 2 diversamente accadde. Infatti, o per beneficio dei pastori o, perché, così, permettendolo un dio, sia naturalmente accaduto per dono delle capre, fu nutrito dalle stesse che gli offrirono le mammelle nelle selve; e fu chiamato Egisto da *ege*, cioè da una *capra* nutrice. Questi, finalmente conosciuto dai suoi e condotto nella reggia, cresciuto e tenuto in poco conto, ormai consapevole del passato, o istigato dal padre – come meglio si crede e come pare a Lattanzio – uccise Atreo; al quale successe Tieste, occupando la reggia. Finalmente, quando Tieste già era morto, mentre regnavano Agamennone e Menelao, ed erano andati all'assedio di Troia per il rapimento di Elena, Egisto – come pare a Leonzio – persuaso da Nauplio, venne all'amplesso di Clitennestra che lo desiderava e, in ultimo, uccise Agamennone che tornava da Troia distrutta, osando il crudele delitto col favore di Clitennestra. Poi occupò la reggia di Pelope per sette anni. Alla fine fu ucciso da Oreste, figlio di Agamennone, insieme con l'adultera Clitennestra, senza lasciare da lui
 3 alcun superstite.

XI. *Plistene, figlio di Pelope, che generò Agamennone e Menelao.*

1 Plistene – come dice Teodonzio – fu figlio di Pelope e di Hippodamia. Morendo giovane, raccomandò i suoi piccoli figli, Agamennone e Menelao, al fratello Atreo. Questi li accolse e li allevò come figli e perciò, in prosieguo di tempo, cancellatasi la

ris Phystenis memoria, Atrai filii habiti sunt, et Atrides ab omnibus appellati.

XII. *De Menelao Phystenis filio, qui genuit Hermionam et Megapentim.*

- 1 Menelaus Lacedemonum rex, ut Theodontio placet, filius fuit Phystenis, et frater Agamenonis. Hos Seneca in tragedia *Thyestis*²⁵ videtur omnino tenere filios fuisse Atrai, in cuius persona sic ait: «Consilii Agamenon mei Sciens minister fiat, et patris cliens Menelaus assit. Prolis incerte fides Ex hoc petatur scelere: si bella abnuunt Et gerere nolunt odia, si patrum vocant, pater est» etc. Et sic Atrai ex Merope videntur filii; teneat quod mavult lector. Menelaus autem, ut Eusebius ostendit in *libro Temporum*,²⁶ Atrio et Thyeste viventibus, rex Lacedemonum dictus est, anno mundi $\text{m dcccc xcvii}^{\circ}$, cum Agamenon, qui Thyesti successit, secundum Homerum²⁷ regnare cepit Micenis anno mundi m vii . Fuit huic Helena Iovis filia coniunx, quam anno primo regni Agamenonis, et secundum Eusebium, decimo Menelai, ut ait Dares Frigius,²⁸ absente Menelao, qui ad Nestorem Pylon iverat, Paris legatus missus ad Castorem et Pollucem, rapuit ex insula Cytherea sub oppido Heleno, ea etiam consentiente, existentibus fratribus et Hermiona apud Agamenonem. Dites²⁹ vero dicit illo tunc Menelaum cum Agamenone Cretam ivisse divisuros thesauros, quos ibi deposuerat Atrius. Hinc factum est ut fratris consilio Menelaus conquereretur grecis principibus. Verum cum frustra legationibus, obsidione demum repetita est Helena, et post decennium fraude magis quam viribus capta Troia reassumpta est, et
- 3 Menelao restituta. Qui cum, ut ceteri, navem intrasset patriam
- 4 petiturus, tempestate actus, ut scribit Eusebius,³⁰ ad Tuorim regem Egypti, quem Polybum appellat Homerus, cum ea de-

memoria di Plistene, furono creduti figli di Atreo, e chiamati Atridi da tutti.

XII. *Menelao, figlio di Plistene, che generò Ermione e Megapente.*

- 1 Menelao, re di Sparta fu – come pare a Teodonzio – figlio di Plistene e fratello di Agamennone. Seneca nella tragedia *Thyestes* sembra proprio credere che i due fossero figli di Atreo, in persona del quale così dice: «Del mio disegno Agamennone sia consapevole strumento e Menelao collabori scientemente col fratello; e si ricerchi da questo crimine la prova della figliolanza incerta: se rifiutano le guerre e non vogliono essere portatori del mio odio, e se lo chiamano zio, allora significa che è loro padre» ecc. E così Agamennone e Menelao sembrano figli di Atreo da Merope; il lettore tenga l'opinione che preferisce. Menelao poi – come dice Eusebio nel *Chronicon* – quando ancor vivevano Atreo e Tieste, fu dichiarato re di Sparta nell'anno del mondo 3997, mentre Agamennone, che successe a Tieste, cominciò a regnare a Micene, secondo Omero, nell'anno del mondo 4007. Menelao ebbe per moglie Elena, figlia di Giove, che nel primo anno del regno di Agamennone e secondo Eusebio, nel decimo di Menelao, durante la sua assenza (poiché era andato da Nestore a Pilo, come dice Darete Frigio), fu rapita, col suo consenso, da Paride (mandato come ambasciatore a Castore e Polluce), dall'isola di Citera nella città di Eleno, mentre i due fratelli ed Ermione stavano presso Agamennone. Ditti Cretese invece dice che allora Menelao e Agamennone erano andati a Creta per dividersi i tesori che ivi Atreo aveva depositato. Allora accadde che Menelao, per consiglio del fratello, protestò coi principi greci. Ma, dopo inutili ambascerie, Elena fu richiesta con l'assedio di Troia e dopo dieci anni, più con la frode che con la forza, presa Troia, Elena fu riottenuta e restituita a Menelao. Egli, come gli altri, s'imbarcò per raggiungere la patria, ma spinto dalla tempesta – come scrive Eusebio – fu portato con lei a Tuori, re d'Egitto – che
- 2
- 3
- 4

vectus est, et a Protheo vate, ut per Homerum patet in *Odyssea*,³¹ consilio sumpto, postquam octo annis errasset, in Lacedaemoniam rediit, Agamenone diu ante ceso, et illis forte diebus Egistho. Quid tandem illi successerit, quo vel qua morte diem clauserit, non inveni.

XIII. *De Hermione, Menelai filia et Pyrris et inde Horestis coniuge.*

- 1 Hermiona, ut Ovidius testatur in *Epistolis*,³² Menelai fuit filia ex Helena. Hec autem Horesti filio Agamenonis desponsata fuit; porro Pyrrus, cum, occiso Agamenone, regiam occupasset Egisthus, et fugisset Horestes, Andromaca, olim Hectoris coniuge, quam a Troia captivam duxerat, Heleno concessa;
- 2 hanc Horesti surripuit, et sibi coniugio copulavit. Attamen, eo postea ab Horestes occiso, in eiusdem Horestis coniugium rediit, eique peperit Horestem filium.

XIV. *De Megapente, Menelai filio.*

- 1 Megapentis dicit Theodontius filius fuit Menelai ex Lydia captiva susceptus post raptam Helenam. Quod Homerus in *Odyssea* testari videtur, dum dicit: «ὕει δε Σπάρτηθεν Ἀλεκτορος ἦγετο κόουρην Ὅς οἱ τηλύγετος γενετο κρατερος Μεγαπένθητι· Ἐκ δούλης Ἑλένης δὲ θεοὶ γονον δυνέτ' ἐφαινον Ἑπιλή πρῶτον ἐγεινατο παῖδ' ἐραστεῖνην Ἑρμιόνην ἢ εἶδος ἔχε χρυσης Ἀφροδίτης» etc.³³: «Filio autem a Spar-te Alectoris accepit filiam. Qui ipsi unigenitus fuit fortis Megapentis a serva; Helene autem dii filium non dederant, postquam primo genuit Hermionam filiam desiderativam». Et sic per hos patet etiam Menelaum Megapenti coniugem dedisse filiam Alectoris spartani. Cuius nuptias celebrantem Thelemacus Ulixis filius veniens ex Ytachia comperit.

Omero chiama Polibo – e, preso consiglio dall'indovino Proteo – come è manifesto nell'*Odyssea* – dopo aver errato per otto anni, ritornò a Sparta, dopo che da tempo Agamennone era stato ucciso, e proprio in quei giorni anche Egisto. Non ho trovato che cosa infine gli sia accaduto o di che morte sia finito.

XIII. *Ermione, figlia di Menelao, moglie di Pirro e poi d'Oreste.*

Ermione, come attesta Ovidio nelle *Heroides*, fu figlia di Menelao, da Elena. Essa poi fu sposata ad Oreste, figlio di Agamennone. Ma Pirro, quando Egisto aveva, per l'uccisione di Agamennone, occupato la reggia, ed Oreste era fuggito, dopo aver concesso ad Elena la moglie Andromaca, che aveva condotto prigioniera da Troia, rapì Ermiona ad Oreste e la sposò. Tuttavia, più tardi Pirro fu ucciso da Oreste, ed Ermione ritornò sua sposa e gli partorì un altro Oreste.

XIV. *Megapente, figlio di Menelao.*

Dice Teodonzio che Megapente fu figlio di Menelao, avuto da una schiava lidia, dopo il rapimento d'Elena. Sembra che ciò attestò Omero nell'*Odyssea*, quando dice: «Al figlio poi condusse in sposa da Sparta una figlia di Alettore. Quello fu il forte Megapente, a lui nato da una schiava. Ad Elena gli dei non avevano dato figli, dopo che aveva generato l'amabile figlia Ermione [che aveva la bellezza dell'aurea Venere]». E così è chiaro da questi versi che Menelao diede a Megapente per sposa la figlia di Alettore spartano. Telemaco, figlio di Ulisse, venendo da Itaca, trovò Megapente che celebrava le nozze.

XV. *De Agamemone, Phystenis filio, qui genuit Ephigeniam, Crysothemim, Laodiceam, Yphtianassam, Eletram, Alesum et Horestem.*

1 Agamenon Phystenis fuit filius, ut supra, et Atreo a patre parvulus derelictus. Fuit hic Micenarum rex et Thyestis successor, ut in *Yliade* etiam sentire videtur Homerus,³⁴ ubi de sceptro Agamenonis multos describit versus, fere hoc dicentes: «Apud Troiam in contione Grecorum presidens Agamenon sceptrum tenebat, quod Vulcanus artifex fecerat, illudque dedit Iovi Saturnio. Postea Iuppiter concessit dyactoro Argpyphontí. Ermias autem rex dedit Pelopi plisippo, postea Pelops dedit Atreo, qui moriens Thyesti bellicosum reliquit. Qui Thyestes reliquit Agamenoni multis insulis et Argo omni imperanti» etc. In quibus verbis non servatur genealogie descriptus ordo, quem Latinorum auctoritatem describens secutus sum. Cepit autem regnare Agamenon, secundum Eusebium,³⁵ anno mundi 333 vii^o, quo anno Helena rapta est, et Grecia omnis in Troianos incitata pari omnium consensu, congregatis in Aulide navibus et exercitu, imperator factus in bellum perrexit, Clytemestra coniuge relicta, ex qua iam plures susceperat filios. Et apud Troiam labores multos passus, quorundam etiam principum similitates pertulit, quibus agentibus, imperio depositus est; et illi Palamedes suffectus, qui crimine Ulixis occisus, Agamenon maiori sua gloria in imperium reassumptus est, quam ignominia depositus. Sustinuit preterea indignationes Achillis ob Briseidam illi a se sublatam. Tandem capto Ylione atque diruto, cum illi cessisset in sortem cum preda plurima Cassandra Priami filia, naves in patriam rediturus ascendit. Verum tempestate actus fere per annum erravit, ut scribit Homerus,³⁶ antequam deveniret in patriam. Interim autem, ut idem testatur Homerus, Egisthus, Thyestis filius, cum tacite omnia occupasset, positus per litus speculatoribus, et auditus ab eis Agamenonis reditu, viginti ex amicis suis in insidiis posuit, et ipse cum comitatu reliquo ficta letitia illi obvius factus est, et ingens

XV. *Agamennone, figlio di Plistene, che generò Ifigenia, Criotemi, Laodice, Ifianassa, Eletra, Aleso e Oreste.*

Agamennone fu figlio di Plistene, come si è detto sopra, e lasciato piccolo dal padre ad Atreo. Fu re di Micene e successore di Tieste, come par di credere anche Omero nell'*Iliad*, dove descrive lo scettro di Agamennone in molti versi che suonano pressappoco così: «In Troia nell'assemblea dei Greci Agamennone, presiedendola, teneva lo scettro che aveva fatto l'artefice Vulcano e lo aveva dato a Giove Saturnio. Dopo, Giove lo concedette a Ermes, il messaggero veloce. Ermes lo diede poi a Pelope, domatore di cavalli, poi Pelope lo diede ad Atreo, che morendo lo lasciò al bellicoso Tieste. Questi lo lasciò ad Agamennone che comandava in molte isole e in tutta Argo» ecc. In questi versi non è osservato l'ordine descritto dalla genealogia, che io ho seguito nella descrizione, sull'autorità degli scrittori latini. Agamennone poi cominciò a regnare nell'anno del mondo 4007, quando fu rapita Elena, e tutta la Grecia, con consenso unanime, si mosse contro i Troiani; e, fatto comandante delle navi e dell'esercito raccolti in Aulide, si diresse alla guerra, lasciando la moglie Clitennestra, dalla quale già aveva avuto molti figli. A Troia sopportò molte fatiche, e l'odio di alcuni principi, per l'azione dei quali, fu deposto dal comando e gli fu sostituito Palamede, il quale però fu ucciso per l'inganno di Ulisse. Allora Agamennone fu riassunto al comando con gloria maggiore dell'ignominia con cui era stato deposto. Dovette anche sopportare lo sdegno di Achille per Briseide, da lui strappata all'eroe. Finalmente, presa e distrutta Troia, toccatagli in sorte, con molta altra preda, la figlia di Priamo, Cassandra, s'imbarcò per ritornare in patria. Ma sbattuto dalle tempeste, vagò per quasi un anno, come scrive Omero, prima di giungere in patria. Frattanto poi – come attesta lo stesso Omero – Egisto, figlio di Tieste, aveva occupato il trono. Mandati sul lido degli osservatori, quando seppe da loro del ritorno di Agamennone, mise in agguato venti dei suoi amici. Egli stesso col resto della sua comitiva, fingendo letizia, gli si fece incontro e gli preparò un grande banchetto. In esso, con il

5 ei paravit convivium. In quo, Clytemestre consensu, illum cum sociis epulantem occidit. Seneca autem poeta aliter de morte eius sentire videtur, ea in tragedia cui titulus est *Agamenon*. Dicit enim Clytemestram acri dolore agitatam, quod Cassandra Agamenon secum traheret.³⁷ Ego autem credo commissi sceleris timore, et cum Egistho adultero, esto primo discorde, sed in concordiam, ut percipitur, revocato, ea die qua patriam intravit domum, parato a Clytemestra convivio, et ipse Agamenon dum picta veste sublimis iaceret, Priami superbas corpore exuvias gerens, ei detrahere cultus hostiles uxor iubet, et induere potius coniugis fide manu textos amictus; verum induta vestis exitum manibus negat, caputque laxi et invii claudunt sinus, et tunc haurit trementi semivir dextra latus Agamenonis, eumque interficit veste invia involutum.

XVI. *De Ephigenia, Agamenonis filia.*

1 Ephigenia Agamenonis fuit filia, ut in *Agamenonis* tragedia testatur idem Seneca.³⁸ Hanc tamen alii Yphianassam vocant, ut Lucretius dicens: «Aulide quo pacto Triviai virginis aram Yphianassai turparent sanguine fede» etc.³⁹ Hec insignis pulchritudine virgo fuit. De qua Servius talem refert hystoriam.⁴⁰ Greci Troiam ituri cum ad Aulidem devenissent, Agamenon Diane cervam occidit ignarus, quam ob rem irata dea flatus ventorum removit, et ideo cum navigare non possent, et pestem insuper sustinerent, oracula consulta dixerunt Agamenonio sanguine Dianam esse placandam. Ergo cum ab Ulixè per nuptiarum simulationem adducta Ephigenia, et iam ut immolaretur esset altaribus admota, numinis miseratione sublata est
3 et cervam subposita. Unde Ovidius: «Victa dea est, nubemque oculis obiecit, et inter Officium turbamque sacri vocesque precantum Supposita fertur mutasse Micenida cervam» etc.⁴¹ Virgo

consenso di Clitennestra, lo uccise, mentre mangiava, insieme coi compagni. Seneca invece sembra avere opinione diversa sulla sua morte nella tragedia intitolata *Agamemno*. Dice infatti che Clitennestra fu agitata da aspro dolore, perché Agamemnone aveva condotto con sé Cassandra. Io poi credo che, per la paura della colpa commessa, Clitennestra insieme con l'adultero Egisto, prima dissenziente, ma poi, come si apprende, richiamato all'accordo, nel giorno in cui il marito entrò nella casa, preparò un banchetto; e mentre Agamemnone vi sedeva eretto con la veste ricamata, portando sul corpo le superbe spoglie tolte a Priamo, la moglie gli ordinò di svestire l'abito di guerra e di indossare un mantello ricamato dalla mano della fida sposa; ma la veste indossata non permette alle mani di uscire, e pieghe larghe e impraticabili ne chiudono il capo; e l'adultero con la destra tremante trafigge il fianco di Agamemnone e lo uccide, avvolto nella veste senza uscita.

XVI. *Ifigenia, figlia di Agamemnone.*

Ifigenia fu figlia di Agamemnone, come nella tragedia *Agamemno* attesta lo stesso Seneca. Altri invece la chiamano Ifianassa come Lucrezio che dice: «come in Aulide insozzarono turpemente l'altare di Trivia col sangue di Ifianassa». Fu vergine di straordinaria bellezza. Servio ne riferisce questa storia. Quando i Greci, diretti a Troia, giunsero in Aulide, Agamemnone, senza saperlo, uccise una cerva di Diana; perciò la dea irata fece cessare il soffio dei venti; e poiché non potevano navigare e inoltre erano colpiti da una pestilenza, gli oracoli consultati dissero che Diana doveva essere placata col sangue di uno degli Agamemnonidi. Ulisse, fingendo di condurla alle nozze, portò Ifigenia; e già stava per essere accostata agli altari per esservi immolata, quando, per pietà degli dei, ne fu tolta e vi fu sostituita una cerva. Di qui Ovidio: «la dea fu placata e mandò ai loro occhi un'oscura nube; e dicono che la stessa durante la cerimonia, mentre la turba partecipava al sacrificio, tra le voci dei supplicanti dopo aver messo al suo posto una cerva,

autem, ut Servius asserit,⁴² ad Tauricam regionem translata est, et Thoanti regi tradita, et inde Dictinne Diane sacerdos effecta, et cum secundum statutam consuetudinem humano sanguine numen placaret, agnovit fratrem Horestem, quem diu non viderat, qui accepto oraculo carendi furoris causa cum amico Pylade Colcos petierat, et cum his occiso Thoante simulacrum sustulit absconditum fasce lignorum, et sic ad Laonas Diana translata est, Ephigenia reportante. Quid deinde de Ephigenia secutum sit, nusquam comperisse memini. Quod supra fictum est Dianam loco Ephigenie posuisse cervam, humanum fuisse artificium credendum est, quod ut populus omnis Agamenoni esset obediens adinventum est, eum scilicet filiam immolasse, que medio in tumulto sublata, ne fraus aperiri posset, in longinquam regionem transmissa, et sub umbra sacerdotis servata est.

XVII. *De Crysothemis, Laodice et Yphianassa filiabus Agamenonis.*

- 1 Crysothemis, Laodices, et Yphianassa Agamenonis fuere filie et Clytemestre, ut arbitror, cum ex eis unam, quam mallet, Agamenon apud Homerum Achilli offert, dicens: «Γαμβρός κέν μοι ἔοι τίσω δέ μιν ἴσον Ὅρεστη Ὅς μοι τηλύγετος τρέφεται θαλίη ἐνὶ πολλῇ. Τρεῖς δέ μοι εἰσι θυγατέρες ἐν μεγάρω εἰπηκτώ, Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίχη καὶ Ἰφιανασσα» etc.⁴³ «Gener michi erit, honorabo eum similem Horesti, qui michi unigenitus nutritur abundantia in multa, tres michi sunt filie in atrio bene facto Crysothemis et Laodices et Yphianassa».
- 2 Leontius tamen dicit hanc Yphianassam Ephigeniam esse, quod ego non credo. Quomodo enim dixisset Agamenon Ephigeniam domi esse, quam sciebat in sacro pro ventis querendis, aut occisam, aut alibi clam delatam?

abbia sottratto la fanciulla di Micene». La fanciulla – come dice Servio – fu poi trasferita nella Tauride e consegnata al re Toante e poi divenne sacerdotessa di Diana Dictinna; e mentre, secondo l'usanza stabilita, placava la divinità con sangue umano, riconobbe il fratello Oreste, che da tempo non vedeva e che, conosciuto l'oracolo, per far cessare il furore della dea, aveva raggiunto la Colchide con l'amico Pilade; e ivi uccise Toante e scoperse una statua di Diana, nascosta sotto un fascio di legna; e così Diana fu riportata da Ifigenia a Sparta. Che cosa poi sia accaduto di Ifigenia, non ricordo di aver letto in alcun luogo. La favola narrata sopra, che Diana in luogo di Ifigenia pose una cerva, è da credere sia stato un artificio umano, trovato perché tutto il popolo obbedisse ad Agamennone: cioè che egli volesse immolare la figlia, ma che questa fu strappata durante un tumulto; e affinché l'inganno non fosse scoperto, fu mandata in una regione lontana e fu salvata sotto la parvenza di sacerdotessa.

XVII. *Crisotemi, Laodice e Ifianassa, figlie di Agamennone.*

Crisotemi, Laodice e Ifianassa furono figlie di Agamennone e di Clitennestra, come credo; una delle quali, che preferisse, Agamennone offre ad Achille, in Omero, dicendo: «Vorrei che fosse a me genero, e io lo onorerò come se fosse Oreste, mio unico figlio, che nutro con molta abbondanza [ma: che a me cresce amatissimo in mezzo a ricchezze infinite]; e nel palazzo ben costruito ho tre figlie: Crisotemi, Laodice e Ifianassa». Leonzio dice che questa Ifianassa è Ifigenia, ma io non lo credo. Come infatti avrebbe detto Omero che Ifigenia era nel palazzo, mentre sapeva che, durante il sacrificio per propiziare i venti, era stata uccisa o altrove portata di nascosto?

XVIII. *De Eletra, Agamenonis filia.*

1 Eletra Agamenonis et Clytemestre fuit filia, ut liquido patet
 per Senecam in tragedia *Agamenonis*,⁴⁴ in qua percipitur quia
 2 ab Agamemone Troiam eunte parva relicta sit domi. Hec, cum
 patrem occisum cerneret, Strophylus phocensi Agamenonis
 amico clam commendavit Horestem, et inde matrem ob per-
 petratum scelus increpavit asperere; quam ob causam, Clyteme-
 stra iubente, in carcerem deducta est. Quid tandem ex ea secu-
 tum sit, legisse non memini.

XIX. *De Haleso, Agamenonis filio.*

1 Halesus filius fuit Agamenonis, ut satis clare dicit Virgilius:
 «Hinc Agamenonius, troiani nominis hostis, Curru iungit Ha-
 lesus equos» etc.⁴⁵ Ex qua tamen matre susceptus sit, in du-
 bium vertitur. Nam alii dicunt eum ex Briseida natum, alii ex
 Cassandra, quod ego non credo; non enim ex Cassandra natus
 potuisset adversus Eneam favisse Turno, etate non patiente.
 2 Hunc Theodontius arbitrari videtur cum Clytemestra sensisse
 adversus patrem, et ob id et Clytemestre filium et patria pul-
 sum. Qui quacunq[ue] ex causa patria liquerit, in Ytaliam ven-
 nisse Virgilius asserit,⁴⁶ et apud Massicum Campanie montem
 consedit, ac inde tanquam troiani nominis hostis venit favitque
 3 adversus Eneam partibus Turni. Ovidius vero ubi *de Fastis* vi-
 detur existimare eum Faliscos condidisse, et ob id dicit: «Ve-
 nerat Atride fatis agitatus Halesus, A quo se dictam terra Fali-
 sca putat» etc.⁴⁷ Posteritatis autem eius nulla extat memoria.

XVIII. *Eletra, figlia di Agamennone.*

1 Eletra fu figlia di Agamennone e di Clitennestra, come chia-
 ramente risulta dalla tragedia *Agamemno* di Seneca, nella qua-
 le si apprende che, piccola, fu lasciata nella reggia da Agamen-
 none che andava a Troia. Ella, quando vide il padre ucciso, se-
 2 gretamente affidò Oreste a Strofio focese, amico di Agamen-
 none; e poi aspramente rimproverò la madre per il delitto
 commesso; e perciò, per ordine di Clitennestra, fu messa in
 carcere. Non ricordo di aver letto che cosa alla fine di lei sia
 accaduto.

XIX. *Aleso, figlio di Agamennone.*

1 Aleso fu figlio di Agamennone, come ben chiaramente dice
 Virgilio: «Da questa parte Aleso, nemico dei Troiani, e figlio
 (naturale?) di Agamennone, attacca i cavalli al carro» ecc. Ma
 da che madre sia nato, è dubbio. Alcuni dicono che nacque da
 Briseide, altri da Cassandra. Io però non lo credo. Non avreb-
 be potuto infatti, se nato da Cassandra, aiutare Turno contro
 Enea, perché i tempi non lo ammettono. Teodonzio crede che
 2 congiurò con Clitennestra contro il padre e perciò che fu figlio
 di Clitennestra e che fu cacciato dalla patria. Virgilio dice che
 venne in Italia (qualunque sia stato il motivo di lasciare la pa-
 tria) e si stabilì presso il monte Massico in Campania, e di là
 venne, come nemico dei Troiani, e favorì la parte di Turno
 contro Enea. Ovidio invece nei *Fasti* sembra credere che egli
 3 fondò Falisci e perciò scrive: «Vi si era trasferito, spinto dai fa-
 ti dell'Atride, Aleso, dal quale la terra dei Falisci crede di aver
 preso il nome» ecc. Della sua discendenza non resta alcun
 ricordo.

XX. De Horeste, Agamenonis filio, qui genuit Thyssamenem, Corinthum et Horestem.

1 Horestes Agamenonis et Clytemestre fuit filius, ut satis in precedentibus ostensum est. Huic dicit Theodontius Hermiona Menelai et Helene filia parvula adhuc desponsata est, cum et ipse parvulus esset. Hic tandem, occiso ab Egistho Agamenone, studio Eletre sororis sue a Strophylo phocensi clam Micenis subtractus et asportatus atque servatus est, querentibus eum in mortem matre atque Egistho. Qui cum tractu temporis excrevisset, captato commodo, Hermiona sibi iam a Pyrrho subtracta, in ultionem paterne cedis surrexit, et Egisthum adulterum, cum septem iam regnasset annis, una cum Clytemestra matre occidit. Quo facto aiunt confestim in furiam devenisse, cum sibi videretur imminere occise matris ymaginem, facibus et serpentibus armatam, et ei continuum minitantes exitium, ut dicit Statius: «Armatam facibus matrem et serpentibus atris, Cum fugit, ultricesque sedent in limine dire» etc.⁴⁸ Cui Pylades Strophyli filius, qui tempore paterne cedis eum transfugerat, iunctus, promissa illi salute, cum eo ad aram Dictinne Diane in Colcos confugit; et ibi resipivit Horestes, summovitque ab infestatione tali matrem. Et sorore cognita Ephigenia, que ibidem dee sacerdos erat, occiso Thoante rege, et simulacro dee rapti atque in fasce lignorum delato, secundum quosdam in regnum rediit, et fraude Macharei sacerdotis Pyrrum Achillis filium in templo Apollinis interemit, et sibi
3 Hermionem coniugem reassumpsit. Alii vero volunt eum antequam in regnum redisset in Ytaliam devenisse, et haud longe a Roma apud Ariciam Diane simulacrum collocasse, et impia statuisse sacra. Sed quodcumque hoc factum sit, eum post occisum Egisthum regnasse annis XV affirmat Eusebius in *libro Temporum*,⁴⁹ et anno XX° regni Demophontis regis Athenarum occidisse Pyrrum. Solinus vero, in libro quem *De mirabilibus* scripsit, dicit eum post occisam matrem profugum,
4

XX. Oreste, figlio di Agamennone, che generò Tisamene, Corinto e Oreste.

Oreste fu figlio di Agamennone e Clitennestra, come ben si è mostrato nei capitoli precedenti. Teodonzio dice che gli fu data, ancora fanciulla, in sposa Ermione, figlia di Menelao e di Elena, quando anch'egli era ragazzo. Questi poi, quando Agamennone fu ucciso da Egisto, per interessamento della sorella Elettra, fu segretamente sottratto a Micene da Stroffio focese e portato via e salvato, mentre la madre ed Egisto lo cercavano per dargli morte. Cresciuto in processo di tempo, presa l'occasione, quando Ermione gli era già stata sottratta da Pirro, sorse a vendicare la strage paterna e uccise l'adultero Egisto, quando già aveva regnato per sette anni, insieme con la madre Clitennestra. Ciò accaduto, dicono che Oreste subito divenne furioso, poiché gli pareva che lo sovrastasse, armata di fiaccole e di serpenti, l'immagine della madre uccisa, che lo minacciava continuamente di morte, come dice Stazio: «Quando fugge la madre armata di fiaccole e di neri serpenti e sulla soglia siedono le Furie vendicatrici». Gli si unì, promettendogli salvezza, Pilade, figlio di Stroffio, che, al tempo della strage paterna, lo aveva fatto fuggire; con lui si rifugiò in Colchide presso l'altare di Diana Dictinna; e qui Oreste aprì gli occhi, e rimosse l'immagine della madre da quella minaccia. Riconosciuta la sorella Ifigenia, che ivi era sacerdotessa della dea, uccise il re Toante e rapì la statua della dea e, nascostala in un fascio di legna, secondo alcuni, ritornò nel regno e, con l'inganno del sacerdote Macareo, uccise nel tempio Pirro, figlio di Achille e si riprese la moglie Ermione. Altri invece dicono che, prima di tornare nel regno, sia venuto in Italia e abbia collocato, non lontano da Roma, presso Ariccìa, la statua di Diana e vi abbia istituito empì sacrifici. Ma in qualunque momento ciò sia accaduto, Eusebio afferma nel *Chronicon* che regnò quindici anni, dopo l'uccisione di Egisto e che nell'anno ventesimo del regno di Demofonte, re di Atene, uccise Pirro. Solino invece, nel *De mirabilibus mundi*, dice che, profugo, dopo l'uccisione della madre, ebbe compagna Ermione nell'esilio e in tutte le vicende. È
1
2
3
4

Hermionam in omnes casus habuisse sociam.⁵⁰ Quo autem diem clauserit, etiam in dubium vertitur; cum dicat Servius⁵¹ ossa eius, iam Roma condita, ab Aricia Romam translata et sepulta ante templum Saturni, quod est ante clivum Capitolinum iuxta Concordie templum. Solinus autem ubi supra dicit⁵² quod Olympiade lviir, ossa eius a Spartanis oraculo monitis Tegee inventa, et tante magnitudinis fuisse ut implerent longitudinem cubitorum septem.

XXI. *De Thyssamene, Horestis filio.*

- 1 Thyssamenes, ut scribit Eusebius,⁵³ filius fuit Horestis et ei successit in regno.

XXII. *De Corinθο, Horestis filio.*

- 1 Corinthus filius fuit Horestis, ut dicit Anselmus eo in libro quem scripsit *De ymagine mundi*.⁵⁴ In quo asserit eum Corinthum Achaie civitatem fecisse et de suo nomine nuncupasse. Et hoc idem affirmat Gervasius Thelliberiensis.⁵⁵ Qui, esto novi sint autores, non tamen parve sunt gravitatis. Preterea, ut Ysidorus in libro *Ethymologiarum* dicit, Corinthum in Achaia condidit Corinthus, Horestis filius.⁵⁶ Ego autem conditam non credo, sed forte restauratam, cum scribat Eusebius in *libro Temporum*,⁵⁷ eam diu ante a Sysipho conditam et Ephyrā appellatam.

XXIII. *De Horeste, Horestis filio.*

- 1 Horestes, ut Solinus *De mirabilibus mundi* testatur,⁵⁸ filius fuit Horestis et Hermione, et ab eo affirmat populos, qui Horestides appellantur, denominatos, dicens sic: «Micenis profugus matricida cum abscessus longius destinasset, natum sibi in Emathia parvulum de Hermiona, quam in omnes casus sociam

dubbio dove sia morto; poiché Servio dice che le sue ossa, quando già Roma era stata fondata, furono portate da Ariccia a Roma e sepolte davanti al tempio di Saturno, che è di fronte al colle Capitolino, vicino al tempio della Concordia; Solino invece, nel passo citato, dice che, durante la cinquantottesima Olimpiade, le sue ossa furono trovate dagli Spartani a Tegea, per indicazioni dell'oracolo, e che erano di tali dimensioni da riempire in lunghezza sette cubiti.

XXI. *Tisamene, figlio di Oreste.*

- Tisamene, come scrive Eusebio, fu figlio di Oreste e gli successe nel regno. I

XXII. *Corinto, figlio di Oreste.*

Corinto fu figlio di Oreste, come dice Anselmo [ma: Onorio] nel *De ymagine mundi*. Ivi asserisce che fondò la città di Corinto in Acaia e che la chiamò col suo nome. Lo stesso afferma Gervasio di Tillbery. Questi sono autori recenti, ma non di scarsa importanza. Inoltre Isidoro nelle *Ethymologiae* dice che Corinto, figlio di Oreste, fondò in Acaia la città di Corinto. Io non credo che sia stata fondata, ma restaurata, poiché Eusebio nel *Chronicon* scrive che la città fu fondata ben prima da Sisifo e chiamata Efira. 2

XXIII. *Oreste, figlio di Oreste.*

Attesta Solino nel *De mirabilibus mundi* che Oreste fu figlio di Oreste, da Ermione e che da lui furono nominati gli Orestidi, dicendo: «Il profugo matricida fuggendo da Micene, avendo destinato di allontanarsi di più, aveva mandato in Emazia, perché vi fosse nascosto, il piccolo nato da Ermione, che si era I

adsciverat, hic mandaverat occulendum. Adolevit puer, in spiritum regii sanguinis, nomen patris sui referens, occupatoque quicquid est quod procedit in Macedonicum sinum, et Adriaticum salum, terram cui imperitaverat Horestiam dixit» etc.

2 De hoc ego nil ulterius legi, in longam tamen posteritatem devenisse suos creditum est, adeo ut affirmet Trogus Pompeius⁵⁹ Pausaniam, Phylippi regis Macedonum occisorem, ab Horeste duxisse originem. Sed, quibus mediis vetustate agente, non reperitur.

XXIV. *De Dyonisio, XXXI° Iovis filio.*

1 Dyonisius, ut in libro *De naturis deorum*⁶⁰ scribit Cicero, Iovis et Lune fuit filius. Quem ego idem cum Bacco dicerem, si non essent in matre dissimiles, cum ipse idem Tullius ei fieri Orgia arbitretur. Possibile tamen est, ut sic sit, fictione mutata, dummodo utrumque pro vino non pro homine assumamus.

2 Nam Iuppiter, id est calor die, et luna rore et humectatione nocte vites fovent, et ad incrementum atque maturitatem uvas deducunt. Et sic hic erit qui in culmine colitur Nyse (altero ex Parnasi montis verticibus Bacho) eo quod vinetis abundet consecrato, et dicitur Dyonisius quasi Nyse deus, nam *dyos* grece, latine *deus* sonat.

XXV. *De Perseo, XXXII° Iovis filio, qui genuit Gorgophonem, Stelenum et Eritreum et Bachemonem.*

1 Perseus, quem veteres totius nobilitatis Grecie patrem opinati sunt, Iovis et Danis Acrisii fuit filius, unde Ovidius: «Non putet esse deum, nec enim Iovis esse putabat Persea, quem Danes pluvio conceperat auro» etc.⁶¹ Qualiter autem ex Iove et Dane natus sit, ubi de Dane in precedentibus videri potest. Is

scelta come compagna in tutte le sue vicende. Il fanciullo crebbe nello spirito del sangue reale, portando il nome del padre e occupò tutto il territorio che si estende verso il golfo di Macedonia e il mare Adriatico; e chiamò Orestide la terra su cui aveva dominato» ecc. Nulla di più su di lui ho letto; ma fu creduto che la sua discendenza si estese lungamente nel tempo, al punto che Pomponio Trogo afferma che Pausania, uccisore del re Filippo di Macedonia, prese origine da Oreste. Ma non si trova attraverso quali discendenti intermedi, poiché l'antichità lo ha fatto ignorare.

XXIV. *Dioniso, trentunesimo figlio di Giove.*

1 Dioniso – come scrive Cicerone nel *De natura deorum* – fu figlio di Giove e della Luna. Io lo identificherei con Bacco, se non fossero diversi nella madre, poiché Tullio crede che per lui furono istituiti i riti orfici (o orgiastici). È tuttavia possibile che sia così, cambiata la favola, purché entrambi li prendiamo per vino, non per uomini. Infatti Giove, cioè il calore, di giorno, e la luna, con la rugiada e l'umidità, di notte, nutrono le viti e portano l'uva alla crescita e alla maturazione. E così questo Dioniso sarà quello che si venera sul colle di Nisa, (l'altro essendo Bacco che si venera sul monte Parnaso) che gli è consacrato per l'abbondanza di vigneti; e sarà detto Dioniso perché *dios*, in greco, suona *deus* in latino.

XXV. *Perseo, trentaduesimo figlio di Giove, che generò Gorgofone, Stenelo ed Eritreo e Bachemone.*

1 Perseo, che gli antichi hanno creduto padre di tutta la nobiltà di Grecia, fu figlio di Giove e Danae, figlia di Acrisio; donde Ovidio: «[Acrisio] non ammetteva che [Bacco] fosse discendente degli dei; come non credeva che fosse figlio di Giove, Perseo, che Danae aveva concepito da una pioggia d'oro» ecc. Ma come sia nato da Giove e da Danae, si può vedere nel capi-

autem iam grandis, ut dicit Lactantius,⁶² Polydecti regis imperio in Gorgonem expeditionem assumpsit, habuitque Pegasus alatum equum, et Palladis egyptem, et talaria enseque Mercurii, volatumque cepit ex Aphasanta monte, ut in his versibus a Statio designatur: «Mons erat audaci seductus in ethera dorso»,⁶³ et infra per V versus. Quam quidem Gorgonem pretense egide pallanteo vidit impune atque consideravit et vicit, eique caput abstulit, et Athlantem regem sibi denegantem hospitium, ostenso Gorgonis capite, mutavit in saxum. Inde remeans in patriam, cum ex excelso vidisset in syrio litore circa regna Cephæi Andromedem virginem alligatam matris crimine et Amoneis sententia scopulo, et sic monstro marino expositam flentesque parentes in litore, evolavit illuc, et cognita causa cum parentibus pactus est coniugium virginis, si illam a belua liberaret. Quod factum est; nam venientem interemit. Inde, celebrante eo nuptias, cum Phineus Cephæi frater, cui ante sententiam puella desponsata fuerat, eam repeteret, et vi conaretur tanquam suam auferre, bellum adversus eum inivit, et cum multos ex hostibus occidisset, reliquos capite Gorgonis ostenso, convertit in lapides. Post hec, Pretum avi sui fratrem, qui Acrisium regno pepulerat, transformavit in saxum, et regnum avo restituit. In Persas preterea bellum intulisse ferunt, et in eodem Liberum patrem adversum se consistentem in prelio occidisse, subactamque nationem a se denominasse, ibique Persepolim regiam civitatem edificasse, quam postea, ut scribit Quintius Curtius, ubi *De gestis Alexandri*,⁶⁴ Alexander Macedo, vino calens et epulis, demoliri fecit. Attamen Acrisium avum, ut dicit Lactantius,⁶⁵ in lapidem commutavit. Et inde dicunt eum una cum Cepheo et Cassiopia atque Andromeda coniuge in celum fuisse assumptum, et inter celi sydera collocatum, ut *De ymagine mundi* testatur Anselmus, dicens: «Huic coniungitur Cepheus rex, et Cassiopia uxor eius, cui associatur Perseus filius Iovis et Danes, habens iuxta se sydus Andromede» etc.⁶⁶

tolo precedente su Danae. Questi poi, già grande – come dice Lattanzio – per ordine del re Polidette, intraprese una spedizione contro la Gorgone ed ebbe il cavallo alato Pegaso e lo scudo di Pallade e i talari e la spada di Mercurio, e prese il volo dal monte Afesante, come si indica in questi versi di Stazio: «C'era un monte che si elevava al cielo con la cima audace» e avanti per cinque versi. Egli, messo avanti lo scudo di Pallade, vide impunemente la Gorgone e la osservò e la vinse e le tagliò la testa e mutò in sasso, mostrando la testa della Gorgone, il re Atlante, che gli negava ospitalità. Poi, ritornando in patria, poiché vide dall'alto sul lido siriano, vicino ai regni di Cefeo, la vergine Andromeda, legata ad uno scoglio per una colpa della madre (Cassiopea) e per la sentenza di Ammone, e così esposta ad un mostro marino, e vide i suoi genitori che piangevano sul lido, volò colà e, intesa la causa della condanna, pattuì coi genitori il matrimonio con la vergine, se l'avesse liberata dal mostro. E ciò avvenne, poiché lo uccise, mentre avanzava. Poi, mentre celebrava le nozze, poiché il fratello di Cefeo, Fineo, al quale era stata promessa la fanciulla, prima della sentenza di Ammone, la richiedeva, e tentava di prenderla con la forza, come sua, Perseo entrò in guerra contro di lui e, dopo aver ucciso molti dei nemici, mutò in pietre quelli che erano rimasti, mostrando loro la testa della Gorgone. Dopo di che trasformò in sasso Preto, fratello di suo nonno, che aveva cacciato Acrisio dal regno e restituì lo stesso al nonno materno. Dicono anche che mosse guerra ai Persiani e che in quella uccise in battaglia il padre Libero che gli si opponeva e che dal proprio nome chiamò quel popolo sottomesso e vi costruì la città regia Persepoli, che poi – come scrive Quinto Curzio nel *De gestis Alexandri* – Alessandro il Macedone, caldo di vino e di vivande, fece distruggere. Tuttavia, come dice Lattanzio, mutò poi il nonno Acrisio in sasso. E poi dicono che, con Cefeo e Cassiopea e la moglie Andromeda, fu assunto in cielo e collocato fra le costellazioni, come attesta Anselmo [ma Onorio] nel *De ymagine mundi* dicendo: «A questa si congiunge il re Cefeo e sua moglie Cassiopea, ai quali si associa Perseo, figlio di Giove e di Danae, che ha vicino a sé la stella di Andromeda» ecc.

4 His appositis, ad sensum fictionum veniendum est. Perseum equo Pegaso vectum fame cupidine tractum demonstrat. Alii tamen volunt eum ad transfretandum habuisse navim, cuius insigne vel nomen fuerit Pegasus. Scutum Palladis accipiendum reor pro prudentia, qua et hostium acta consideramus, et nos ipsos ab eorum insidiis telisque protegimus. Mercurii talaria velocitatem et vigilantiam in agendis significare reor. Sic et ensis recurvus et a parte exteriori acutus ostendit, quoniam bellorum tempore et preda hostium ad nos trahere debere, eosque a nostris amovere cedibus. De Gorgone autem et Athlante satis in precedentibus, ubi de eis dictum est.⁶⁷ Liberasse autem Andromedem a belua, hystoriam reor, cum in *Cosmographia* dicat Pomponius: «Est Ioppen ante diluvium, ut ferunt, condita, ubi Cephea regnasse eo signo accolae affirmant, quod titulum eius fratrisque Phynei veteres clamare cum religione plurima retinent; quin etiam rei celebrate carminibus ac fabulis servateque a Perseo Andromede clarum vestigium marine belue ossa immania ostentant». Hec ille.⁶⁸ Preterea et Hieronymus presbiter in libro, quem *De distantis locorum* composuit, dicit: «Ioppe oppidum Palestine maritimum in tribu Dan, ubi hodieque saxa monstrantur in litore, in quibus Andromeda religata Persei quondam viri sui fertur liberata fuisse subsidio». ⁵ Hec Hieronymus. Plinius vero, inter scriptores celeberrimus homo, scribit: «Belue, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Rome apportata ex oppido Iudee Ioppe, ostendit inter reliqua miracula in edilitate M. Scaurus, longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum yndicos elephantos ⁶ excedente, spine grossitudine sexquipedali» etc.⁷⁰ Perseum autem hostes et Pretum in saxa vertisse capite Gorgonis ostenso, nil aliud puto, nisi quia victos divitiis Gorgonis tacitos illos reddidit et imbelles. Acrisium autem avum constat per Eusebium in *libro Temporum*⁷¹ aliter saxeam efficisse; nam ab eo non sponte occisus est, et sic frigiditate perpetua lapidi similis factus est. Quod in celis a septentrionali plaga stellificatus lu-

4 Ciò premesso, occorre venire al significato della favole. Per Anselmo [ma Onorio], Perseo portato dal cavallo Pegaso, indica l'uomo tratto dal desiderio di fama. Altri tuttavia dicono che abbia avuto per passare il mare una nave la cui insegna, o il nome, fu Pegaso. Lo scudo di Pallade credo sia da intendere come la prudenza, per la quale osserviamo gli atti dei nemici e ci proteggiamo dalle loro insidie e dai loro dardi. I calzari alati di Mercurio credo significhino la velocità e la vigilanza nell'azione. Così la spada ricurva, e aguzza dalla parte esterna, significa che in tempo di guerra dobbiamo trarre a noi le prede dei nemici e impedir loro le stragi dei nostri. Sulla Gorgone e su Atlante basta ciò che se ne è detto nei libri precedenti. Credo che sia storico il fatto di aver Perseo liberato Andromeda dal mostro marino, poiché Pomponio scrive nella *Chorographia*: «Ioppe fu fondata, come tramandano, prima del diluvio, dove gli abitanti affermano che Cefeo abbia regnato, adducendo la prova che gli antichi altari mantengono con grande reverenza il titolo di lui e del fratello Fineo; che anzi le ossa gigantesche del mostro marino indicano un chiaro indizio del fatto, celebrato dai carmi e dalle favole, di Andromeda salvata da Perseo». ⁵ Così Pomponio. Inoltre il prete Girolamo, nel libro che compose *De distantis locorum* dice: «Ioppe, città marittima della Palestina, nella tribù di Dan, dove oggi ancora si mostrano sul lido gli scogli ai quali fu legata Andromeda e liberata con l'aiuto di Perseo, un tempo suo marito». Così Girolamo. Invece Plinio, famosissimo tra gli scrittori, scrive: «M. Scauro, durante la sua carica di edile, mostra, fra le altre meraviglie, le ossa del mostro, al quale si diceva fosse stata esposta Andromeda, portate dalla città di Ioppe in Giudea: lunghe quaranta piedi, alte più che i fianchi degli elefanti indiani, grosse, con una spina dorsale d'un piede e mezzo» ecc. Che Perseo abbia mutato in sasso i nemici e Preto col mostrare la testa della Gorgone, io credo significhi che con le ricchezze della Gorgone li rese taciti e imbelli. Consta poi, da Eusebio nel *Chronicon*, che rese in altro modo di sasso il nonno Acrisio; infatti da esso Acrisio non fu ucciso in modo naturale; e così, per perenne frigidità, divenne simile ad una pietra. Del fatto poi che risplenda come stella nel

7 ceat, sententiam Tullii, ubi *De questionibus Tusculanis*,⁷² sequendam puto, qui de eo et reliquis ait: «Nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi celestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabule traduxisset». Hec Tullius. Ceterum de tempore huius ambigitur, cum scribat Eusebius⁷³ eum occidisse Gorgonem anno mundi III dcc xxviii. Inde hoc eodem anno, secundum alios, dicit eum cum coniuge in celum raptum. Paulo post dicit anno secundo regi Cecropis, qui mundi fuit III dccc lvii, eum Gorgone occiso adversus Persas dimicasse. Nec multo post scribit anno XXXV^o regni Cecropis Acrisium ab eo mortuum, et Argivorum regnum in Micenas translatum; quod ego verum puto, cum magis tempus conveniat rebus gestis.

XXVI. *De Gorgophone, Persei filio, qui genuit Electrionem et Alceum.*

I Gorgophones, teste Lactantio,⁷⁴ filius fuit Persei ex Andromeda coniuge, ex quo nil aliud habemus, nisi quia genuit Electrionem et Alceum.

XXVII. *De Electrione, Gorgophonis filio, qui genuit Alcmenam.*

I Electrion, ut Lactantio placet, Gorgophonis fuit filius, ex quo nisi Alcmenam filiam haberemus, nudum nomen nobis liquisset antiquitas.

cielo, dalla plaga settentrionale, credo si debba seguire l'opinione di Tullio nelle *Tusculanae*, il quale di lui e degli altri dice: «Né si sarebbe formata la tradizione di Cefeo, convertito in costellazione con la moglie, col genero e con la figlia, se il loro nome non fosse passato nelle favole mitologiche per la loro sovrumana conoscenza delle cose celesti». Fin qui Tullio. Ma sul tempo in cui visse Perseo si dubita, poiché scrive Eusebio che egli uccise la Gorgone nell'anno del mondo 3729. Poi in questo stesso anno, secondo altri, dice che fu assunto in cielo con la moglie. Poco dopo dice che, nel secondo anno del regno di Cecrope (che fu l'anno del mondo 3857), Perseo, uccisa la Gorgone, mosse guerra ai Persiani. Né molto dopo scrive che, nell'anno trentacinquesimo del regno di Cecrope, Acrisio fu da lui ucciso e il regno degli Argivi trasportato a Micene; e io credo che ciò sia vero, poiché il tempo meglio si confà a quelle imprese.

XXVI. *Gorgofone, figlio di Perseo, che generò Elettrione e Alceo.*

I Gorgofone, come attesta Lattanzio, fu figlio di Perseo, dalla moglie Andromeda. Di lui null'altro sappiamo, se non che generò Elettrione e Alceo.

XXVII. *Elettrione, figlio di Gorgofone, che generò Alcmena.*

I Elettrione, come pare a Lattanzio, fu figlio di Gorgofone, del quale l'antichità ci avrebbe lasciato il puro nome, se non sapessimo che Alcmena fu sua figlia.

XXVIII. *De Alcmena, Electrionis filia, et Amphytrionis coniuge.*

1 Alcmena, ut dicit Lactantius,⁷⁵ filia fuit Electrionis. Quod et
Plautus in *Amphytrione* testatur dicens: «Qui cum Alcmena est
2 nupta, Electri filia».⁷⁶ Hec quidem, ut ibidem dicit Plautus,
nupsit Amphytrioni thebano, et a Iove dilecta est, et in specie
Amphytrionis viri sui ab eo oppressa, Herculem peperit, ut in
sequentibus, ubi de Hercule dicitur latius.⁷⁷

XXIX. *De Alceo, filio Gorgophonis, qui genuit Amphytrionem.*

1 Alceus, ut ait Paulus, filius fuit Gorgophonis, magis filii fama
cognitus apud nos, quam splendore suo; nam, ut aiunt, pater
fuit Amphytrionis.

XXX. *De Amphytrione filio Alcei, qui genuit Yphicleum.*

1 Amphytrion, ut Paulus ait, filius fuit Alcei, homo armorum
insignis, ut Plautus in comedia eiusdem *Amphytrionis* ostendit.⁷⁸
Huic coniunx fuit Alcmena, cum qua Thebis morabatur, ubi,
2 dum ipse pro Thebanis adversus Theloboeos bellum gereret,
Iuppiter eius in specie Alcmenam oppressit, et ex ea suscepit
Herculem. Amphytrion autem eodem partu ex ea suscepit
Yphicleum. Placet preterea Plinio, in libro *Naturalis hystorie*,
huius fuisse inventum ostentorum atque somniorum interpretationes.⁷⁹

XXXI. *De Yphicleo, Amphytrionis filio, qui genuit Yolaum.*

1 Yphicleus, ut scribit Plautus in *Amphytrione*, filius fuit Amphytrionis
et Alcmenae, eumque cum Hercule uno partu editum dicit.⁸⁰ Verum
Yphicleus post nonum conceptionis men-

XXVIII. *Alcmena, figlia di Elettrione e moglie di Anfitrione.*

Alcmena – come dice Lattanzio – fu figlia di Elettrione. Lo
1 attesta anche Plauto nell'*Amphitruo* dicendo: «Egli è sposato
con Alcmena, figlia di Elettrione». Questa, come ivi dice Plauto,
2 sposò Anfitrione tebano; e fu amata da Giove e, sotto le
forme del marito Anfitrione, fu da lui violentata e generò Ercole,
come si dirà in appresso, dove più ampiamente si tratterà di lui.

XXIX. *Alceo, figlio di Gorgofone, che generò Anfitrione.*

Alceo – come dice Paolo – fu figlio di Gorgofone, e fu più
1 noto a noi per la fama del figlio che per proprio lustro; infatti,
come dicono, fu padre di Anfitrione.

XXX. *Anfitrione, figlio di Alceo, che generò Ificleo.*

Anfitrione, come dice Paolo, fu figlio di Alceo, insigne uomo
1 d'armi, come mostra Plauto nella commedia *Amphitruo*.
Sua moglie fu Alcmena, e con essa viveva in Tebe, dove, mentre
faceva guerra per i Tebani contro i Telebei, Giove, sotto le
2 forme di lui, stuprò Alcmena e da essa ebbe Ercole. Anfitrione
poi, con lo stesso parto, ebbe da lei Ificleo. Pare inoltre a Plinio
nella *Naturalis Historia* che Anfitrione per primo abbia interpretato
i prodigi e i sogni.

XXXI. *Ificleo, figlio di Anfitrione, che generò Iolaos.*

Ificleo – come scrive Plauto nell'*Amphitruo* – fu figlio di Anfitrione
1 e di Alcmena; e lo dice generato in un solo parto con Ercole.
Ma Ificleo nacque dopo il nono mese del concepimen-

sem natus est. Hercules autem una secum natus, septimo non
 2 perfecto. Quod Augustinus ubi *De civitate Dei* concedere non
 videtur, quod mulier possit in diversis temporibus diversos
 concipere.⁸¹

XXXII. *De Yolao, Yphiclei filio.*

1 Yolaus, ut Solinus *De mirabilibus mundi* asserit, filius fuit
 Yphiclei. Hic, ut idem ait Solinus. «Sardiniam ingressus palan-
 tes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam atque
 alia greca oppida extruxit. Yolenses ab eo dicti, sepulcro eius
 2 templum addiderunt, quod imitatus virtutes patris malis pluri-
 mis Sardiniam liberasset». Hec ille.⁸² Fuere tamen et alii Yphi-
 clei.

XXXIII. *De Steleno, Persei filio, qui genuit Euristeum.*

1 Stelenus, ut placet Homero,⁸³ Persei fuit filius et Androme-
 de. Nam in *Yliade* Homerus describit Agamennonem concio-
 nantem et Euristei genealogiam designantem asserentemque
 Stelenum fuisse Persei filium et Euristei patrem. Is quidem, ut
 dicit Eusebius in *libro Temporum*,⁸⁴ translato Argivorum regno
 a Perseo Micenis, post Perseum regnavit, quando, non reperi-
 2 tur. Nam mortuo Acrisio, qui XXXI annis regnavit, immediate
 sequitur initium regni Euristei, quinque tamen interpositis an-
 nis, eoque scilicet Euristeo regnante, scriptum comperio Stele-
 num quadraginta annis Micenis regnasse; ubi hi perditii sint,
 invenire non possum.

XXXIV. *De Euristeo, Steleni filio.*

1 Euristeus Steleni fuit filius, ut premonstratum est, de nativi-
 tate cuius talem refert Homerus fabulam.⁸⁵ Cum die quadam

to, Ercole con lui, ma non ancora finito il settimo mese. Ma 2
 non sembra ammettere Agostino nel *De civitate Dei* che una
 donna possa in tempi diversi concepire figli diversi.

XXXII. *Iolao, figlio di Ificleo.*

1 Iolao – come dice Solino nel *De mirabilibus mundi* – fu figlio
 di Ificleo. «Questi – come dice lo stesso Solino – entrò in Sar-
 degna e sollecitò alla concordia gli animi divisi degli abitanti.
 Poi fondò Olbia ed altre città greche. Gli Iolensi, così da lui
 chiamati, edificarono un tempio presso il suo sepolcro perché,
 imitando il valore del padre, aveva liberato la Sardegna da mol-
 2 ti mali». Fin qui Solino. Ci furono però anche altri Ificlei.

XXXIII. *Steleno, figlio di Perseo, che generò Euristeo.*

1 Steleno – come pare a Omero – fu figlio di Perseo e di And-
 romeda. Infatti Omero nell'*Ilias* descrive Agamennone men-
 tre tiene un'assemblea e indica la genealogia di Euristeo e dice
 che Steleno fu figlio di Perseo e padre di Euristeo. Questo Ste-
 nelo – come dice Eusebio nel *Chronicon* – dopo che fu trasferi-
 to da Perseo il regno degli Argivi da Micene, regnò dopo Per-
 2 seo, ma non si sa quando. Infatti, dopo la morte di Acrisio, che
 regnò per trentuno anni, segue immediatamente l'inizio del re-
 gno di Euristeo; ma dopo un intervallo di cinque anni, e cioè
 mentre regnava Euristeo, trovo scritto che Steleno regnò qua-
 ranta anni in Argo; e non posso scoprire dove questi anni siano
 andati perduti.

XXXIV. *Euristeo, figlio di Steleno.*

1 Euristeo fu figlio di Steleno, come si è indicato sopra; e sulla
 sua nascita Omero riferisce questa favola. Avendo Giove una

Iuppiter apud Superos dixisset die illa nasciturum hominem qui omnibus circumvicinis dominaretur, Iuno id fecit iuramento firmari et confestim descendit in terras et retinuit Lythiam, quam nos Lucinam dicimus, deam parturientium, apud uxorem Steleni pregnantem iam septem mensium, et ex utero eius eduxit filium VII mensium, qui vocatus est Euristeus. Erat quidem ea die nasciturus Hercules, sed Alcmena ob retentam parturientium deam peperisse non potui. Et sic factum est quod de Hercule Iuppiter intelligebat verteretur in Euristeum, qui postmodum aliis et Herculi etiam imperavit, regnavitque Micenis annis xlv, et successorem moriens reliquit Atreum.

- 2 Fabula autem hec ab eventu sibi locum vindicavit, cum viderent homines Euristeum Herculi fortissimo virorum imperantem.

XXXV. *De Bachemone, Persei filio, qui genuit Achimenedem.*

- 1 Bachemon, Lactantio teste,⁸⁶ Persei fuit filius et Andromede, et ut ipse idem dicit apud quosdam orientales populos imperavit, qui ab Achimenede eiusdem Bachemonis filio, ut dicit
- 2 Theodontius, Achimenedes postea nuncupati sunt. Qui Apollini sacrorum ritus invenisse se asserunt. Est enim apud eos Sol in speleo persico in habitu cum thyra et utrisque manibus comprimens cornua bovis; puto ad immensam eius potentiam ostendendam.

XXXVI. *De Achimenede filio Bachemonis, qui genuit Orcamum.*

- 1 Achimenedes, ut dicit Theodontius, filius fuit Bachemonis, esto sint qui velint eum filium fuisse Persei. Hic autem Achimenedis populis imperavit, eosque a suo nomine nuncupavit, et moriens successorem Orcamum filium dereliquit.

volta detto agli dei che quel giorno sarebbe nato un uomo che avrebbe dominato su tutti i vicini, Giunone glielo fece confermare con giuramento e subito discese in terra e trattenne Ilitia, che noi diciamo Lucina, dea delle partorienti, presso la moglie di Stenelo, incinta già da sette mesi; e dal suo grembo trasse fuori un figlio settimino, che fu chiamato Euristeo. Quello stesso giorno era per nascere Ercole, ma Alcmena non poté partorire perché la dea dei parti era stata trattenuta. Così accadde che quello che Giove intendeva fare di Ercole, fu trasferito ad Euristeo, che poi comandò ad altri ed anche ad Ercole e regnò in Micene per quattordici anni; e morendo lasciò per successore Atreo.

Questa favola prese materia da quanto accadde, perché gli uomini vedevano che Euristeo signoreggiava su Ercole, il più forte degli uomini.

XXXV. *Achemene, figlio di Perseo, che generò Achemenide.*

Achemene, come attesta Lattanzio, fu figlio di Perseo e di Andromeda e regnò sopra alcuni popoli orientali, i quali da Achemenide, figlio di Achemene, furono poi chiamati Achemenidi, come dice Teodonzio. Essi dicono di aver inventato i sacrifici ad Apollo. Presso di loro è infatti in una caverna persiana Apollo in abito pontificale con la mitra, mentre con ambo le mani schiaccia le corna di un bue, credo per mostrare il suo immenso potere.

XXXVI. *Achemenide, figlio di Achemene, che generò Orcamo.*

Achemenide – come dice Teodonzio – fu figlio di Achemene, sebbene alcuni vogliano che fosse figlio di Perseo. Questo Achemenide regnò sui popoli Achemenii e così li chiamò dal suo nome; e morendo lasciò successore il figlio Orcamo.

XXXVII. *De Orcamo filio Achimenidis, qui genuit Leucothoem.*

I Orcamus, ut supra a Theodontio dictum est, filius fuit Achimenidis, qui coniunx fuit Eurimone⁸⁷ speciosissima mulier, ex qua filiam unicam Leucothoem suscepit, quam, quia Soli se diligenti paruerat, vivam infodit.

XXXVIII. *De Leucothoe, Orcami filia.*

I Leucothoem filiam fuisse Orcami et Eurimonis testatur Ovidius in maiori volumine, ubi dicit quod eam summe dilexit Phebus, et in formam versus Eurimonis matris eius noctu accessit ad eam, et licentiatis mulieribus suis, tanquam secreta secum locutura, in formam propriam rediit et patientem compressit.⁸⁸ Quod cum Clytie, que ante diligebatur a Phebo, ad aures devenisset, zelo percita confestim Orcamo accusavit. Qui iratus atque severus nimium vivam sepeliri iussit. Phebus autem cum illi vitam restituere nequiret, eam in virgam thuream vertit.

2 Huius fictionis ratio talis a quibusdam redditur, puellam ob adulterium cum splendido iuvene perpetratum iure sabeo vivam defossam, et cum eo in loco forte virga thurea nasceretur, quarum abundantissima regio est, solis virtute e sinu terre in altum deducta, locum fabule adinvenit. Ego autem apud Achimenidas locum puto, cui sit nomen vel fuerit Leucothoe, qui, quoniam thure abundet, ab incolis a Sole diligi dicitur, qui, in matris formam transformatus, id est in complexionem ad enutriendas thureas virgas oportunam, ibi descendit, et humiditati terre iungitur adeo, ut qui vivas plantas ibidem apponat, confestim in altum educat.

XXXVII. *Orcamo, figlio di Achemenide che generò Leucotoe.*

I Orcamo, come sopra è stato detto da Teodonzio, fu figlio di Achemenide. Sua moglie fu Eurinome, bellissima donna; e da essa ebbe l'unica figlia Leucotoe, che il marito fece seppellire viva, perché si era sottomessa al Sole che la amava.

XXXVIII. *Leucotoe, figlia di Orcamo.*

I Ovidio nelle *Metamorphoses* attesta che Leucotoe fu figlia di Orcamo, dove dice che molto l'amò il Sole che, prendendo le sembianze della madre Eurinome, di notte andò da lei e, licenziate le sue donne, come se avesse voluto parlare con lei, in segreto, ritornò alla propria figura e stuprò lei che gli compiacque. Ciò giunse alle orecchie di Clizia, prima amata dal Sole. Spinta dalla gelosia, ella la accusò subito ad Orcamo. E questo irato, e fin troppo severo, la fece seppellire viva. Febo poi, non potendo restituirle la vita, la mutò in verga d'incenso.

2 La spiegazione di questa favola è data da alcuni nel senso che la fanciulla, per l'adulterio consumato con uno splendido giovane, fu sepolta viva secondo la legge dei Sabei; e poiché sul luogo della sepoltura nacque per caso un virgulto d'incenso — pianta di cui la regione è abbondantissima — per forza di sole fu portata a crescere e diede materia alla favola. Io invece credo che presso gli Achemenidi vi sia qualche luogo che ha, o ebbe, nome Leucotoe; il quale — poiché abbonda di incenso — dicono gli abitanti sia amato dal sole; che, trasformato nelle sembianze di madre, cioè nella complessione necessaria a nutrire i virgulti d'incenso, discende in esso e si aggiunge all'umidità della terra al punto che, se uno vi pone alcuna pianta viva, subito la fa crescere verso l'alto.

XXXIX. *De Eritreo, Persei filio.*

I Eritreus seu Eritra, ut placet Solino *De mirabilibus mundi*,
 filius fuit Persei et Andromede, et in confinio Rubri maris re-
 gnum habuit, esto sint qui dicant eum Egypti fuisse regem. De
 quo idem Solinus scribit sic: «Ultra Pelusiacum enim hostium
 Arabia est ad Rubrum pertinens mare, quod Eritreum ab Eri-
 tra rege, Persei et Andromede filio, non solum a colore appel-
 latum Varro dicit». Hec ille.⁸⁹ Hic Eritreus apud Arabes maxi-
 2 me fuit autoritatis, adeo ut morienti in quadam Rubri maris in-
 sula ceteris famosiore, insigne plurimum sepulcrum construe-
 rent, eumque loco dei colerent, et ab eo Rubrum mare deno-
 minarent Eritreum, quo nomine adhuc Greci vocant, scilicet
Eritratalasson; nam *talasson*, latine sonat *mare*. De posteritate
 huius nil habemus.

XL. *De Perse, Persei filio.*

I Persem filium fuisse Persei in libro *Naturalis hystorie* testa-
 tur Plinius.⁹⁰ de quo nil aliud comperi, preter quod idem Pli-
 nius asserit, eum scilicet primum sagittarum repertorem fuisse,
 quod forsan apud suos verum est, cum apud alias nationes illas
 longe antiquiores legerimus.

XLI. *De Aone, Iovis XXXIII^o filio, qui genuit Dymantem.*

I Aon, ut Paulus ait, Iovis fuit filius ex nynpha Mnosyde, a
 quo dicit Boetiam Aoniam nuncupatam, quia ibi regnasset.
 Nos autem supra, Lactantii⁹¹ autoritatem secuti, Neptuni fi-
 2 lium scripsimus. Quem Theodontius factione suorum ex Apu-
 lia pulsum, et Onchesti fuisse filium, et in Boetiam venisse di-
 cebat, et ibidem Neptunum in patrem quesisse, et provinciam

XXXIX. *Eritreo, figlio di Perseo.*

Eritreo o Eritra – come pare a Solino nel *De mirabilibus* I
mundi – fu figlio di Perseo e di Andromeda ed ebbe il regno
 nel territorio presso il mar Rosso, sebbene alcuni dicano che fu
 re d'Egitto. Di lui ivi Solino scrive così: «Al di là della foce
 orientale del Nilo cioè di Pelusio [oggi Tineh] c'è l'Arabia che
 appartiene al mar Rosso, mare che Varrone dice esser chiama-
 to non solo Rosso dal colore, ma anche Eritreo dal re Eritra, fi-
 1 glio di Perseo e di Andromeda». Così Solino Questo Eritreo
 ebbe grandissima autorità sugli Arabi, al punto che, quando
 morì in un'isola del mar Rosso, più delle altre celebri, gli eres-
 1 sero un sepolcro molto famoso; e lo tennero in conto di dio; e
 da lui diedero il nome di Eritreo al mar Rosso; e con questo
 nome ancora lo chiamano i Greci cioè *Eritratalasson*; infatti *ta-*
lasson in latino suona *mare*. Nulla sappiamo della sua discen-
 denza.

XL. *Perse, figlio di Perseo.*

Plinio attesta, nella *Naturalis Historia*, che Perse fu figlio di I
 Perseo. Di lui nient'altro ho trovato, se non ciò che lo stesso
 Plinio afferma, che cioè Perse fu il primo inventore delle frec-
 ce; il che forse è vero presso i suoi, mentre leggiamo che presso
 altri popoli esse furono molto più antiche.

XLI. *Aone, trentatreesimo figlio di Giove, che generò Dimante.*

Aone – come dice Paolo – fu figlio di Giove dalla ninfa I
 Mnoside. Da lui si dice che la Beozia fu chiamata Aonia, per-
 ché ivi regnò. Noi invece, seguendo la testimonianza di Lattan-
 2 zio, abbiamo scritto sopra che fu figlio di Nettuno. Diceva
 Teodonzio che fu cacciato dalla Puglia da una congiura dei
 suoi e che fu figlio di Onchesto e venne in Beozia e qui trovò
 Nettuno come padre; e dal proprio nome chiamò la provincia;

de suo nomine nuncupasse, nullum tamen illi filium designabant, ubi Paulus filium suum fuisse Dymantem asserit.

XLII. *De Dymante, Aonis filio, qui genuit Asyum et Alixiroem.*

I Dymas, ut dicit Paulus, filius fuit Aonis, et Asyi atque Alixiroepater, nec aliud de eo legi.

XLIII. *De Asyo, Dymantis filio.*

I Asyus filius fuit Dymantis, ut in *Yliade* scribit Homerus, dicens: «Ἄσιω, ὃς μητρῶς ἦν Ἐκτορος Ἰπποδάμοιο Ἄυτοκασίγητος Ἐκαβῆς, υἱὸς δὲ Δυμαντός» etc.³² «Asio qui avunculus erat Hectoris bellicosi frater Hecube, filius Dymantis». Hunc quantumcunque Homerus dicat fratrem fuisse Hecube et avunculum Hectoris, dicebat Leontius ex parte matris fuisse, quia ex eadem matre Asyus et Hecuba nati fuerunt, sed ex diversis patribus. Hic autem adversus Grecos Priamo favit.

XLIV. *De Alixiroepater, Dymantis filia et matre Esaci.*

I Alixiroepater filia fuit Dymantis, ut testari videtur Ovidius, dum dicit: «Quamvis est illum proles enixa Dymantis Esacon umbrosa furtim peperisse sub Yda Fertur Alixiroepater» etc.³³ Hec igitur ex Priamo peperit Esacon, qui postea in mergum versus est.

XLV. *De Eaco XXXIII^o Iovis filio, qui genuit Phocum, Telamonem et Peleum.*

I Eacus Iovis fuit filius et Eagine, ut in *Yliade* dicit Homerus: «Πηλεὺς Ἀικιδῆς ὃδ' ἄρ' Αἴκος ἐκ Διὸς ἦεν» etc.³⁴ «Pe-

e non gli attribuivano alcun figlio, mentre Paolo afferma che suo figlio fu un Dimante.

XLII. *Dimante, figlio di Aone, che generò Asio e Alessiroe.*

Dimante, come dice Paolo, fu figlio di Aone e padre di Asio e di Alessiroe; né altro di lui ho letto.

XLIII. *Asio, figlio di Dimante.*

Asio fu figlio di Dimante come Omero scrive nell'*Ilias* dicendo: «Ad Asio, che era zio, per parte di madre, di Ettore domatore di cavalli; ed era fratello di Ecuba e figlio di Dimante» ecc. Sebbene Omero lo dica fratello di Ecuba, e zio di Ettore, Leonzio diceva che lo era da parte di madre, perché Asio ed Ecuba nacquerò dalla stessa madre, ma da padri diversi. Questi poi favorì Priamo nella guerra contro i Greci.

XLIV. *Alessiroe, figlia di Dimante e matre di Esaco.*

I Alessiroe fu figlia di Dimante, come sembra attestare Ovidio dove dice: «Sebbene [Ettore] lo abbia partorito la figlia di Dimante, mentre è tradizione che nascostamente Alessiroe diede alla luce Esaco, sull'Ida ombroso». Questa dunque da Priamo partorì Esaco, che poi fu mutato in smergo.

XLV. *Eaco, trentaquattresimo figlio di Giove, che generò Foco, Telamone e Peleo.*

I Eaco fu figlio di Giove e di Egina, come nell'*Ilias* dice Omero: «L'Eacide Peleo; suo padre Eaco poi era figlio di Giove».

leus Eacides, illi autem Eacus erat a Iove pater». Qualiter autem Iuppiter Eginam oppresserit, supra dictum est ubi de Egina.⁹⁵ Hunc insuper dicit Ovidius⁹⁶ regnasse apud Enopiam, quam ipse ex nomine matris vocavit Eginam. In qua cum peste defecissent homines, et ipse in somniis vidisset quercum plena formicis, nunc sursum, nunc deorsum deambulantibus, sibi dormienti visum est orasse Iovem ut omnes formice, quas videbat, homines efficerentur, quod et factum est, et sic eius est restaurata civitas, et cives Myrmidones appellati; nam *myrmex* grece, latine *formica* est.⁹⁷ Hunc preterea dixerunt veteres apud inferos cum Minoe et Radamanto culpas hominum excutere et pro meritis penas inferre.

2 Sub his autem figmentis latet hoc. Primo civitas eius evacuatam civibus peste, ex agricultoribus restaurata est, qui more fornicarum estate messes ex agris et alia oportuna colligunt, ut hyeme fame non pereant. Hos autem ipse legibus instruxit et vivere coegit, et hinc Iovis dictus est filius, et apud inferos iudex. Nam per respectum ad supercelestia corpora mortales inferi sunt.

XLVI. De Phoco, Eaci filio.

1 Phocus Eaci fuit filius, ut per Ovidium scribitur, dum legitur: «Expetit, occurrunt illi Telamonque minorque Quam Telamon Peleus et proles tercia Phocus» etc.⁹⁸ Hic a Peleo occisus est.

XLVII. De Telamone, Eaci filio, qui genuit Aiace et Teucrum.

1 Telamon Eaci fuit filius, fratrum maior natu. Quem Servius ex Argonautis fuisse dicit⁹⁹ et Herculis socium; et cum a Colco reverteretur querereturque Hercules Ylam puerum perditum apud Mysios, et ad troianum devenisset litus, prohibitus a Laomedonte, indicto illi bello, cum congregatis viribus adversus

Come Giove abbia stuprato Egina, si è detto sopra nel suo capitolo. Ovidio dice inoltre che Eaco regnò in Enopia, che, dal nome della madre, chiamò Egina. Durante una pestilenza, gli uomini erano spariti ed egli vide in sogno una quercia piena di formiche che camminavano ora in su ora in giù; e gli parve di pregare Giove, nel sonno, che tutte le formiche che vedeva diventassero uomini; e ciò accadde; e così fu restaurata la città e i cittadini furono detti Mirmidoni; infatti *mirmex* in greco è *formica* in latino. Gli antichi dissero inoltre che in inferno, insieme con Minosse e Radamanto, esamina le colpe degli uomini e irroga le pene secondo le responsabilità.

2 Sotto queste favole sta nascosto ciò che segue. Anzitutto la città di Eaco, vuotata dei cittadini dalla pestilenza, fu restaurata dagli agricoltori; i quali, come fanno le formiche, d'estate raccolgono il grano e altre cose necessarie dai campi, per non morir di fame durante l'inverno. Egli poi li ammaestrò nelle leggi e sotto di esse li costrinse a vivere e perciò fu detto figlio di Giove e giudice all'inferno. Infatti gli uomini sono inferiori rispetto ai corpi celesti.

XLVI. Foco, figlio di Eaco.

1 Foco fu figlio di Eaco, come scrive Ovidio: «[La folla] brama [di conoscere un uomo di tanto nome]; e gli vengono incontro Telamone e il fratello minore Peleo e il terzo, Foco» ecc. Egli fu ucciso da Peleo.

XLVII. Telamone, figlio di Eaco, che generò Aiace e Teucro.

1 Telamone fu figlio di Eaco, il maggiore tra i fratelli. Servio dice che fu uno degli Argonauti e compagno di Ercole; e tornando dalla Colchide, mentre Ercole cercava il fanciullo Ila, che aveva perduto nella Misia, e già era giunto al lido di Troia, e, impedito di entrare da Laomedonte, gli aveva dichiarato guerra e ritornava contro lui con gran copia di forze militari,

eum rediret, tanquam suscepte iniurie particeps Telamon una secum venit, et Ylione expugnato atque Laomedonte occiso, eo quod primus civitatis muros ascendisset, illi ex preda capta Hesyona Laomedontis filia data est, ex qua, cum iam ex alia
 2 suscepisset Aiace, Teucrum suscepit. Hic enim seu pulsus, seu non susceptus in patria, in Cyprum abiit, et Salaminam ibi condidit civitatem.

XLVIII. *De Aiace, Telamonis filio.*

I Ajax, bellicosissimus homo, Telamonis fuit filius. Hic cum aliis Grecis ad delendam Troiam arma sumpsit, et, ut reliqua, que in certaminibus miranda fecit, omictam, singulare certamen adversus Hectorem arripere ausus est, et, si Homero fides ulla prestanda est,¹⁰⁰ ni illud nimis festina nox diremisset, victor Ajax rediisset ad suos. Ea tamen superveniente, cum illi vetusto more Hector donasset gladium, et ab eo baltheum suscepisset, recens Ajax et animosus discedens fessum Hectorem
 2 Troiam ire permisit. Hec dona secundum Servium¹⁰¹ nephasta fuere, cum eo se gladio postea interemerit Ajax, et cum baltheo ab Achille occisus sit Hector. Ajax autem, Ylione capto atque diruto, de armis Achillis premortui adversus Ulixem ingens litigium habuit; tandem cum cerneret virtutem bellicam eloquentie cedere, in furorem versus, eo se, quem ab Hectore suscepserat, gladio interemit, et, ut ait Ovidius,¹⁰² in florem sui nominis versus est. In quo nos docet antiquitas nostras vires caduci floris more in nihilum facile solvi.

XLIX. *De Teucro, Telamonis filio.*

I Teucer filius fuit Telamonis ex Hesyona Laomedontis filia. Que non videtur Telamonis fuisse coniunx, cum Homerus ali-

Telamone, partecipe dell'offesa ricevuta da Ercole da parte di Laomedonte, venne con lui; ed espugnata Troia, e ucciso Laomedonte, per essere stato il primo a salire le mura della città, gli fu consegnata con il bottino Esiona, figlia di Laomedonte, dalla quale ebbe Teucro, mentre da un'altra donna aveva prima avuto Aiace. Telamone, o cacciato o non ricevuto in patria,
 2 andò a Cipro e ivi fondò la città di Salamina.

XLVIII. *Aiace, figlio di Telamone.*

I Aiace fu uomo bellicosissimo, figlio di Telamone. Egli prese, con altri Greci, le armi per distruggere Troia e — per tralasciare le altre opere meravigliose che fece nelle battaglie — osò affrontare uno scontro contro Ettore. E se qualche credito è da prestare ad Omero, Aiace sarebbe tornato vittorioso dai suoi, se la notte troppo precoce non avesse interrotto la battaglia. Quando tuttavia sopraggiunse, avendogli Ettore donato la spada secondo un'antica usanza, e da lui avendo ricevuto il balteo, Aiace, fresco e gagliardo allontanandosi, permise ad Ettore, ormai stanco, di andare a Troia. Questi doni, secondo Servio, furono nefasti, poiché con quella spada Aiace più tardi si uccise e, cinto dal balteo, Ettore fu ucciso da Achille. Aiace poi, quando Troia fu presa e distrutta, ebbe una grande contesa con Ulisse, per le armi di Achille, premorto; ma quando vide che il valore in guerra cedeva all'eloquenza, infuriato si uccise colla spada che aveva ricevuto da Ettore; e, come dice Ovidio, fu mutato nel fiore del suo nome (come quello che era nato dal sangue di Giacinto). In lui ci insegna l'antichità che le nostre forze facilmente si dissolvono in niente, come fiore caduco.

XLIX. *Teucro, figlio di Telamone.*

I Teucro fu figlio di Telamone e di Esiona, figlia di Laomedonte. Essa però non sembra fosse moglie di Telamone, perché Omero talvolta nell'*Ilias* dice che Teucro fu bastardo. Questi

quando in *Iliade* dicat¹⁰³ Teucrum fuisse nothum. Hic tamen insignis homo fuit et armorum valens, et una cum fratre Aiace ivit in troianum bellum. Eo tandem peracto, cum absque fratre redisset in patriam, non susceptus, secessit in Cyprum, et ibidem Salaminam civitatem construxit, et vite residuum habitavit. Quod ego verius puto quam quod de Telamone supra dictum est.

L. *De Peleo filio Eaci, qui genuit Polydorim et Achillem.*

¹ Peleus Eaci fuit filius, et magnis vivens interfuit rebus; nam cum Meleagro in venationem apri Calydonii accessit. Sic et cum Perithoo adversus Centauros pugnavit. Huic, ut refert Ovidius,¹⁰⁴ coniunx fuit Thetis aquarum dea, quam Iuppiter amavit, sed ideo concubitus eius neglexit, quia oraculo noverat ex ea filium nasciturum, qui maior esset patre. Ad hanc tamen obtinendam audacia viresque fuere oportune. Nam cum Peleus consilio Prothei senis eam die quadam cepisset, ipsa in varias mutata formas adeo eum exterruit, ut dimiceretur ab eo. Qui ad Protheum rediens, ab eodem sibi suasum est ne mutationes illa timeret, qui imo in tenendo eam perseveraret, quia si fecisset, ipsa desiderio suo cederet. Peleus die sequenti cum dormientem eam in antro comperisset, cepit illam. ² Ipsa vero more suo in varias versa formas, cum eum tenentem sentiret, in propriam rediens, in coniugium eius consensit. Porro Iuppiter ad eorum nuptias omnes convocavit deos preter Discordiam. Que indignans, cum cerneret Iunonem, Palladem et Venerem invicem ex parte una sedentes, sumpto aureo malo, illud inter eas proiecit; dixitque «digniori detur». Ex quo confestim inter eas seditio orta est, cum unaqueque se digniorem diceret. Et cum de hoc Iuppiter inter eas nollet ferre sententiam, ad Paridem, qui in silva Yda morabatur, misit eas. Is vero ob promissam sibi a Venere speciosissimam mulierem, spretis aliarum oblationibus, Veneri tanquam digniori tradidit. Que illi raptum Helene concessit, ex quo subsecutum est troianum

fu tuttavia uomo famoso, valente nelle armi e andò col fratello Aiace alla guerra di Troia. Finita questa, ritornato in patria senza il fratello, non vi fu accolto e si ritirò a Cipro ed ivi fondò la città di Salamina e vi abitò per il resto della vita. Io credo questa storia più vera di quello che si è detto sopra su Telamone.

L. *Peleo, figlio di Eaco, che generò Polidori e Achille.*

¹ Peleo fu figlio di Eaco e da vivo partecipò a grandi imprese; infatti con Meleagro andò alla caccia del cinghiale Caledonio. Così anche combatté con Piritoo contro i Centauri. Sua moglie fu — come riferisce Ovidio — Teti, dea del mare, che Giove amò, ma si astenne dal congiungersi con essa, perché aveva saputo dall'oracolo che da lei sarebbe nato un figlio che sarebbe stato superiore al padre. Tuttavia, per ottenere Teti, furono necessarie a Peleo audacia e forza. Infatti, poiché un giorno, per consiglio del vecchio Proteo, l'aveva presa, essa, mutandosi in varie sembianze, lo atterrì al punto da essere da lui rilasciata. Peleo allora, tornando da Proteo, ebbe da lui il consiglio di non temere quelle mutazioni, anzi di continuare ad afferrarla, perché, se lo avesse fatto, essa avrebbe ceduto al suo desiderio. Peleo il giorno seguente la trovò che dormiva in una grotta e la prese. Ma essa, secondo il suo costume, mutandosi in varie ² sembianze, sentendo che Peleo la tratteneva, tornò nelle proprie (sembianze) e consentì ad unirsi con lui. Allora Giove convocò alle loro nozze tutti gli dei, eccetto la Discordia. Questa si indignò e vedendo che Giunone, Pallade e Venere stavano sedute da una parte, l'una appresso l'altra, prese una mela d'oro e la gettò in mezzo ad esse, e disse che fosse data alla più degna. E poiché Giove su ciò non voleva fra loro esprimere una scelta, le mandò da Paride, che viveva nella selva del monte Ida. Paride, poiché Venere gli promise la più bella donna, a lei consegnò la mela, come a più degna, disprezzate le offerte delle altre. E Venere gli concesse il rapimento di Elena e da ciò

bellum, et occisus Achilles, qui ex nuptiis illis, ad quas vocata non fuerat Discordia, natus est; et sic expiata iniuria. Peleus igitur ex Thetide suscepit Achillem et Polydorim puellam. Demum cum Phocum fratrem occidisset, in exilium abiit, severa patris iubente iustitia. Et primo ad Ceym regem Trachinie¹⁰⁵ aufugit, a quo amicabilem susceptus est. Inde postea discedens, ad Magnetas abiit, ubi ab Acasto fraterna cede purgatus est. Quid inde subsecutum sit, nescio.

3 Nunc quid sentiendum sit ex fictionibus, advertendum est. Thetis nobilis fuit mulier, cuius in nativitate visum est ex ea nasciturum hominem, qui patrem virtute superaret, et ob id Chiron pater eius varia secum et plurima voluit consilia, cui nam illam concederet, et his agentibus, petens eam Peleus, primo repulsus est, et sic consiliorum variationes mutationes formarum Thetidis fuere. Tandem cum iterum Peleus peteret, post multa patris consilia, illi concessa est. Eius in nuptiis, id est in procreatione Achillis, omnes convocantur dii, id est omnia supercelestia corpora, ad que spectat secundum diversas potentias suas in corpus iam creatum diversos effectus infundere ut perfectum sit; Discordia autem non vocatur, ne disgreget ceptum opus et pereat. Ipsa autem postea sese miscet, dum homo incipit cogitare, que trium sit splendidior vita, aut contemplativa, que per Palladem designatur, aut activa, que per Iunonem intelligitur, aut voluptuosa, que per Venerem demonstratur, ex quibus noluit Iuppiter, id est deus, dare iudicium, ne viderentur relique sua damnate sententia, et homini iniecta necessitas. De his tamen tribus supra latius ubi de Paride.¹⁰⁶

LI. De Polydori filia Pelei et coniuge Borionis.

1 Polydoris, ut in *Yliade* dicit Homerus,¹⁰⁷ filia fuit Pelei et a Sperchio flumine dilecta atque oppressa, et sic Mnesteum pe-

seguì la guerra di Troia, e fu ucciso Achille, che era nato dalle nozze alle quali non era stata invitata la Discordia. E così fu vendicata l'offesa. Peleo dunque da Teti ebbe per figlio Achille e la fanciulla Polidori. Poi, per aver ucciso il fratello Foco, dovette andare in esilio, poiché così ordinava la severa giustizia del padre. E anzitutto fuggì presso Ceice re di Trachinia, dal quale fu amichevolmente accolto. Poi partendo di là, andò a Magnesia dove da Acasto fu purificato della uccisione del fratello. Non so che cosa sia poi accaduto.

3 Ora bisogna fare attenzione a che si debba intendere di queste favole. Teti fu nobile donna; nella sua nascita fu previsto che da lei sarebbe nato un uomo che avrebbe superato il padre per valore; e perciò Chirone, suo padre, volle avere diversi e numerosi pareri a chi dovesse concederla. Mentre questi venivano dati, Peleo la chiese per moglie e dapprima fu respinto; e così i vari consigli furono le mutazioni delle sembianze di Teti. Alla fine, poiché Peleo la chiedeva di nuovo, dopo molti consigli dati dal padre, gli fu concessa. Nelle sue nozze, cioè nella procreazione di Achille, furono convocati tutti gli dei, cioè tutti i corpi celesti, ai quali spetta infondere diversi effetti nel corpo già concepito, secondo le loro diverse potenze, affinché sia perfetto. Ma la Discordia non venne invitata, affinché l'opera cominciata non si disgregasse e perisse. Ella invece si unisce alla persona quando l'uomo comincia a pensare quale delle tre vite, contemplativa (che è indicata in Pallade) o attiva (che si intende per Giunone) o voluttuosa (che si mostra in Venere), sia la più splendida. Su di esse non volle Giove, ossia il dio, esprimere un giudizio, perché le escluse non paressero condannate dalla sua sentenza; e così fu gettata sull'uomo la necessità. Di queste tre dee tuttavia più largamente si è detto sopra nel capitolo su Paride.

LI. Polidori, figlia di Peleo e moglie di Borione.

1 Polidori – come dice Omero nell'*Iliade* – fu figlia di Peleo e amata e stuprata dal fiume Spercheo. Così generò Mnesteo che

perit, qui Achillem in troianum bellum secutus est. Hec autem cuidam Borioni Periirei nupsit.

LII. *De Achille filio Pelei, qui genuit Pyrrum.*

I Achilles Grecorum fortissimus, ut premonstratum est, Pelei et Thetidis fuit filius. Quem cum peperisset mater, continuo ad inferos detulit, et, ut laborum patientem redderet, totum Stygiis undis immerisit, excepto calcaneo, quo illum tenebat; demum Chironi centauro alendum tradidit. Qui illum educavit non eo ritu quo ceteri educantur, sed ex medullis tantum bestiarum ab eo captarum cibum confici faciebat, et hoc ut assiduo duraretur exercitio. Et hinc dicit Leontius eum Achillem nuncupatum, ab *a*, quod est *sine*, et *chilos cibis*, quasi *sine cibo* nutritus. Hunc Chiron astrologiam docuit et medicinam, ac etiam lyram tangere. Tandem cum Thetis, rapta a Paride Helena, presagio cerneret bellum futurum, et in eo Achillem filium periturum, ad eius si posset evitandam mortem consilio, clam illum adhuc impubem ex antro Chironis dormientem rapuit, et in Schyron insulam in domum Lycomedis regis detulit, et vestimentis puellaribus tectum atque predoctum, ne se masculum cuipiam demonstraret, quasi virginem inter filias servandum tradidit Lycomedi. Verum Deydamie virgini, Lycomedis filie, diu eum masculum fore occultum esse non potuit, cum qua, tempore captato, concubuit, et propter amoris commodum ipsa etiam iuvenis sexum occuluit; ex eo tamen concepit et peperit filium, que Pyrrum postea vocavere. Ceterum cum contirassent in Troianos Greci, et responso accepissent absque Achille capi Troiam non posse, ad eum exquirendum Ulixes missus est. Quem cum audisset in muliebri habitu apud filias Lycomedis clam teneri, ne loco iuvenis virginem auferret, novam commentus est fraudem, dumque se mercatorem finxisset, et iocalia, quibus delectari se virgines consuevere, filia-

seguì Achille alla guerra di Troia. Questa poi sposò un certo Borione figlio di Perireo.

LII. *Achille, figlio di Peleo, che generò Pirro.*

I Achille, il più forte dei Greci – come si è indicato – fu figlio di Peleo e di Teti. La madre dopo averlo partorito, subito lo portò agli inferi; e, per renderlo capace di sopportare le fatiche, lo immerse tutto nelle onde Stigie, tranne il calcagno, per il quale lo teneva; poi lo consegnò, da allevare, al centauro Chirone. Egli lo allevò, non secondo l'uso con cui gli altri si allevano; ma solo colle midolla delle bestie da lui catturate faceva preparare il cibo, e questo per indurirlo al continuo esercizio. Onde dice Leonzio che fu chiamato Achille, da *a* che significa *senza* e *chilos* che significa *cibo*, quasi *nutrito senza cibo*. Chirone gli insegnò l'astrologia e la medicina e anche a suonare la lira. Finalmente, poiché Teti prevedeva, dopo il rapimento di Elena da parte di Paride, che ci sarebbe stata una guerra, e che in essa sarebbe perito il figlio Achille, per evitare, se potesse, colla prudenza la sua morte, nascostamente lo rapì ancora impubere dall'antro di Chirone, mentre dormiva, e lo portò nell'isola di Sciro, nella casa del re Licomede, vestendolo in abito femminile; e, istruendolo di non mostrarsi maschio ad alcuno, lo consegnò a Licomede perché lo tenesse in mezzo alle figlie. Ma alla vergine Deidamia, figlia di Licomede, non poté rimanere nascosto che egli era maschio, poiché con essa, presa l'occasione, Achille giacque; e, per favorire il suo amore, anch'essa tenne nascosto il sesso del giovanetto; anzi da lui concepì e partorì un figlio che chiamarono Pirro. Ma poi, quando i Greci si allearono con giuramento contro i Troiani e ricevettero il responso che senza Achille Troia non poteva essere presa, per cercarlo fu mandato Ulisse. Avendo questi sentito che Achille era tenuto di nascosto in abito femminile presso le figlie di Licomede, per non portar via una fanciulla, invece del giovane, inventò un nuovo inganno. Si finse un mercante, mise innanzi alle figlie di Licomede molti gioielli, ma tra essi pose

bus Lycomedis apposuisset, inter ea arcum posuit et pharetram, arbitratus Achillem, si illis immixtus esset, arcum sumpturum. Nec defuit cogitationi successus. Quem postquam arcum trahentem cognovit, facile suasionibus induxit ut se sequeretur in bellum. In quod dum iret, habitu femineoposito, plures civitates hostium cepit, egitque predam ingentem, et inter alia virginem, sacerdotis Apollinis filiam, quam Agamemoni concessit, et Briseidam, quam eque ceperat, sibi reservavit. Sane cum iussu deorum oportuisset Agamemonem sacerdoti natam restituere, Briseidam illi surripuit. Quam ob rem indignatus Achilles diu stetit, nec arma adversus Troianos capere voluit ullius suasionem vel precibus. Tandem cum die una acriter a Troianis urgerentur Greci, a Nestore Patroclus deductus ad eum est ut oraret, si nollet arma sumere, saltem permicteret ut ipse loco sui sua indueret, et currum suum ascenderet, et Mirmidones ociosos in pugnam deduceret. Quod etsi egre patere-tur Achilles, Patroclo tamen nil negaturus concessit. Qui cum processisset in prelium, Achilles ab omnibus creditus, multa mala Troianis intulit. Postremo Hector, qui pugnam adversus Achillem diu optaverat, eum putans advenit, et Patroclum labore modico superavit, armisque superatum nudavit, et quasi Achillem superasset, armis eius indutus, ingenti cum pompa patriam reintravit. Hoc casu summe turbatus Achilles amicum aliquandiu flevit, eique officium funebre magnis sumptibus et mirabili honorificentia peregit. Inde a Thetide matre, que ad eius leniendas lacrimas venerat, novis reassumptis armis, que ipsa a Vulcano susceperat, armatus in ultionem amici perempti processit in bellum, et cum multos ex Troianis occidisset, Hectorem etiam interemit. Nec ad satiandas iras eum occidisse satis visum est, quin imo cum eius corpus currui alligasset suo, dedecorose Ylionem circumivit, Priamo etiam prospectante, ac inde apud tumulum Patrocli duodecim diebus nudum tenuit cadaver, illudque tandem Priamo seni, ad eum venienti nocte orantique et maxima munera exhibenti, concessit. Post hec alia in pugna Troilum interfecit. Quo dolore commota Hecuba, su-

un arco e una faretra, avendo ben calcolato che Achille, se fosse stato messo in mezzo a quegli oggetti, avrebbe preso l'arco. Né il suo calcolo fu privo di effetto. Quando vide che Achille si avvicinava all'arco, facilmente lo persuase a seguirlo in guerra. E mentre vi andava, deposto l'abito femminile, prese molte città e fece ingenti bottini e, tra le altre cose, prese una vergine, (Criseide) figlia del sacerdote di Apollo, che diede ad Agamennone, e riservò a sé Briseide che pure aveva catturato. Quando poi, per ordine degli dei, Agamennone avrebbe dovuto restituire al sacerdote la figlia Criseide, lo stesso Agamennone strappò ad Achille Briseide. Sdegnato di ciò, Achille rimase a lungo in disparte, né volle prendere le armi contro i Troiani e non cedette ai consigli o alle preghiere di alcuno. Finalmente, poiché un giorno i Greci erano gravemente pressati dai Troiani, Nestore gli mandò Patroclo per pregarlo, se non volesse prendere le armi, almeno permettesse che egli in sua vece le indossasse e salisse sul suo cocchio e guidasse i Mirmidoni, che erano in disarmo, alla battaglia. Achille mal sopportava questa sostituzione, ma per non negare a Patroclo alcunché, glielo concesse. Patroclo avanzò nella battaglia, creduto Achille da tutti e portò molti danni ai Troiani. Infine Ettore, che a lungo aveva desiderato di combattere con Achille, credendo fosse lui, affrontò Patroclo e lo vinse con poca fatica e, uccisolo, lo spogliò delle armi; e, quasi avesse vinto Achille, le indossò e ritornò in gran pompa nella sua città. Achille, profondamente turbato da questa disgrazia, a lungo pianse e rese a Patroclo, con grandi spese e mirabili onorificenze, l'ufficio funebre. Poi prendendo dalla madre Teti, che era venuta a lenire le sue lacrime, nuove armi che essa aveva ricevuto da Vulcano, armato andò alla guerra per vendicare l'amico ucciso; e dopo aver ammazzato molti Troiani, uccise anche Ettore. Né per placare la sua ira gli parve sufficiente averlo ucciso; anzi, legato il suo corpo al carro, indecorosamente lo trascinò attorno a Troia, sotto lo sguardo di Priamo; e poi per dodici giorni tenne il cadavere nudo presso la tomba di Patroclo. Alla fine lo consegnò al vecchio Priamo, che era venuto a lui nella notte e gli aveva mostrato grandi doni. In seguito, in altra battaglia, uccise Troilo. Commossa da

perstitibus timens et patrie, si longum vivat Achilles, astu femineo insidias in vitam eius tetendit. Noverat autem eum Polixenam diligere, eo quod illi induciarum tempore visa placuisset, et idcirco per intermedium spondit illi nuptias suas, si a prelio abstineret. Cui cum assensisset Achilles, in talem compositionem itum est ut clam solus nocte veniret in templum Tymbrei Apollinis, quod fere secus muros Ylionis erat, et ibidem eam cum filia inveniret, eamque desponsaret. Quod amans et cupiens Achilles, credens iuxta compositum inermis et solus nocte templum intravit. In quem evestigio Paris ex insidiis prosiliens, cum esset arcu doctissimus, sagitta eius calcaneum petiit atque vulneravit, eumque frustra gladio in hostes discursantem interemit, et tandem in Sygeo Troiano promontorio a suis sepultus est.

6 In tam longa hystoria, paucis tamen recitata verbis, nil fictum est, preter Achillem stygiis mersum undis excepto calcaneo, et quod eo vulnerato mortuus sit. Circa quod placet Fulgentio¹⁰⁸ hominem stygiis undis immisum esse unumquenque laboribus duratum, cum *Styges* interpretetur *tristitia*, ut intelligatur neminem in letis durari sed laxari potius, si alias duratus esset. Quod autem talus immersus non sit, physicum tegit misterium; volunt enim physici quod vene, que in talo sunt, ad renem et femorum atque virilium rationem pertineant, et ideo per talum non mersum in Stygem, invictam in Achillem libidinem voluerunt, que per durationes alias sublata non est, ut satis apparet, cum libidine in manus iverit hostium, et ab eis occisus est.

LIII. De Pyrrō Achillis filio, qui genuit Peripeleum et Molossum.

I Pyrrus, ut premonstratum est, Achillis et Deydamie fuit filius, sic vocatus, ut dicit Servius,¹⁰⁹ a capillorum qualitate, cum Neophtholemus alio nomine vocaretur. Hic, Achille mortuo,

questo dolore, Ecuba, temendo per i superstiti e per la patria, se Achille fosse vissuto a lungo, con astuzia di donna tese insidie alla sua vita. Sapeva che egli amava Polissena, perché gli era piaciuta nel tempo della tregua; e così, mandandogli mediatori, gli propose le nozze con lei, se si fosse ritirato dalla battaglia. Achille diede il consenso e si fece un accordo per il quale da solo sarebbe entrato segretamente nel tempio di Apollo Timbreo, che era quasi vicino alle mura di Troia ed ivi avrebbe trovato Ecuba con la figlia e l'avrebbe sposata. Achille, ciò amando e bramando, fiducioso nel patto, entrò inerte e solo di notte nel tempio. Subito Paride, espertissimo nell'arco, uscendo dall'agguato, colpì con una freccia il calcagno di Achille e lo ferì e lo uccise, mentre quello invano correva qua e là con la spada contro i nemici. Alla fine fu sepolto dai suoi nel promontorio troiano del Sigeo.

6 In questa lunga storia, pur raccontata con poche parole, nulla è inventato, eccetto che Achille fu immerso, escluso il tallone, nelle acque dello Stige, e che, ferito nel tallone, morì. Intorno a ciò pare a Fulgenzio che l'uomo, immerso nelle onde dello Stige, significhi ciascuno indurito alle fatiche, poiché *Stige* s'interpreta *tristezza*, affinché si intenda che nessuno può essere reso più duro nelle vicende liete, anzi può esserne rilassato, se altre volte fosse stato indurito. Che poi il tallone non fosse stato immerso, ciò copre un mistero fisico. Vogliono infatti i medici che le vene del tallone appartengano al sistema dei reni, dei femori e dei genitali; e perciò nel tallone, non immerso nello Stige, vollero significata la libidine invincibile di Achille, non estinta neppure da altre fatiche; affinché bene apparisse che Achille per essa andò in mano ai nemici e ne fu ucciso.

LIII. Pirro, figlio di Achille, che generò Peripeleo e Molosso.

I Pirro — come si è visto — fu figlio di Achille e di Deidamia, così chiamato — come dice Servio — dalla qualità dei capelli (di colore rosso), poiché con altro nome era chiamato Neottolema. Egli, morto il padre, quasi adolescente, fu condotto alla

vix pubes in troianum bellum deductus est, animosus ad instar patris et acris ingenii iuvenis. Qui, etsi circa finem belli venisset, non tamen ociosus fuit. Inter alios quidem iuvenes strenuos et audaces equum ligneum, quem Greci dolose construi fecerant, intravit, et in Ylionem tractus, dum nocte exisset, aliis venientibus a Tenedo stragem maximam Troianorum peregit, et usque in abditissimum penetral regie domus, Politem filium Priami secutus, intravit, eumque patris in gremio interemit; et inde Priamum obiurgantem et in sevitiam eius obloquentem ut sanguine suo fedaret, quas ipse sacraverat, aras irruit. Inde, Ylione deleto, Polixenam eximie formositatis virginem ad Manes placandos patrios apud Achillis sepulcrum occidit. Et cum ex troiana preda illi Andromaca, olim coniunx Hectoris, contigisset, eam sibi iunxit uxorem. Que illi secundum quosdam duos peperit filios, Peripeleum et Molossum. Inde captus pulchritudine Hermionis filie Menelai, tradita Andromaca Heleno filio Priami cum parte regni, eo quod vates illum premonisset ne intraret mare sicut ceteri fecerant, Hermionam Horesti rapuit, et sibi coniugem fecit. Deinde seu paupertate coactus seu ad predam animi fervore impulsus, ut non nullis placet, mare navibus infestavit. Que quidem navigatio infesta aliis ab eo *pyrratica* denominata est, et exercentes *pyrrate*, eo quod ipse primus exercuerit, ut dicit Paulus. Postremo cum Horestes ex Taurica regione, posita furia, rediisset in regnum, corrupto Machareo sacerdote templi Apollinis Delphici, Pyrrum trucidavit in templo. Et hic finis fuit illius.

LIV. De Peripeleo, Pyrrii filio.

1 Peripeleus, ut dicit Paulus, filius fuit Pyrrii ex Andromaca. Theodontius autem dicit ex Hermiona, nec ex eo aliud ad nos usque devenit.

guerra troiana, coraggioso come il padre e giovane di acuto ingegno. Sebbene giunto verso la fine della guerra, non però fu inoperoso. Entrò con altri valorosi e audaci giovani nel cavallo di legno che i Greci con inganno avevano fabbricato, e quando fu tirato dentro a Troia, Pirro uscì nella notte; e, mentre altri venivano da Tenedo, fece una grandissima strage di Troiani e penetrò fino al centro più nascosto del palazzo reale e vi inseguì il figlio di Priamo Polite e lo uccise in grembo al padre; e poi mentre il padre lo rimproverava, e malediceva la sua crudeltà, Pirro si precipitò sugli altari, per insozzare col suo sangue proprio quegli altari che lo stesso Priamo aveva consacrato. Poi, distrutta Ilio, presso il sepolcro di Achille uccise Polissena, vergine di straordinaria bellezza, per placare i Mani del padre. Quando dal bottino di Troia gli toccò Andromaca, già moglie di Ettore, se la prese in moglie. Secondo alcuni, ella gli partorì due figli, Peripeleo e Molosso. Poi, preso dalla bellezza di Ermione, figlia di Menelao, consegnata Andromaca con una parte del regno ad Eleno, figlio di Priamo, poiché Eleno, essendo indovino, lo aveva avvisato di non prendere il mare, come avevano fatto gli altri, Pirro rapì Ermione ad Oreste e se la fece sposa. In seguito, o costretto dalla povertà, o spinto per fervore d'animo alla preda, infestò il mare con le navi, come pare ad alcuni. Questa navigazione, ostile ad altri, fu chiamata *piratica* e quelli che la praticarono *pirati*, perché Pirro per primo la esercitò, come dice Paolo. Infine, Oreste, quando dalla regione della Tauride, cessata la tempesta, ritornò nel regno, corrotto Macareo, sacerdote del tempio di Apollo Delfico, trucidò Pirro nel tempio. E questa fu la sua fine.

LIV. Peripeleo, figlio di Pirro.

1 Peripeleo – come dice Paolo – fu figlio di Pirro e di Andromaca. Teodonzio invece dice che sua madre fu Ermione. Né altro ci è giunto su di lui.

LV. *De Molosso, Pyrri filio, qui genuit Polidettam.*

Molossus filius fuit Pyrri et Andromace. Hic, patri mortuo succedens, partem Epyri tenuit, populosque ex suo nomine nuncupavit Molossos. Verum donec ad puberem deveniret etatem, apud matrem et vitricum fuit, et moriens Polidettam filium dereliquit.

LVI. *De Polidetta filio Molossi.*

Polidetta, seu masculus fuerit seu femina, non satis michi notum est, eum tamen filium vel filiam fuisse Molossi Paulus affirmat. Post quem successive ex Eacidibus neminem, nisi post plura secula, comperio, cum apud Grecos diu nulla sit habita progenies Eacidarum nobilior. Ex Eacidibus fuit Pyrrus rex Epyrotarum, qui adversus Romanos bellum gessit Tarentinorum opere. Sic et Alexander Epyrota a lucano satellite occisus, et Olympias clarissima Macedonum regina et Magni Alexandri mater, et alii plures virtutibus et titulis insignes.

LVII. *De Pilumno, Iovis XXXV^o filio, qui genuit Daunum.*

Pilumnus, ut dicit Paulus, filius fuit Iovis. Cui Servius fratrem fuisse Pitunnum dicit, et eos ambos fuisse deos.¹¹⁰ Horumque Pitunnum dicit usum stercorandorum agrorum invenisse, et inde Sterculinium dictum, esto Macrobius in libro *Saturnaliorum*¹¹¹ Saturnum fuisse dicat; Pilunnum vero pinsendi frumenti, et ob id a pistoibus coli, et Pilum ab eo denominatum. Ad hunc Theodontius dicit Danem, Acrisii filiam, patris iram fugientem delatam a pastore una cum parvulo Perseo, quam ipse genere cognito sumpsit uxorem, et unam cum ea, Apulia, in qua grandis erat, derelicta, eo quod opposita videre-

LV. *Molosso, figlio di Pirro, che generò Polidette.*

Molosso fu figlio di Pirro e di Andromaca. Succeduto al padre, quando morì, resse una parte dell'Epiro; e dal suo nome chiamò Molossi quei popoli. Ma, fino all'adolescenza, visse presso la madre e il patrigno, e morendo lasciò il figlio Polidette.

LVI. *Polidette, figlio di Molosso.*

Non mi è abbastanza noto se Polidette fosse maschio o femmina; ma Paolo afferma che fu figlio, o figlia, di Molosso. Dopo di lui non trovo alcuno degli Eacidi nella successione, se non dopo molti secoli, mentre i Greci non considerarono nessuna stirpe più nobile di quella degli Eacidi. Degli Eacidi fu Pirro, re dell'Epiro, che combatté contro i Romani per la causa dei Tarentini. Così anche fu Eacide Alessandro d'Epiro, ucciso da una sua guardia lucana; e Olimpia, illustre regina dei Macedoni e madre di Alessandro il Grande, e molti altri insigni per valore e titoli.

LVII. *Pilunno, trentacinquesimo figlio di Giove, che generò Dauno.*

Pilunno — come dice Paolo — fu figlio di Giove. Servio scrive che suo fratello fu Pitunno e che entrambi furono dei. Di essi dice che Pitunno trovò l'uso di concimare i campi e da ciò fu detto Sterculinio, sebbene Macrobio scriva nei *Saturnalia* che l'inventore fu Saturno. Pilunno invece scoperse l'arte di macinare il grano e perciò fu venerato dai mugnai e da ciò fu chiamato Pilo. Dice Teodonzio che un pastore a lui condusse, insieme con il piccolo Perseo, Danae, la figlia di Acrisio, che fuggiva all'ira del padre. Egli, conosciuta la sua stirpe, la prese in moglie e con essa, lasciata la Puglia (nella quale era potente), perché sembrava contraria ad Acrisio, giunse presso i Rutuli e

tur Acrisio, ad Rutulos venit et ibidem cum Dane construxit Ardeam, ac ex ea suscepit Daunum.

LVIII. *De Dauno, Pilumni filio et proavo Turni.*

- 1 Daunus filius fuit Pilumni, et ut Theodontius asserit, ex Da-
 2 nae Acrisii filia susceptus. Huic regnum in Apulia fuit, et ab eo
 se patris Turni, qui et Daunus dictus est. De filio huius et patre
 secundi Dauni nil legisse memini.

LIX. *De Dauno primi Dauni nepote, qui genuit Turnum et Iturnam.*

- 1 Daunus precedentis Dauni, secundum Theodontium, ex fi-
 lio nepos fuit. Huius coniunx fuit Venilia, soror Amate coniugis
 2 Latini regis, ex qua constat plures suscepisse filios, inter
 quos ea fuit, quam Diomedes profugo ferunt iunxisse coniugio.
 Paulus tamen dicebat Daunum patrem Turni, filium fuisse Pi-
 lumni, eo quod dicat Virgilius: «Cui Pilumnus avus, cui diva
 Venilia mater» etc.,¹¹² de Turno loquens. Verum ego magis cre-
 do Theodontio, cum dicat idem Virgilius alibi in persona Iuno-
 nis: «Ille tamen nostra deducit origine nomen, Pilumnusque il-
 li quartus pater» etc.¹¹³ Quod esse non posset secundum Pau-
 lum, ubi secundum Theodontium eque respondet numero.

LX. *De Turno, Dauni filio.*

- 1 Turnus rex Rutulorum filius fuit Dauni ex Venilia coniuge,
 et cum armorum disciplina insignis fuerit evo suo iuvenis, tante
 fuit corporee fortitudinis, ut nulla in hoc fides antiquis pre-
 standa videretur, ni recentiori testimonio firmaretur. Et inter
 alia eius roboris stantia argumenta de eo adversus Eneam in

vi costruì con Danae la città di Ardea; e dalla moglie ebbe il figlio Dauno.

LVIII. *Dauno, figlio di Pilunno e bisavolo di Turno.*

Dauno fu figlio di Pilunno e – come afferma Teodonzio – di
 Danae, figlia di Acrisio. Egli regnò in Puglia, che da lui fu chia-
 mata Daunia. Dice lo stesso Teodonzio che fu bisavolo di Tur-
 no, che fu pure detto Dauno. Del figlio di questo e del padre
 del secondo Dauno non ricordo di aver letto alcunché.

LIX. *Dauno, nipote del primo Dauno, che generò Turno e Giturna.*

Dauno, secondo Teodonzio, fu nipote del precedente Dau-
 no da parte del figlio. Sua moglie fu Venilia, sorella di Amata,
 moglie del re Latino, dalla quale consta che ebbe molti figli, tra
 i quali fu quella che dicono egli abbia unita in sposa a Diome-
 de profugo. Paolo tuttavia diceva che Dauno, padre di Turno,
 2 fu figlio di Pilunno, perché Virgilio, parlando di Turno, dice:
 «Pilunno gli fu nonno e madre la diva Venilia». Io però credo
 più a Teodonzio, perché lo stesso Virgilio dice altrove, per
 bocca di Giunone: «Egli tuttavia deriva il nome dalla nostra
 origine e Pilunno fu suo (di Turno) antenato di quarto grado»
 ecc. Ciò non potrebbe essere, secondo Paolo, mentre, secondo
 Teodonzio, risponde giustamente al numero (della stirpe).

LX. *Turno, figlio di Dauno.*

Turno re dei Rutuli fu figlio di Dauno, dalla moglie Venilia,
 1 giovane famoso al suo tempo nella disciplina militare, e di tale
 forza corporea che in ciò parrebbe da non prestar fede alcuna
 agli antichi, se non fosse confermata da una recente testimo-
 nianza. E fra gli altri argomenti che restano della sua forza, di

singulari certamine pugnante sic scribit Virgilius: «[...] Saxum circumspicit ingens, Saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. Vix illud lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum pro ducit corpora tellus. Ille manu raptum trepida torquebat in hostem» etc.¹¹⁴ Quod Augustinus in libro *Civitas eterne* XV¹¹⁵ raturum habere videtur. Preterea et Pallantes seu Pallas, Evandri filius, ab eo in pugna occisus multum fidei affert. Legimus enim,¹¹⁶ Henrico Cesare tercio imperante, eius corpus haud longe Romam a fodiente villico compertum integrum uti nuper sepultum, eductumque sepulcro altitudine seu proceritate romana menia superasse, et in eo adhuc impressi vulneris a lancia Turni apparere hyatum, longitudinem quattuor pedum excedentem. Ex quibus quantus debuerit esse Turnus, quam fortis qui iuvenem tam grandem superaverit, qui telum purgnans tam pregrande tulerit, quod adeo grande vulnus impresserit, satis arbitrari possumus. Huic carmine celebri ostendit in *Eneida* Virgilius bellum ingens fuisse adversus Eneam, eo quod Latinus Laviniam filiam suam, quam Turno promiserat, Enee dedisset in coniugem. Et, ut idem ostendit Virgilius,¹¹⁷ post multa, cum hic Pallantem Evandri filium occidisset nudassetque baltheo, illudque ob insignem gloriam superati iuvenis ipse gestaret, cum ea die, que illi ultima fuit in terris, adversus Eneam ex composito singulari certamine pugnaret, et ab Enea superatus vitam oraret, impetraturus erat, ni visus baltheus Eneam in pietatem revocasset amici, et sic ab eo occisus est. Hoc secundum Virgilius¹¹⁸ in laudes Enee totis tendentem viribus dictum est, secundum autem alios aliter. Dicunt quidam non parve autoritatis homines Eneam a Turno superatum, et penes Numicum fluvium fugientem occisum, nec ulterius etiam corpus eius visum; et Turnum post hec ab Ascanio interemptum. De quibus latius supra ubi de Enea scriptum est.¹¹⁹

lui mentre combatte in singolare tenzone contro Enea, così scrive Virgilio: «Guarda un gran sasso, un antico sasso e smisurato, che era stato posto come confine al campo, per evitare ogni causa di lite nella distinzione dei territori. Appena dodici uomini scelti lo porterebbero sul collo, corpi di uomini quali ora sono prodotti dalla terra. Egli afferratolo dal suolo con mano tremante lo vibrava contro il nemico» ecc. Agostino nel *De civitate Dei* sembra confermarlo. Inoltre anche l'uccisione di Pallante (o Palla), figlio di Evandro, in battaglia, offre molta credibilità. Leggiamo infatti che, durante l'impero di Enrico III, il suo corpo fu trovato, ancora integro, non lontano da Roma, da un contadino che scavava la terra, come se fosse stato sepolto da poco; e che, tratto fuori dalla sepoltura, per altezza e grandezza superava le mura di Roma e si vedeva ancora nel corpo il foro della ferita fattagli dalla lancia di Turno, che superava in lunghezza quattro piedi. Da ciò si può ben valutare quanto grande debba essere stato Turno, quanto forte chi vinse un giovane così enorme, chi combattendo portò un giavelotto così grande, da imprimere una così smisurata ferita. Virgilio mostra nell'*Aeneis* con celebri versi che Turno ebbe gran guerra contro Enea, perché Latino aveva dato in moglie ad Enea la figlia Lavinia che aveva promesso a Turno. E, come indica lo stesso Virgilio, dopo molte vicende, Turno uccise Pallante, figlio di Evandro e gli tolse il balteo e lo portò per l'insigne gloria del giovane vinto. Nel giorno che per lui fu l'ultimo in terra, Turno combatté contro Enea in una singolar tenzone, secondo gli accordi; e, vinto da Enea, pregò di aver salva la vita; e la avrebbe ottenuta, se la vista del balteo non avesse richiamato Enea alla pietà dell'amico Pallante: e così Turno fu da lui ucciso. Ciò è narrato da Virgilio, che con tutte le sue forze tende alle lodi di Enea; da altri in modo diverso. Dicono alcuni autori, non poco credibili, che Enea fu vinto da Turno e ucciso, mentre fuggiva, presso il fiume Numico; e che non fu più visto il suo corpo; e che Turno più tardi fu ucciso da Ascanio. Ma di ciò più sopra nel capitolo su Enea.

LXI. *De Iuturna, Dauni filia.*

I Iuturna Dauni fuit filia. Cui, ut dicit Virgilius,¹²⁰ Iuppiter virginitatem abstulit, et in manus ablati decoris illi immortalitatem exhibuit; et Numici fluminis nympha facta est. Hec multa in subsidium fratris egit, que etsi fictionibus varientur, in hoc unum egisse arbitror, ut interpositione Numici fluminis actum sit ut ab hostibus Turni in agros Ardee et ipsum Turnum libere et expedite iri non potuerit. Verum dum Turnum deficere vidisset, mesta sese condidit undis. Sunt qui dicant hanc clam cum Latino rege amicitiam habuisse; quod cum palam fieret, erubescens in Numicum se sponte sua necavit, et sic a Iove, id est a rege oppressa, et facta nympha Numici.

LXII. *De Mercurio XXXVI^o Iovis filio, qui genuit Eudorum, Myrtilum, Lares, Evandrum et Pana.*

I Mercurius Iovis fuit filius et Maia Atlantidis filie, ut satis vulgatum est. Fuere enim, ut in precedentibus patet,¹²¹ Mercurii plures, et esto fere omnes ab antiquis eisdem ornamentis insigniti sint, non tamen omnibus eadem est deitas attributa. Nam alius medicine deus, alius mercatorum, alius vero furum, et eloquentie alius, quem Theodontius hunc Maia filium esse voluit; quid tamen illum moveat non describit, nec ego, postquam compertum non habeo, intendo investigare subtilius.

2 Credo tamen quemcumque Mercurium eloquentie deum veteres voluisse, eo quod ad Mercurium planetam mathematici asserant spectare omne sonans organum, seu fistulam in corporibus nostris disponere, et hinc credant non nulli eum deorum dictum nuntium et interpretem, quia per organa ab eo disposita cordis nostri pandantur intrinseca, que deorum secreta dici possunt, in quantum nisi exprimentur nutu vel verbis, nemo preter deum cognoscit, et in hoc interpretis secretorum talium

LXI. *Giuturna, figlia di Dauno.*

Giuturna fu figlia di Dauno. Giove le tolse la verginità – come dice Virgilio – e in premio dell'onore strappatole, le offrì l'immortalità. E diventò ninfa del fiume Numico. Essa molte cose operò in aiuto del fratello; e se queste operazioni sono diverse nelle diverse favole, per questo solo fine credo Giuturna abbia agito, cioè che, per l'interporsi del fiume Numico, i nemici di Turno non potessero liberamente e speditamente passare nei campi di Ardea. Ma quando vide Turno mancare, mesta si nascose nelle acque. Alcuni dicono che essa ebbe segreta amicizia con il re Latino; e quando ciò divenne di pubblico dominio, arrossendo si gettò spontaneamente nel Numico; e così da Giove, cioè dal re, fu stuprata e divenne ninfa del Numico.

LXII. *Mercurio, trentaseiesimo figlio di Giove, che generò Eudoro, Mirtilo, i Lari, Evandro e Pan.*

Mercurio fu figlio di Giove e di Maia, figlia di Atlante, come è ben noto. Ma ci furono – come dai libri precedenti risulta – molti Mercurii; e sebbene quasi tutti siano stati insigniti dagli antichi con gli stessi titoli, non però a tutti è stata attribuita la medesima divinità. Infatti uno fu dio della medicina, un altro dei mercanti, un terzo dei ladri, e un quarto dell'eloquenza. Questo, volle Teodonzio fosse figlio di Maia; ma non scrive che cosa lo induca ad affermarlo; né io, poiché non lo ho trovato, intendo indagare più sottilmente. Credo tuttavia che gli antichi vollero un qualunque Mercurio essere dio dell'eloquenza, per il fatto che gli astrologi dicono che al pianeta Mercurio spettò disporre nei nostri corpi ogni organo o canale che dà suono; e di qui alcuni credono che fu detto nunzio e interprete degli dei perché, per organi da lui disposti, si manifestano le intimità del nostro cuore (che si possono dire segreti degli dei), in quanto, se non sono espresse con cenni o con parole, nessuno, all'infuori di Dio, può conoscerle; ed è interprete di tali se-

est, quia verba, que organata sunt per organa, ab eodem disposita interpretantur et aperiunt, que ex nutu solo satis percipi non poterant. Deorum ergo nuntius et interpretis est, et hinc eloquentie deus. Quod clarius et per officia attributa et per insignia illi apposita demonstratur. Galero quippe tegitur Mercurius ut ostendatur quod adversus invidie fulmina eloquentia valido tegumento servetur; quod nil aliud est quam gratia, quam eloquens a benivolis meretur auditoribus. Hoc in longum scripta veterum servat adversus mordaces et invidios, quod previdisse sibi videtur Ovidius, dum dicit: «Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas» etc.¹²² Alata autem fert Mercurius talaria, ut sermonis scribatur velocitas, qui eodem in momento ex ore loquentis egreditur et in aures suscipitur audientis. Designant preterea oportuna nuntiis persepe velocitatem. Virgam defert ut nuntii officium denotet. Consuevere quidem nuntii quasi insigne quoddam virgas ferre. Qua virga dicunt Mercurium animas ab Orco evocare, et non nullas in illum demittere; et sic per illam eloquentis vires intelligere possumus, quibus iam plurimi e mortis faucibus subtracti sunt, et non nulli in eandem impulsu. Quis autem Orco Milonem surripuit? Quis Popilium Lenatem, ut de reliquis taceam, nisi eloquentia Ciceronis? Quis in illum impigit Lentulum, Cethegum, Statilium aliosque eiusdem factionis homines, nisi Catonis eloquii vis acerrima?¹²³ Hac preterea virga dicunt Mercurium incitare ventos, ut advertamus eloquentem posse furores immittere, ut in Cesarem apud Ariminum Curionis oratio.¹²⁴ Sic et tranare nubila, id est turbationes auferre, ut *pro Deiotaro* Tullius, dum Iulii Cesaris in eum turgidum pectus placida oratione sedavit.¹²⁵ Quod autem somnos hec eadem virga adimat et immittat, satis clarum est eloquentia inertes sopitosque ad exercitium excitari, et in suum decus animosos nimium retrahere,

greti, perché le parole, che sono formate dagli organi da lui disposti, sono interpretate e aprono ciò che col solo cenno non poteva essere ben percepito. Mercurio è dunque nunzio e interprete degli dei e perciò dio dell'eloquenza. Ciò più chiaramente si mostra per gli uffici a lui attribuiti e per le insegne assegnategli. È coperto dal petaso, per mostrare che, contro i fulmini dell'invidia, l'eloquenza è custodita con una valida difesa; e ciò altro non è che il favore che l'oratore merita da benevoli uditori. Questo intervento di Mercurio conserva a lungo gli scritti degli antichi contro i mordaci e gli invidiosi; e sembra che ciò abbia previsto Ovidio quando scrive: «Ho portato a termine ormai quest'opera che né l'ira di Giove, né il fuoco, né il ferro né il tempo edace potranno distruggere» ecc. Mercurio porta poi i calzari alati, per denotare la velocità del parlare, che in uno stesso momento esce dalla bocca di chi parla ed è raccolta dall'orecchio di chi ascolta. I calzari alati indicano inoltre la velocità, molto spesso necessaria ai messaggeri. Mercurio porta la verga per denotare l'ufficio del messaggero, poiché i messaggeri son soliti portare, come per un certo distintivo, la verga. Con questa verga dicono che Mercurio evoca le anime dall'inferno e ve ne manda alcune; e così per essa possiamo intendere le forze di chi è eloquente, dalle quali già molti sono stati sottratti alle fauci della morte, e alcuni spinti a quella. Chi dunque dalla morte strappò Milone? Chi Popilio Lenate, per tacer d'altri, se non l'eloquenza di Cicerone? E chi all'inferno cacciò Lentulo, Cetego, Statilio e altri uomini della stessa fazione, se non la forza terribile dell'eloquenza di Catone? Con questa verga, inoltre, dicono che Mercurio incita i venti, per farci intendere che un oratore può infondere il furore, come a Rimini fece Curione a Cesare. Così anche può attraversare le nubi, cioè togliere i turbamenti, come fece Tullio a favore del re Deiotaro, quando, con piacevole discorso, placò il cuore di Giulio Cesare, gonfio contro di lui. Che poi questa stessa verga tolga o mandi i sogni, significa chiaramente che l'eloquenza eccita gli inertes e i sonnolenti all'attività e che ritrae alla loro dignità e compone e frena quelli che sono troppo impe-

componere et sopire. Serpente autem virga cingitur, ut a serpentis prudentia assumatur oportere eloquentem esse discretum circa electiones dicendorum, temporum, locorum, ac etiam personarum, ut eo quo cupit auditores deducat orator.

LXIII. *De Eudoro, Mercurii filio.*

¹ Eudorus, ut ait Homerus in *Yliade*, filius fuit Mercurii et Polymile filie Phylantis, de quo sic: «Τῆς δ' ἐτέρης Εὐδωρος Ἀθηῖος ἠγεμόνευε Παρθένιος, τὸν ἐτίκτε χορῶ καλῆ Πολυμήλη Φύλαντος θυγάτηρ <τῆς> δε κρατύς Αργεῖφον τῆς» etc.¹²⁶ «Atque secunde Eudorus martialis principabatur parthenius, quem genuit in chorea bona Polymili Phylantis filia
² hanc fortis Argiphontes [id est Mercurius]» etc. Huius Homerus prosequitur prolxiorem fabulam, dicens quod Mercurius videns Polymilem eleganter in chorea saltantem cum cantantibus in choro Diane, dilexit eam, et clam eius ascendens palatium cum ea concubuit, et genuit Eudorum velocissimum hominem atque bellicosum, qui cum Achille in troianam expeditionem accessit.

LXIV. *De Myrtilo, Mercurii filio.*

¹ Myrtilus, ut ait Lactantius,¹²⁷ filius fuit Mercurii et auriga Enomai regis, cuius filiam Hippodamiam cum postularet Pelops in coniugem, dispositus cursus subire certamen, corrupti sponse primi coitus Myrtilum; qui, facto curru cereo axe, eoque in medio cursus fracto, obtinuit Pelops victoriam et virginem; Myrtilum autem promissa poscentem deiecit in mare, in quo necatus mari nomen dedit, ut ab eo Myrtilum vocaretur. Huius autem Myrtili fraude, qui prepositus erat armorum
² Enomai, superatus bello Enomai est, ut supra latius ubi de Pelope scribitur.¹²⁸

tuosi. La verga è poi cinta da un serpente, affinché dalla astuzia del serpente si comprenda che occorre che l'eloquente sia discreto nella scelta delle cose da dire, dei tempi e dei luoghi e anche delle persone, affinché l'oratore conduca gli uditori dove desidera.

LXIII. *Eudoro, figlio di Mercurio.*

Eudoro – come dice Omero nell'*Ilias* – fu figlio di Mercurio ¹ e di Polimela, figlia di Filante. Di lui così scrive: «Guidava valoroso la seconda schiera Eudoro, il bastardo, cui generò Polimela, leggiadra nella danza, figlia di Filante. Di lei [s'innamorò] il forte Argifonte (cioè Mercurio)» ecc. Di lui Omero ² continua con una più lunga favola, dicendo che Mercurio, quando vide Polimela che danzava con eleganza, con le altre cantanti nel coro di Diana, se ne innamorò; e salendo di nascosto nel suo palazzo, giacque con essa e generò Eudoro, uomo velocissimo e bellicoso, che con Achille andò alla guerra di Troia.

LXIV. *Mirtilo, figlio di Mercurio.*

Mirtilo – come dice Lattanzio – fu figlio di Mercurio e auriga ¹ del re Enomao. Pelope chiese in moglie la figlia del re, Ippodamia, disposto ad affrontare la gara della corsa e corruppe Mirtilo con la promessa del primo coito con Ippodamia. Mirtilo fece al carro un asse di cera, che si ruppe in mezzo alla corsa, per cui Pelope ottenne la vittoria e la vergine poi gettò in mare Mirtilo che chiedeva fossero mantenute le promesse. Egli ² diede al mare, dove affogò, il nome di Mirtilo, dal suo. Per questa frode di Mirtilo, che era il comandante degli armati di Enomao, questo fu vinto nella battaglia, come sopra si scrive più ampiamente nel capitolo su Pelope.

LXV. *De Laribus, Mercurii filiiis.*

1 Lares fuere duo, Mercurii et Laris nynphe filii, ut dicit Ovidius.¹²⁹ Lactantius autem in libro *Divinarum institutionum*¹³⁰ eam dicit vocari Larundam, seu Laram. De origine tamen horum talem recitat Ovidius fabulam.¹³¹ Quod cum Iuppiter diligeret Iturnam tyberinam nynpham et Turni regis sororem, reliquis loci nynphis imposuit ut eam fugientem retardarent, ne eo sequente ipsa mergeretur in undas. Lara vero filia Almonis, ut dicit Paulus, una Naiadum iussa Iovis Iturne retulit et Iunoni. Quam ob rem Iuppiter indignatus Laram lingua privavit iussitque Mercurio ut illam ad inferos traheret, et ibi esset Stygia nynpha. Qui cum illam ducens aspiceret, in eius concupiscentiam incidit et in itinere oppressit. Que cum concepisset, peperit illi geminas, quos ipse de nomine matris Lares appellavit.

2 Huius fabule fictio satis absconditum tenet sensum; Iuppiter enim calor est, Iturnam nynpham, id est humiditatem in quam agat, appetens. Verum Lara, que hic mulieris nimius est calor, opus agentis ignis disgregat, sed Mercurius, id est frigiditas nature opere excitata, superfluo calore muliebri exinanito, semen cogit in unum, et sic Lara lingua privata est, id est nocendi potentia. De hac tamen calcata caliditate, Mercurius, id est nature moderata prudentia secundum gentiles, elicit Lares, non quidem recte ex ea, sed ea amota fit ut, secundum opinionem quorundam, Lares cum creato fetu nascantur, seu creentur, qui ea stante creari non poterant.

3 De quibus Laribus non omnes eque sensere veteres. Extimare autem antiqui, cum anima rationalis a Mercurio in corpus novum deducta esset, ut alias dixi, ideo a Mercurio deduci opinari, quia in sexto mense, qui Mercurio attribuitur, fetus animam credatur suscipere, seu vitalem potentiam in anima, deum seu deos nove anime venire custodes, quos aliqui Ge-

LXV. *I Lari, figli di Mercurio.*

1 I Lari furono due, figli di Mercurio e della ninfa Lare, come dice Ovidio. Lattanzio invece nelle *Divinae Institutiones* dice che la madre si chiamava Larunda o Lara. Ma della loro origine Ovidio racconta questa favola. Giove, poiché amava Giuturna, ninfa del Tevere e sorella del re Turno, ordinò alle altre ninfe del luogo che, se quella fuggiva, la fermassero in modo che essa, inseguita da lui, non si gettasse nelle acque. Ma una delle Naiadi, Lara figlia di Almon – come dice Paolo – riferì gli ordini di Giove a Giuturna e a Giunone. Sdegnato di ciò, Giove tolse a Lara la lingua e ordinò a Mercurio di condurla agli inferi e di rimanervi come ninfa dello Stige. Ma Mercurio, mentre la conduceva, la guardò e se ne innamorò e per via la violentò. Ella concepì e gli partorì due gemelli, che dal nome della madre egli stesso chiamò Lari.

2 La finzione di questa favola tiene ben nascosto un significato. Giove è infatti il calore, che appetisce la ninfa Giuturna, cioè l'umidità sulla quale possa agire. Ma Lara che qui s'intende come il calore eccessivo della donna, distrugge l'effetto del fuoco che opera. Mercurio poi, cioè la frigidità, eccitata dalla natura, quando è stato reso vano il calore superfluo della donna, raccoglie il seme in uno solo; e così Lara è privata della lingua, cioè del potere di nuocere. Tuttavia da questo calore conculcato, Mercurio cioè, secondo i pagani, la moderata prudenza della natura, trae fuori i Lari, ma non direttamente da esso; anzi tolto quello, accade, secondo l'opinione di alcuni, che nascano, o si creino col feto, i Lari; che, se il calore fosse rimasto, non avrebbero potuto esser creati.

3 Di questi Lari non tutti gli antichi ebbero eguale opinione. Alcuni di essi credettero che, poiché l'anima razionale è condotta da Mercurio in un nuovo corpo – come dissi altrove – per questo si crede sia condotta da Mercurio, perché nel sesto mese, che si attribuisce a Mercurio, si crede che il feto riceva l'anima, o la potenza vitale nell'anima; e che un dio, o degli dei, vengano custodi della nuova anima, chiamati da alcuni

nium vel Genios vocavere, non nulli dixere Lares, ut paulo ante dictum est. Et, ut Censorinus asserit in libro *De natali die*,¹³² ubi vult eum dici Genium, seu quia ut gignamur curat, seu quod una nobiscum gignantur, seu quod genitos semper tueatur, et eundem esse Genium et Larem dicit a multis veteribus affirmatum, et potissime a Gaio Flacco eo in libro, quem Cæsari *De indigitamentis* scriptum reliquit.¹³³ Et esto quod unum tantum dicat Genium seu Larem, in subsequentibus adicit, opinione Euclidis Socratici, duplicem omnibus appositum genium, et sic duo sunt unicuique Lares opinione veterum. Quod satis firmari videtur auctoritate Annei Flori scribentis in quarto *Epythomatis* sui sic: «Ipsique Bruto per noctem, cum illato lumine ex more aliquo secum agitaret, atra quedam ymago se obtulit, et que esset interrogata, “tuus, inquit, malus Genius”. Hec et sub oculis mirantis evanuit» etc.¹³⁴ Qui quidem non adiecisset *malus*, nisi et bonus alter esset; et sic duo. Christiana veritas Angelos vocat, non cum nascente genitos, sed nato sociatos, quorum alter bonus in bonum semper urget quem servat, alter autem malus in contrarium nititur, et quasi bonorum malorumque nostrorum observatores et testes in mortem usque assistunt continui. Hos preterea Lares etiam privatorum domibus inesse credidere, ut in principio *Aulularie* ostendit Plautus;¹³⁵ eosque familiares seu domesticos vocavere deos; et uti custodie corporis appositos diximus, sic et hos custodie domus, eisque in domibus locum communem domesticis omnibus, ubi scilicet ignis aea, quam in medio aule veteres faciebant dedere. Ibi que eos venerabantur sacris, ritu veteri. Quod nondum apud nos abolitum est. Nam etsi error ille insipidus abierit, stant adhuc nomina, et quedam veterum sacrorum vestigium sapientia. Habemus autem Florentini et sic forsan non nulle alie nationes, ut plurimum, in aulis domesticis, ubi fit communis ignis toti familie domus, ferrea quedam instrumenta ad lignorum igni appositorum sustentationem apposita, que lares vocamus, et in sero precedente Kalendarum Ianuariarum die a patre familias omnis convocatur familia, et re-

Genio o Geni e da altri Lari, come poc' anzi ho detto. E Censorino nel *De natali die* vuole che il dio sia detto *Genio*, o perché cura che *siamo generati*, o perché è generato insieme con noi, o perché sempre protegge coloro che sono stati generati; e dice che molti antichi hanno affermato essere una cosa sola Genio e Lare; e specialmente ciò è affermato da Granio Flacco nel libro che scrisse a Cesare *De indigitamentis*. E sebbene dica che Genio e Lare sono una persona sola, aggiunge nelle pagine seguenti, sull'opinione di Euclide Socratico, che a tutti è stato assegnato un doppio Genio; e così ciascuno ha due Lari, secondo l'opinione degli antichi. Ciò sembra ben confermato dalla testimonianza di Anneo Floro che scrive nel IV della sua *Epitome*: «Di notte allo stesso Bruto, che stava pensando fra sé, col lume acceso, secondo una sua abitudine, si presentò un'immagine che, interrogata chi fosse, rispose: “Sono il tuo cattivo Genio”; e subito svanì agli occhi di lui che la guardava». E non avrebbe aggiunto *cattivo*, se non ce ne fosse uno buono; e così i Geni sono due. La verità cristiana li chiama Angeli, non generati insieme con colui che nasce, ma accompagnati al nato, uno dei quali, buono, sempre incita al bene il custodito; l'altro, cattivo, lo sforza al contrario; e, quasi testimoni dei nostri beni e dei nostri mali, fino alla morte continuamente ci assistono. Credettero inoltre che questi Lari siano dentro le case private, come al principio dell'*Aulularia* indica Plauto; e li chiamarono dei familiari o domestici; e, come abbiamo detto che sono posti alla custodia del corpo, così anche alla custodia della casa e ad essi diedero nella casa un posto comune a tutti gli abitanti di essa, dove era il focolare che gli antichi costruivano in mezzo alla sala; ed ivi li onoravano con sacrifici, secondo il rito antico. E questo uso non è stato abolito neppure da noi. Infatti, sebbene quello sciocco errore se ne sia andato, restano ancora i nomi e una certa sapienza, ricordo degli antichi riti sacri. Noi Fiorentini poi, e forse alcuni altri popoli, abbiamo, per lo più, nelle stanze domestiche, dove si fa il fuoco, comune a tutta la famiglia della casa, certi strumenti di ferro messi per sostenere la legna, disposta per il fuoco, che chiamiamo <a>lari; e nella sera precedente al capodanno, il padre della famiglia convoca

7 pleto lignis igne stipes magnus apponitur, cuius caput unum igne crematur, in reliquo insidet ipse pater familias ceteris circumstantibus, et vino sumpto bibit ipse pater primo, et inde capitū stipitis incensi superinfundit, quod vini superfuert in calice, et deinde cum in circuitu potaverint ceteri, quasi perfecta solennitate ad officia consurgunt sua. Hec sepe puer in domo patria celebrari vidi a patre meo catholico profecto homine. Nec dubitem quin adhuc celebrentur a multis, ratione potius consuetudinis a maioribus sumpte, quam aliqua ydolaria superstitione deceptis.

LXVI. *De Evandro, Mercurii filio, qui genuit Pallantem et Pallantiam.*

1 Evander Arcadam rex, ut ait Paulus, filius fuit Mercurii ex Nycostrata: homo fortitudine et ingenio insignis. Dicit enim Servius¹³⁶ eum Ycerillum quendam immanem hominem occidisse, uti Hercules Gerionem, eumque, ob eius singularem
2 probitatem, unum inter multos Hercules numeratum. Et idem Servius dicit¹³⁷ hunc Pallantis regis Arcadie fuisse nepotem, et cum patrem suum occidisset, virum scilicet Nycostratae, suadente ipsa Nycostrata, que vates erat, dimissa Arcadia in Ytalian venit, et pulsus Aboriginibus tenuit ea loca, in quibus postea Roma condita est, et oppidum modicum in monte Palatino fundavit, ibique Herculem ex Hispania redeuntem cum pompa superati Gerionis suscepit. Qui illum ab insultibus Cachi la-
3 tronis liberavit. Inde post eversionem Troie Eneam novas sedes querentem recepit, et adversus Turnum ivit, misso in bellum cum eo Pallante filio, quem senex a Turno occisum misere flevit. Mercurii autem ideo filius dictus est, quia esset inter ceteros eloquentissimus homo, ut asserit Theodontius.

tutti i familiari e, riempito di legna il focolare, vi si mette un gran tizzone del quale un capo viene bruciato al fuoco, sull'altro siede il padre della famiglia, mentre tutti gli altri gli stanno attorno; e, attinto del vino, beve per primo lo stesso padre, e poi versa al vertice del tizzone acceso quella parte di vino che è rimasta nella tazza; e gli altri, dopo aver bevuto in cerchio, come alla fine di una cerimonia, si alzano per tornare ai loro compiti. Spesso nella casa paterna vidi mio padre, uomo cattolico, fare questa celebrazione. E non dubiterei che ancora molti la facciano, più per consuetudine presa dagli antenati, che per l'inganno di qualche idolatrata superstizione.

LXVI. *Evandro, figlio di Mercurio, che generò Pallante e Pallanzia.*

1 Evandro, re degli Arcadi – come dice Paolo – fu figlio di Mercurio, avuto da Nicostrata, uomo insigne per forza e ingegno. Dice infatti Servio che uccise un tale Icerillo, uomo bestiale (come Ercole aveva ammazzato Gerione); e che, per la sua singolare probità, fu annoverato come uno tra i molti Ercoli. Lo stesso Servio dice che fu nipote di Pallante, re di Arcadia; e che avendo ucciso il padre, marito di Nicostrata, persuaso dalla stessa Nicostrata, che era indovina, lasciò l'Arcadia e venne in Italia e, cacciati gli Aborigeni, occupò i luoghi dove poi fu fondata Roma e fondò sul monte Palatino una piccola cittadella e ivi accolse Ercole, che tornava dalla Spagna, con il trofeo del vinto Gerione. Egli liberò Ercole dagli assalti del ladro Caco. Poi, dopo la distruzione di Troia, accolse Enea, che
3 cercava nuova sede e lo aiutò contro Turno, mandando nella guerra con lui il figlio Pallante, che il vecchio pianse miseramente, quando fu ucciso da Turno. Fu poi detto figlio di Mercurio, perché era, fra gli altri, uomo eloquentissimo, come afferma Teodonzio.

LXVII. *De Pallante, Evandri filio.*

- 1 Pallantes Evandri regis fuit filius, ut sepiissime in *Eneida* testatur Virgilius.¹³⁸ Hic iuvenis celebri virtute, spectabilis Enee amicitia iunctus, congregatis auxiliis illum adversus Turnum secutus est, a quo in acie vulneratus occubuit, et ab infelici patre sepultus est. Huius autem corpus, ut refert Martinus, eo in libro qui *Martiniana* vocatur,¹³⁹ imperante Romanis Henrico tercio imperatore, haud longe ab Urbe a quodam agricola, alius solito fodiente agellum, compertum est adhuc adeo integrum, ut nuperrime videretur infossum, et statura adeo ingens, ut murorum civitatis altitudinem longitudine superaret; et, quod longe magis mirandum refert, sic in illo hyatus illati a Turno vulneris apparebat permaximus, ut longitudinem quatuor pedum excederet, addens supra caput eius lucernam perpetuo igne ardentem compertam, nec ullo poterat exstingui spiritu vel liquore, tandem facta in fundo foramine extincta est. Insuper dicit sepulcro tale fuisse epythaphium scriptum: «Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni militis occidit more suo, iacet hic».

LXVIII. *De Pallantia, Evandri filia.*

- 1 Pallantia, ut dicit Servius,¹⁴⁰ filia fuit Evandri, qui asserit hoc a Varrone narrari; quam ait Herculem viciasse, et ex ea genuisse Latinum regem Laurentum. Hanc tandem, cum moreretur, dicit sepultam in monte, qui de suo nomine Palatinus appellatus est.

LXIX. *De Pane, Mercurii filio.*

- 1 Pan, non is qui Arcadie dictus est deus, sed alius, Mercurii filius et Penelopsis, ut in libro *De naturis deorum* scribit Ci-

LXVII. *Pallante, figlio di Evandro.*

Pallante fu figlio del re Evandro, come molto spesso nell'*Aeneis* attesta Virgilio. Questo giovane, celebre per il valore, congiunto in amicizia con Enea, radunate forze alleate, lo seguì contro Turno, dal quale, ferito in battaglia, morì e dal padre infelice fu sepolto. Il suo corpo poi – come riferisce Martino nelle *Martiniane* – durante l'impero di Enrico III, non lontano da Roma, fu trovato da un contadino che scavava il suo campicello a maggior profondità del solito; e fu trovato così integro, che sembrava appena sepolto, e di statura così enorme da superare in lunghezza l'altezza delle mura della città; e ciò che, più meraviglioso, Martino riferisce, in lui appariva il foro della ferita infertagli da Turno, superiore alla lunghezza di quattro piedi. Aggiunge poi Martino che sopra il suo capo fu trovata una lucerna che ardeva di fuoco perpetuo, né poteva esser spenta da alcun soffio o liquido; e solo alla fine, fattole in fondo un foro, si spense. Dice inoltre Martino che sul sepolcro era scritto questo epitaffio: «Il figlio di Evandro, Pallante qui giace, che la lancia di un soldato di Turno uccise secondo il suo costume».

LXVIII. *Pallanzia, figlia di Evandro.*

Pallanzia – come scrive Servio, che afferma ciò esser detto da Varrone – fu figlia di Evandro. Dice che Ercole la stuprò e che da lei generò Latino, re di Laurento. Quando morì, fu sepolta sul colle che, dal suo nome, è chiamato Palatino.

LXIX. *Pan, figlio di Mercurio.*

Pan, non quello che fu detto dio dell'Arcadia, ma un altro, fu figlio di Mercurio e di Penelope, come nel *De natura deorum* scrive Cicerone. Licofrone dice che Penelope, moglie di

cero.¹⁴¹ Et dato dicat Lycophron Penelopem Ulixis coniugem cum proclatoribus omnibus concubuisse,¹⁴² Ulixe non redeunte, et ex uno Pana filium suscepisse, sunt qui velint hinc fictio-
 2 ni locum datum, et intelligere contigisse alicuius eloquentia Penelopem in concubitum eius venisse, et ex eo filium peperisse. Qui, eo quod eloquentia quesitus videatur, Mercurii filius
 2 dictus est. Ego autem, alias dixi, arbitrari non possum pudicitiam tam celebrem, uti Penelopsis fuit, alicuius eloquio vel opere alio fedari aut flecti potuisse. Fuere quidem et alie mulieres nomine secum, sed forte non pudicitia coequales, et sic ex aliarum una nasci potuit Mercurio Pan filius.

LXX. De Vulcano XXXVII^o Iovis filio, qui genuit Erichthonium, Cachum, Ceculum et Tullium Servilium.

1 Vulcanus Iovis et Iunonis fuit filius, ut omnes fere poete testantur. Hic, eo quod claudus et deformis esset, quam cito natus est, a parentibus in Lemnum insulam est deiectus, et, ut ait Theodontius, a symiis educatus est. De hoc in *Bucolico carmine* dicit Virgilius: «Cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est» etc.¹⁴³ Huic uxorem fuisse affirmant omnes, sed que ea fuerit non eque demonstratur a cunctis. Cingius enim, ut Macrobius in libro *Saturnaliorum* refert,
 2 dicit Maïam uxorem fuisse Vulcani,¹⁴⁴ Pyso autem dicit fuisse Maïestam.¹⁴⁵ Homerus¹⁴⁶ primo et inde Virgilius¹⁴⁷ et poete latini reliqui Venerem fuisse scribunt. Sane cum certum sit plures fuisse Vulcanos, possibile est hos omnes verum dicere, cum cuius Vulcani fuerint coniuges Maïa seu Maïesta non dicant. Quod autem Vulcani lemnensis Venus fuerit coniunx, satis pro comperto teneri videtur. Hunc insuper Iovis fabrum dicunt, et apud Lyparas et Vulcanum insulas ad faciendam fulmina et deorum arma Cyclopes obsequiosos et officinas habere testantur. Et ab eo quicquid artificiose compositum est factum volunt, ut Achillis et Enee arma, monile Hermionis, et corona Adriane,

Ulisse, poiché Ulisse non ritornava, giacque con tutti i Proci, e che da uno di essi partori il figlio Pan; ma alcuni vogliono che da ciò abbia preso luogo la favola e che sia capitato di intendere, per l'eloquenza di qualcuno, che Penelope si sia congiunta con Mercurio e da lui abbia partorito un figlio. Io invece ho
 2 detto altrove di non poter credere che una pudicizia così famosa, come fu quella di Penelope, abbia potuto, per i discorsi o l'opera di alcuno, essere insozzata o piegata. Ci furono bensì altre donne dello stesso nome, ma forse non eguali per onestà; e così, da una di queste altre, poté essere nato Pan, figlio di Mercurio.

LXX. Vulcano, trentasettesimo figlio di Giove, che generò Erittonio, Caco, Ceculo e Tullio Servilio (Servio Tullio).

Vulcano fu figlio di Giove e Giunone, come quasi tutti i
 1 poeti attestano. Poiché era zoppo e deforme, appena nacque, fu gettato dai genitori nell'isola di Lemno e, come dice Teodonzio, allevato dalle scimmie [ma dai *Sintii* negli scoliasti, in *Iliad.* 1, 590]. Su ciò nelle *Eclogae* scrive Virgilio: «Colui al quale non sorrisero i genitori, nessun dio lo ha degnato della sua mensa né una dea del suo letto». Tutti dicono che ebbe moglie, ma non si indica da tutti in modo eguale chi ella fosse stata. Cingio infatti – come Macrobio riferisce nei *Saturnalia* –
 2 dice che fu Maïa la moglie di Vulcano; Pisone invece vuole fosse Maïesta. Omero prima, poi Virgilio, e gli altri poeti latini, scrivono che fu Venere. Ma mentre è certo che ci furono diversi Vulcani, è possibile che tutti questi autori dicano la verità, poiché non dicono di qual Vulcano siano state mogli Maïa o Maïesta. Ma che Venere sia stata moglie del Vulcano di Lemno, si può ritenere ben certo. Dicono inoltre che egli fu fabbro di Giove e attestano che presso le isole di Lipari e di Vulcano i Ciclopi servirono a Giove per fabbricare i fulmini e le armi degli dei ed ebbero le loro officine. E vogliono che da lui fosse stato fatto tutto ciò che fu composto con arte, come le armi di Achille e di Enea, il monile di Ermione, la corona di Adriana e

et huiusmodi. Hunc preterea dicunt, ostenso illi a Sole adulterio Veneris coniugis sue et Martis, ambos invisibilibus catenis coeuntes alligasse. Vocant illum etiam Mulciberum,¹⁴⁸ et filiorum plurium faciunt patrem.

- 3 Volentes ergo ex dictis sensum elicere, sciendum est primo Vulcanum hunc Iovis et Iunonis fuisse filium, et apud Lemnum regnasse, et Venerem habuisse coniugem, eamque cum armigero comperisse iacentem, ut supra dictum est, ubi de
- 4 Marte,¹⁴⁹ et hoc quantum ad hystoriam. Quantum autem ad alium sensum, est ante alia advertendum apud nos duplicem ignem esse. Primus est elementum ipsum ignis, quod non videmus, et hoc persepe poete Iovem vocant. Secundus autem elementatus est ignis causatus a primo, et hic duplex est. Primus enim est qui in aere ob velocissimum circularem motum in nubibus accenditur, et hic, dum illas exeundo frangit, coruscationes et tonitrua facit, et maximo cum impetu in terras impellitur. Secundus autem is ignis est quo utimur, ex lignis aliisque combustibilibus a nobis ex silicibus duris eductus et fomentis educatus atque servatus. De his tribus hac in fictione fit mentio.
- 5 Nam primus Iuppiter est, ex quo et rebus aereis et terreis, que pro Iunone intelligende sunt, duo reliqui oriuntur. Ex his uterque claudus est; nam si fractionem nubis inspexerimus, non recte gradientem ignem, sed nunc in partem istam, nunc in illam declinantem videbimus, et sic claudicantem dicemus. Equo modo et nostri ignis flammam nunquam equali sese in altum extollentes gradu videbimus, sed more claudi nunc altius nunc depressius appetunt altiora. Ex his primus de celo in terram, ut premonstratum est, deicitur, nec illi parentes arrident, quia, quam cito creatus est, eicitur. Et sic nec in mensa dignatus est. In Lemnum autem ideo deiectum volunt, quia persepe in insulam illam cadant fulmina. Quod autem dea non illum cubili dignata sit, paulo post ubi de Erichtheo dicitur causa.¹⁵⁰ A symiis autem nutritus est is qui penes nos est. Est enim symia animal, hoc habens a natura, ut, quicquid videat hominem facientem, et ipsa conetur facere, et quoniam homines arte et ingenio suo in multis naturam imitari conantur, et circa actus ta-

simili opere. Dicono inoltre che, quando il Sole gli mostrò l'adulterio di sua moglie con Marte, Vulcano legò entrambi, unendoli con catene invisibili. Lo chiamano anche Mulcibero e lo fanno padre di molti figli.

- Se vogliamo trarre da quanto detto il significato, bisogna sapere anzitutto che questo Vulcano fu figlio di Giove e di Giunone e regnò in Lemno ed ebbe per moglie Venere che trovò a letto con un armigero, come sopra si è detto nel capitolo su Marte; e ciò quanto alla storia. Quanto poi ad altro significato, bisogna anzitutto osservare che il fuoco è di due diverse specie. Primo è l'elemento stesso del fuoco che non vediamo (e questo molto spesso i poeti dicono Giove). Secondo è il fuoco causato dal primo e anche questo è duplice. L'uno è infatti quello che nell'aria, per il velocissimo moto circolare, si accende nelle nubi e, mentre le spezza uscendone, forma i lampi e i tuoni, e con grandissimo impeto è spinto fino a terra. L'altro invece è il fuoco che usiamo, ricavato dalla legna e da altri combustibili e da pietre dure ed è alimentato e mantenuto con esche. Di questi tre fuochi si fa menzione in questa favola. Il primo è infatti Giove, dal quale e dagli elementi aerei e terreni, che son da intendere in Giunone, nascono gli altri due. L'uno e l'altro dei fuochi (cioè i Vulcani) sono zoppi; poichè, se osserveremo lo spezzarsi della nube, vedremo che il fuoco non procede diritto, anzi declina, ora in questa, ora in quella parte; e così lo diremo «zoppicante». Ugualmente le fiamme del nostro fuoco mai vedremo levarsi in alto con eguale andamento, anzi, come fa lo zoppo, ora più in alto, ora più in basso, si dirigono verso le parti più alte. Di essi il primo — come si è indicato — è scagliato dal cielo in terra e non gli sorridono i genitori perchè, appena formato, è gettato giù. E così non è stato ritenuto degno della mensa. Vogliono poi che sia stato gettato in Lemno, perchè molto spesso i fulmini cadono in quell'isola. Si dirà poi nel capitolo su Eretteo il motivo per cui la dea non lo ritenne degno del suo letto. Dalle scimmie invece fu nutrito il fuoco che è presso noi. Poichè la scimmia è un animale che ha per natura di tentar di fare tutto quello che vede fare all'uomo; e poichè gli uomini con l'arte e con l'ingegno tentano in molte cose di imitare la natura,

7 les plurimum oportunus est ignis, fictum est symias, id est homines, nutrisse Vulcanum, id est ignem fovisse. De quo, ut eius oportunitas cognoscatur, sic in libro *Ethymologiarum* scribit Ysidorus: «Absque igne nullum metalli genus fundi extendique potest. Nichil enim pene quod non igne efficiatur, alibi enim vitrum, alibi aurum, alibi argentum, alibi plumbum, alibi mineum, alibi pigmenta, alibi medicamenta efficit; igne lapides in ere solvuntur, igne ferrum gignitur et domatur, igne aurum perficitur, igne cremato lapide cements et parietes ligantur; ignis lapides nigros coquendo candificat, ligna candida urendo offuscat, carbones ex pruna fulgida nigros facit, de lignis duris fragilia, de putribilibus imputribilia reddit, stricta solvit, soluta restringit, dura mollit, mollia dura reddit».¹⁵¹ Hec Ysidorus.

8 Volunt insuper hunc Iovis esse fabrum et aliarum rerum omnium artificiosarum compositorem, ut intelligatur quicquid artificiosum fit ignis suffragio fieri, qui, in quantum artificiosus, dicitur Vulcanus ab aliquo insigni artifice sic dicto denominatus. Officium autem eius cur apud Lyparam et Vulcanum insulas esse dicantur, liquido patet; insule enim ignem evomentes sunt, et earum nomen fictioni favet; Vulcanic quippe nuncupantur, sed non a Vulcano Iovis filio dicte sunt, quin imo a Vulcano quodam, qui in Emalio natus illas tenuit. Nec solum eum fabrum armorum aut icalium ignem seu Vulcanum esse voluere, sed et hominum conventionibus et sermonis initio causam prestitisse volunt, ut in libro *De architectura* Vitruvius videtur asserere, dicens: «Homines veteri more in silvis et speluncis et nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam agebant. Interea quodam in loco a tempestatibus et ventidense crepitantibus arbores agitate, et inter se terentes ramos ignem excitaverunt, et eo flamma vehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati. Postea requie data propius accedentes, cum animadvertissent commoditatem esse magnam corporibus, ad ignis teporem ligna adicientes et id conservantes, alios adducebant, et nutu monstrantes ostendebant quas ex eo haberent utilitates. In eo hominum gressu cum pro-

9

e per queste operazioni è assai necessario il fuoco; fu immaginato che le scimmie, cioè gli uomini, nutrirono Vulcano, cioè almentarono il fuoco. Di esso, per farne conoscere la necessità, così scrive Isidoro nelle *Ethymologiae*: «Senza il fuoco nessun genere di metallo può essere fuso né allungato. Non c'è infatti quasi cosa alcuna che non sia formata dal fuoco: esso produce, volta a volta, il vetro, l'oro, l'argento, il piombo, il minio, le droghe e le medicine; col fuoco le pietre sono sciolte in metalli; col fuoco si fa e si doma il ferro; col fuoco si perfeziona l'oro; col fuoco, bruciando le pietre, si legano i cementi e le pareti; il fuoco, cuocendoli, fa bianchi i sassi neri, e, bruciando i legni bianchi, li rende scuri e ne fa carboni neri, di brace lampeggiante; da legni duri ricava oggetti fragili; da materie putride, materie incorruttibili; il fuoco scioglie le cose strette, unisce le sciolte; mollifica le dure e indurisce le molli». Fin qui Isidoro. Vogliono inoltre che Vulcano sia fabbro di Giove, compositore di tutti gli altri oggetti d'arte, per far capire che ogni oggetto artistico si fa con l'aiuto del fuoco; il quale, in quanto capace di fare arte, fu chiamato Vulcano da qualche artista di questo nome. È chiaro poi perché le sue fucine siano presso le isole di Lipari e di Vulcano. Queste isole infatti vomitano fuoco e il loro nome favorisce la favola, poiché si chiamano Vulcanie, ma non da Vulcano, figlio di Giove, anzi da un tal Vulcano che, nato in Emalio, le occupò. Né solo vollero che Vulcano, o il fuoco, fosse fabbro di armi e di gioielli, ma vogliono che abbia dato materia ai contratti degli uomini e principio ai discorsi, come sembra affermare Vitruvio nel *De architectura* scrivendo: «Gli uomini, secondo il costume antico, nascevano nelle selve, nelle grotte e nei boschi e conducevano la vita cibandosi di alimenti agresti. Frattanto in qualche luogo gli alberi folti, scossi da tempeste e da venti, strisciando i rami fra loro, suscitavano il fuoco; e perciò, atterriti dalla gran fiamma sprigionata, quelli che abitavano attorno a quei luoghi fuggirono. In seguito, al placarsi del fuoco, capirono che grande vantaggio ne veniva ai corpi; e, aggiungendo legna al tepido fuoco e mantenendolo vivo, vi conducevano altri e mostravano con cenni che vantaggi ne potevano trarre. In quel raccogliersi insieme di uo-

7

8

9

fundebantur, aliter e spiritu voces cotidiana consuetudine vocabula ut obtigerant constiterunt. Deinde segregando res sepius in usu ex eventu fari fortuito ceperunt, et ita sermones intra se procreaverunt. Ergo cum propter ignis inventionem conventus initio apud homines et consilium et convictus esset natus, et in unum locum plures convenirent, habentes a natura primum preter reliqua animalia, ut non proni, sed erecti ambularent: mundique et astrorum magnificentiam aspicerent, in manibus et articulis quam vellent rem facilius tractarent, ceperunt in eo cetu alii de frondibus facere tecta, alii speluncas fodere sub montibus, non nulli hirundinum nidos et edificationes earum imitantes, de luto et virgultis facere loca que subirent». Hec Vitruvius.¹⁵²

10 Non autem insignis homo iste *Pentathecum* legerat, circa cuius initium longe alium sermonis autorem Adam omnia nominantem legisse,¹⁵³ et alibi Caym non domos tantum, sed civitatem etiam construentem, novisset. Sed de hoc alias. Cur autem Vulcano Cyclopes obsequiosi dati sint, supra ubi de Cyclopiibus explicatum est.¹⁵⁴ *Vulcanus* autem faber iste ideo dictus est, ut ait Servius,¹⁵⁵ quasi *volicanus*, quod per aerem *volet*. Rabanus autem dicit: «*Vulcanus volans candor*».¹⁵⁶ *Mulciber* autem dicitur, ut ait Albericus, quasi *mulcens* ymbrem, eo quod, cum nubes altiora petierint¹⁵⁷ calore in pluvias resolvuntur. Ego autem *Mulciberum* dici puto quia *molliat era*.

LXXI. De *Erichthonio*, *Vulcani filio*, qui genuit *Pocrim*, *Orythiam* et *Pandionem*.

1 Erichthonius, quem *Erichtheum* appellat *Homerus*, filius fuit *Vulcani* et *Minerve*;¹⁵⁸ ex creatione cuius talis fertur fabula ab antiquis. Quod cum *Vulcanus* fulmina *Iovi* adversus *Gigantes* pugnanti fecisset, petiit eidem loco premii ut liceret sibi cum *Minerva* concumbere. Quod ipse concessit, data *Minerve*

mini, quando venivano espresse dall'emissione del fiato le voci, per quotidiana consuetudine, i vocaboli si formarono, come erano capitati. Poi, indicando gli oggetti d'uso più frequente, gli uomini cominciarono a esprimersi a caso secondo gli avvenimenti; e così crearono fra loro il linguaggio. Quando dunque per la scoperta del fuoco, nacquero al principio fra gli uomini le riunioni, le assemblee e le convenienze e molti convennero in un solo luogo, avendo ricevuto da natura anzitutto, diversamente dagli altri animali, il privilegio di non camminare proni, ma eretti, e videro le magnificenze del mondo e degli astri, e trattarono facilmente con le mani e con le dita gli oggetti che volevano; allora cominciarono in quel consorzio umano, alcuni a fare tetti di fronde, altri a scavare spelonche sotto i monti, altri, imitando i nidi delle rondini e i loro abitacoli, con fango e verghette fecero luoghi da abitare». Fin qui Vitruvio.

Ma quest'uomo celebre non aveva letto il *Pentathecum*, al 10 cui inizio avrebbe letto che Adamo, dando nome a tutte le cose, fu ben altro autore del linguaggio. E altrove avrebbe saputo che Caino non solo costruì le case, ma le città. Ma di ciò altra volta. Perché poi a Vulcano siano stati dati come servitori i Cyclopi, ho detto sopra nel capitolo su di essi. Il fabbro Vulcano infine fu così chiamato, come dice Servio, quasi *Volicanus*, perché vola nell'aria. Rabano invece dice: «*Vulcano, candore volante*». È detto *Mulcibero*, come scrive Alberico, quasi *molcente la pioggia*, perché, quando le nubi raggiungono gli strati più alti, per il calore si sciolgono in pioggia. Io invece credo sia detto *Mulcibero*, perché *ammolisce* i metalli.

LXXI. *Erittonio*, figlio di *Vulcano*, che generò *Procri*, *Orizia* e *Pandione*.

1 Erittonio — che Omero chiama Eretteo — fu figlio di Vulcano e di Minerva; e della sua nascita si racconta questa favola. Vulcano aveva preparato i fulmini per Giove che combatteva contro i Giganti; e gli chiese come premio che gli fosse lecito giacere con Minerva. Giove lo concedette e fu data licenza a Mi-

licentia ut suam virginitatem, si posset, viribus tueretur. Dum ergo Minerve cubiculum intrasset Vulcanus, et Minerve acriter se defendenti vim inferre conaretur, actum est ut voluntate nimia percitus Vulcanus in pavementum semen effunderet, ex quo aiunt Erichthonium natum; eique serpentinos dicunt fuisse pedes, ad quos contegendos etate proventus currum primus excogitavit, ut dicit Virgilius: «Primus Erithonius currus et quattuor ausus Iungere equos» etc.¹⁵⁹ Huius autem fictionis intentum Augustinus in libro *De civitate Dei* sic detegit.¹⁶⁰ Dicit enim apud Athenienses templum fuisse Vulcano et Minerve commune, in quo compertus est infans dracone circumvolutus, qui, cum eum magnum virum futurum iudicio Atheniensium portenderet, eum servaverunt, et eo quod parentes essent incogniti, his quibus dicatum erat templum, in quo compertus erat, Vulcano scilicet et Minerve dederant in filium. Hic preterea, ut dicit Anselmus, in libro *De ymagine mundi*, in celum inter alias celestes ymagines assumptus, Serpentarius dictus est.¹⁶¹

LXXII. *De Pocris, Erichthonii filia et coniuge Cephalis.*

I Pocris filia fuit Erichthonii seu Erichthei et coniunx Cephalis, Ovidio teste dicente: «Quattuor ille quidem iuvenes totidemque creatur Femine sortis, sed erat par forma duarum, E quibus Eolides Cephalus te coniuge felix, Pocris,¹⁶² fuit» etc. Que huius fuerit fortuna, que mors, post hec ubi de Cephalo scribitur.¹⁶³

LXXIII. *De Orythia, Erichthonii filia et coniuge Boree.*

I Orythia Erichthei seu Erichthonii fuit filia, ut Eusebius in libro *Temporum* testatur.¹⁶⁴ Hanc trax Boreas Astreli filius rapuit, et sibi matrimonio copulavit. Que illi Zethum et Calaym filios peperit.

nerva di difendere, se potesse, con le sue forze la propria verginità. Quando dunque Vulcano entrò nella stanza di Minerva e tentava di usarle violenza, mentre ella aspramente si difendeva, accadde che Vulcano, spinto da voglia eccessiva, sparse il seme sul pavimento, e da esso dicono che nacque Erittonio; e dicono che aveva piedi di serpente, a coprire i quali, quando fu adulto, per primo inventò l'uso del carro, come dice Virgilio: «Per primo Erittonio osò aggiungere al carro quattro cavalli» ecc. Agostino poi nel *De civitate Dei* così spiega l'intento della favola. Dice infatti che gli Ateniesi ebbero un tempio, comune a Vulcano e Minerva, e che in esso fu trovato un fanciullo, avvolto da un serpente, che fece presagire agli Ateniesi che sarebbe stato un grande uomo. Allora lo salvarono e, poiché i suoi genitori erano sconosciuti, lo diedero per figlio a Vulcano e Minerva, ai quali era dedicato il tempio in cui fu trovato. Questi inoltre – come dice Anselmo [ma: Onorio] nel *De imagine mundi* – fu assunto in cielo con le altre figure celesti e fu chiamato il Serpentario.

LXXII. *Procri, figlia di Erittonio e moglie di Cefalo.*

I Procri fu figlia di Erittonio, o Eretteo, e moglie di Cefalo. Lo attesta Ovidio dicendo: «Egli aveva generato quattro figli e altrettante figlie: ma due erano di pari bellezza. Una eri tu Procri; e l'Eolide Cefalo fu tuo felice marito». La sua vicenda e la sua morte sono scritte poi nel capitolo su Cefalo.

LXXIII. *Orizia, figlia di Erittonio e moglie di Borea.*

I Orizia fu figlia di Eretteo, o Erittonio, come attesta Eusebio nel *Chronicon*. Fu rapita dal trace Borea, figlio di Astrelo, che la sposò. Ella gli partorì i figli Zeto e Calai.

LXXIV. *De Pandione, Erichthonii filio, qui genuit Prognem et Phylomenam.*

- 1 Pandion, ut Lactantio placet,¹⁶⁵ filius fuit Erichthonii Athenarum regis, sibique successit in regno, ex quo preter regni tempus, quod iuxto Eusebium annis quadraginta fuit,¹⁶⁶ nil est, nisi quia duos habuerit filios et totidem filias. Ex quibus, bello
2 fessus, quod diu adversus Tracas gesserat, cum in pacem venisset, unam, Prognem scilicet, Thereo Tracum regi dedit in coniugem; alterius autem, Phylomene scilicet, infortunium flevisse potuit, de quibus supra latius.¹⁶⁷

LXXV. *De Progne et Phylomena filiabus Pandionis.*

- 1 Prognem et Phylomena, ut satis late dicit Ovidius,¹⁶⁸ filie fuerunt Pandionis Athenarum regis. Harum Prognem Pandion Thereo regi Tracie dedit in coniugem, et ipsa ex eo peperit
2 Ythim filium. Phylomenam autem secundam Pandionis filiam, dum ad Prognem Thereus deduceret, stupravit, eique linguam abstulit; ex quo secutum est ut Ythis a matre occideretur, et patri daretur in cibum, et inde Prognem mutaretur in hirundinem, Phylomena in avem sui nominis, Thereus in upupam, ut de omnibus plenius supra ubi de Thereo.¹⁶⁹

LXXVI. *De Cacho, Vulcani filio.*

- 1 Cachus filius fuit Vulcani, ut dicit Virgilius: «Hic spelunca fuit, vasto summota recessu Semihominis Cachi facies quam dira tegebat Solis inaccessam radiis, semperque recenti Cede tepebat humus, foribus affixa superbis Ora virum tristi pendebant pallida tabo. Huic monstro Vulcanus erat pater: illius atros Ore vomens ignes, magna se mole ferebat» etc.¹⁷⁰ Ex hoc fertur quod Hercules ex Hispania redeuntis, et cum Evandro

LXXIV. *Pandione, figlio di Erittonio, che generò Progne e Filomena.*

Pandione – come pare a Lattanzio – fu figlio di Erittonio, re di Atene, e gli successe nel regno. Di lui, oltre la durata del regno che, secondo Eusebio, fu di quaranta anni, nulla si sa, se non che ebbe due figli e altrettante figlie. Di esse, quando stan-
2 co della guerra, a lungo condotta contro i Traci, fece pace con loro, Pandione diede Progne in moglie a Tereo, re di Tracia, mentre della seconda, cioè Filomena, pianse amaramente la disgrazia, della quale sopra si è detto più ampiamente.

LXXV. *Progne e Filomena, figlie di Pandione.*

Progne e Filomena – come ampiamente scrive Ovidio – furono figlie di Pandione, re di Atene. Di queste il padre diede in
1 moglie a Tereo, re di Tracia, la figlia Progne, la quale da lui partorì il figlio Iti. La seconda figlia Filomena, Tereo stuprò,
2 mentre la conduceva alla sorella Progne; e le tagliò la lingua. Da ciò seguì che Iti fu ucciso dalla madre e fu dato in pasto al padre; e poi Progne fu mutata in rondine, Filomena nell'uccello del suo nome, cioè in usignuolo, Tereo in upupa, come più pienamente si è raccontato sopra nel capitolo su Tereo.

LXXVI. *Caco, figlio di Vulcano.*

Caco fu figlio di Vulcano, come dice Virgilio: «Qui fu la spelunca, abitata dal crudele Caco, mezzo uomo e mezza fiera, nascosta in un vasto recesso, dove non potevano penetrare i raggi del sole e il pavimento era sempre tepido di sangue ancor fresco e, affissi sugli alti stipiti, teschi di uomini pendevano, lordi di sangue rappreso. Padre di questo mostro era Vulcano: con la sua mole incedeva, vomitando dalla bocca nere vampe di fuoco» ecc. Di Caco si narra che di notte trasse per la coda nel suo antro
1 ibuoi di Ercole, che tornava dalla Spagna, ed era ospite di Evan-

hospitantis boves noctu cauda traxit in antrum suum; quos cum diminutos mane cerneret Hercules, nec quorsum errasent posset advertere (videbat enim vestigia pedum ab antro ad armenta venientia) cum reliquis recedebat, sed cum mugirent ob relictos socios abeuntes, respondentes mugitui qui clausi te-
 2 nebantur) cognita est Cachi fraus. In quem dum verteretur Hercules vi ex antro illum eduxit, et clava interemit, et boves reassumpsit. Alii vero volunt a Cacha sorore Cachi, fratris fur-
 3 tum Herculi revelatum, et ob id meruisse ibidem diu ara sacri-
 sque venerari. Hunc ideo Vulcani filium dictum dicit Ser-
 vius,¹⁷¹ quia adiacentia omnia crebra combustione consumeret. Quem Albericus¹⁷² dicebat nequissimum Evandri fuisse famu-
 lum seu servum, quod nomen ipsum sonat; nam *cacos* grece, latine *malum* sonat. Sub fictione autem fabule videtur Solino
 3 *De mirabilibus* hystoriam esse.¹⁷³ Dicit enim habitasse Ca-
 bum eo in loco cui Saline nomen est, ubi postea Trigemina
 porta Urbis facta. Deinde dicit Celium dicere quod, cum a
 Marsya rege Tharconi tyrreno legatus ivisset, et ab eo Megali
 frigio servandus esset traditus, ab eodem cum amplioribus
 subsidiis, unde venerat, reductus, regnum circa Vulturum et
 Campaniam occupaverunt, et dum tentarent adversum Evan-
 drum et Arcades, duce Hercule, qui tunc forte aderat, Cachus
 oppressus est. Megalis autem ad Sabinos secessit, quos augu-
 randi disciplinam docuerat.

LXXVII. De Ceculo, Vulcani filio.

1 Ceculus, si Maroni fides prestanda est, filius fuit Vulcani. Dicit enim de eo sic: «Nec Prenestine fundator defuit urbis, Vulcano genitum pecora inter agrestia regem defuit urbis, Ceculo quem credidit etas, Ceculus» etc.¹⁷⁴ Ex hoc talis fer-
 tur fabula. Duo fuere fratres, quibus unica fuit soror, que dum
 secus ignem sederet, favilla casu eius in gremium ex torrente

dro. Quando Ercole li vide al mattino diminuiti, non poté capire dove erano andati (vedeva infatti le orme degli zoccoli, che venivano dall'antro di Caco verso gli armenti che erano rimasti); poi se ne andava coi rimanenti; ma poiché quelli andandosene [con Ercole] muggivano per aver lasciato i compagni, e quelli tenuti chiusi [da Caco] rispondevano al muggito, l'inganno di Caco fu scoperto. Ercole gli si volse contro e lo trasse fuori dall'antro e lo ammazzò con la clava e si riprese i suoi buoi. Altri invece vogliono che il furto del fratello sia stato rivelato ad Ercole da Caca, sorella di Caco, e che perciò meritò di esser ivi venerata con altare e sacrifici. Servio dice che fu detto figlio di Vulcano, perché con frequenti incendi devastava tutti i luoghi vicini. Alberico diceva che fu un perfido servo di Evandro, come suona lo stesso nome; poiché *Cacos* in greco suona *cattivo* in latino. Sotto la finzione della favola sembra a Solino nel *De mirabilibus mundi* che ci sia storia. Dice infatti che Caco abitò nel luogo chiamato Saline, dove poi fu fatta la porta Trigemina (cioè dalle tre arcate) di Roma. Scrive poi che Gellio racconta che Caco, essendo andato, come ambasciatore, da parte del re Marsia, a Tarcone Tirreno e dal re essendo stato consegnato a Megalo frigio, per essere tenuto in custodia, fu ricondotto dallo stesso, con più grossi aiuti, là donde era venuto; e occupò il territorio attorno al Volturum e alla Campania; e, mentre tentava di rivolgersi contro Evandro e gli Arcadi, sotto la guida di Ercole, che allora per caso era presente, Caco fu ucciso. Megalo, invece, si ritirò in Sabina e ne istruì gli abitanti nella scienza augurale.

LXXVII. Ceculo, figlio di Vulcano.

1 Ceculo, se si deve dar credito a Virgilio, fu figlio di Vulcano. Dice infatti di lui così: «Né mancò il fondatore di Palestrina, Ceculo, che tutti a quel tempo credettero re, nato da Vulcano, tra il bestiame agreste, e trovato sul focolare» ecc. Di lui si racconta questa favola. Ci furono due fratelli, con una sola sorella e questa, mentre sedeva presso il focolare, una favilla cadde per caso dalla fiamma ardente sul suo grembo; e dicono che da

fervido evolavit, ex qua mulierem concepisse aiunt, et peperisse puerum, quem Vulcani dixere filium, eumque ob lippitudinem oculorum dixere Ceculum. Qui die quadam forsan infestatus improperatione quia non Vulcani filius esset, oravit Vulcanum ut, si eius esset filius, demonstraret; nec mora Vulcano agente aiunt missum fulmen, a quo omnes qui non credebant exusti atque perempti sunt; ex quo vere Vulcani filius a superstitibus habitus est.

Ego existimo fictionis huius rationem esse talem: Ceculum scilicet Prenestem proprio nomine nuncupatum, et ab egritudine oculorum Ceculum, et idem esse cum Preneste Latini regis filio, de quo supra;¹⁷⁵ et ob evolatam favillulam in gremium pregnantis matris adoptatum Vulcano, eumque hostes suos igne et incendio castigasse, et Prenestem fundasse civitatem, et viribus Turnum adversus Eneam iuvisse.

LXXVIII. *De Tullio Servilio, Vulcani filio, qui genuit Tullias duas.*

Tullius Servilius Vulcani fuit filius ex Cresia Corniculana, ut in libro *Fastorum* testatur Ovidius, dicens: «Namque pater Tulli Vulcanus, Cresia mater, Presignis facie, Corniculana fuit». Et paulo post: «Iussa foco captiva sedet; conceptus ab illa Servius, a celo semina gentis habet» etc.¹⁷⁶ Hunc preterea dicit Ovidius a fortuna dilectum, eamque solitam ad eum ire per fenestram palatii et secum esse, ubi postea facta est porta que a fenestra illa Fenestrale nomen accepit.

Huius fabule intentum ex hystoria per Titum Livium stilo egregio enarrata sumetur.¹⁷⁷ Quam ut paucis complectar verbis, dico quod, capto Corniculano a Tarquinio Prisco Romanorum rege inter alias captivas iuvenula quedam, eo quod nobilis videretur, a Tarquinio in domum regiam deducta est. Que pregnans peperit Tullium Servilium. Quo adhuc infantulo et in cunis dormiente, descendit ab alto igniculus et capiti suo inse-

essa la donna concepì e partorì un figlio che dissero figlio di Vulcano e che chiamarono Ceculo, per la cisposità degli occhi. Egli un giorno, molestato dal rimprovero di non essere figlio di Vulcano, lo pregò di dimostrargli se fosse suo figlio. Subito dicono che Vulcano mandò un fulmine, dal quale furono bruciaci e uccisi quelli che non avevano creduto; e perciò, dai superstiti fu creduto veramente figlio di Vulcano.

Io credo che questo sia il senso della favola: che cioè Ceculo fu di vero nome Preneste e che, per la malattia degli occhi, fu chiamato Ceculo; e che fu una sola persona con Preneste figlio del re Latino, del quale si è detto più sopra; ma che, per la favilla volata nel grembo della madre incinta, fu attribuito a Vulcano; e che esso, col fuoco e con l'incendio, castigò i suoi nemici e fondò la città di Palestrina e aiutò con le sue forze Turno contro Enea.

LXXVIII. *Tullio Servilio [Servio Tullio], figlio di Vulcano, che generò le due Tullie.*

Tullio Servilio [ma: Servio Tullio] fu figlio di Vulcano, avuto da Ocesia di Cornicolo, come attesta Ovidio nei *Fasti*: «Infatti Vulcano fu il padre di Tullio e Ocesia fu la madre, la più bella delle fanciulle di Cornicoli». E poco dopo: «Sta, comandata, prigioniera sul focolare; Servio è da lei concepito. Dunque è dal cielo l'origine della stirpe» ecc. Dice inoltre Ovidio che fu amato dalla Fortuna, la quale fu solita andare da lui attraverso una finestra del palazzo e stare con lui, dove poi fu fatta la porta che, da quella finestra, prese il nome di Fenestrale.

L'intenzione di questa favola si apprenderà negli *Ab urbe condita* di Livio, narrata con egregio stile. Se devo abbracciarla con poche parole, egli scrive che, quando fu presa Cornicolo da Tarquinio Prisco, re dei Romani, tra le altre prigioniere, una giovanetta, poiché sembrava nobile, fu condotta da Tarquinio nella reggia. Ingravidata, essa partorì Tullio Servilio [cioè Servio Tullio]. Mentre era ancora fanciullo e dormiva nella culla,

3 dit, nullam inferens lesionem. Quem cum vidisset Tanaquil regina auguriorum perita, suasit viro puerum cum diligentia servandum, magnum enim futurum familie sue commodum. Hinc servatus cum strenuus evasisset, Tarquinio filiam sumpsit in coniugem, et vulnerato Tarquinio a filiis Anci Marci, et a regina ex vulnere mortuo clam servato, ea iubente, parvulis adhuc existentibus filiis Tarquinii, Servius occupavit regiam. Qua occupata et morte patefacta Tarquinii, Servius illi suffectus est rex. Cui cum due essent ex coniuge filie, illas filiis Tarquinii Prisci dedit uxores. Ipse autem cum multa bona fecisset Romanis, a Tarquinio Superbo genero suo, filie impulsu, occisus est, cum regnasset annis xliiii. Illa igitur flammula de qua supra locum dedit fabule, ut filius fingeretur Vulcani, quod ostendit Ovidius dicens: «Signa dedit genitor, tunc cum caput igne corusco Contigit, inque omnis flammeus egit apex» etc.¹⁷⁸ Quod
4 autem a fortuna dilectus fuerit monstrare successus. Hunc Plinius, in libro *Virorum illustrium*, filium dicit fuisse Publici Cornicularii et Ocreatie captive.¹⁷⁹

LXXIX. De duabus Tullii filibus Tullii Servilii.

1 Tullie due, Tito Livio autore,¹⁸⁰ filie fuere Tullii Servilii, et coniuges Arruntis et Lucii, Prisci Tarquinii filiorum. Maior quippe Tullia severi atque impatientis animi, et ad quecunque facinora proclivi, Arrunti mitissimo iuveni contigit. Iunior vero, que piissima mulier erat, Lucio acris et ambitiosi cordis iuveni data est. Ardebat Tullia maior desiderio regni, segnemque virum contumeliis infestabat, et suam damnabat fortunam
2 quod non Lucio data esset. Tandem actum est ut morerentur Arruns et iunior Tullia, quam ob rem evestigio maior convenit cum Lucio, et patiente potius quam approbante Servio, matri-

discese dall'alto una fiammella e si posò sulla sua testa, senza provocargli alcun danno. Quando ciò vide la regina Tanaquil, esperta di auguri, persuase il marito di custodire il fanciullo con diligenza, perché avrebbe portato gran vantaggio alla sua famiglia. Perciò, allevato e divenuto valoroso giovane, prese in moglie la figlia di Tarquinio Prisco; e, quando questi fu ferito a morte dai figli di Anco Marzio, e custodito nascostamente dalla regina, per suo ordine Servio occupò la reggia, quando ancora vivevano i figli del Tarquinio. Quando poi fu occupata la reggia e venne resa nota la morte di Tarquinio, Servio gli fu sostituito come successore. Egli aveva due figlie dalla moglie; e le diede spose ai figli di Tarquinio Prisco. Ma proprio lui, dopo aver reso molti benefici ai Romani, fu ucciso dal genero Tarquinio il Superbo, per istigazione della figlia, dopo aver regnato per quarantaquattro anni. La fiammella di cui si è detto, fornì materia alla favola in base alla quale Servio fu immaginato figlio di Vulcano, come mostra Ovidio dicendo: «La prova della paternità la diede il padre [Vulcano], quando la punta di una fiamma toccò il suo capo con fuoco lampeggiante ed arse sulla chioma» ecc. Che poi sia stato amato dalla fortuna, lo mostrarono i suoi successi. Plinio, nel *De viris illustribus*, dice che egli fu figlio di Publico (*ma* Tullio) di Cornicolo e di Ocreazia, sua schiava.

LXXIX. Le due Tullie, figlie di Tullio Servilio.

1 Due Tullie furono figlie di Servio Tullio, come attesta Livio, e mogli di Arrunte e Lucio, figli di Tarquinio Prisco. La maggiore Tullia era di animo rigido e intollerante e incline a qualunque scelleratezza; e toccò al più mite dei figli, Arrunte. La più giovane invece, che era donna molto pia, fu data a Lucio, giovane d'animo aspro e ambizioso. La Tullia maggiore ardeva dal desiderio del regno e molestava il marito tranquillo con offese e condannava il suo destino di non essere stata data a Lucio. Infine accadde che morirono Arrunte e la Tullia minore; e allora subito la maggiore s'accordò con Lucio e, sopportandolo Servio più che approvandolo, si unirono in matrimonio. Ma

monio iuncti sunt; cepitque illico improba mulier viri animum irritare verbis, et ad regnum stimulis impellere; ex quo factum ut die quadam curiam intraret Lucius, et pro rege sederet, et venientem Tullium pelli faceret, et inde sequi atque trucidari. Quod cum audisset Tullia, conscenso vehiculo, letabunda ad salutandum virum regem cucurrit. Rediens autem domum, cum Servii cadaver media in via prostratum videret auriga, atque subsisteret ne illud transiens vehiculo premeret, obiurgatus a Tullia, eo presso, transivit. Hec peperit Lucio filios, inter quos Sextum Tarquinium, ob cuius illatum in Lucretiam Collatini coniugem per violentiam stuprum, Lucius filiique secum in exilium acti sunt et ipsa cum eis. Que apud Gabios trucidatum Sextum audisse potuit, et vidisse virum apud Cumas Campanie tabida in senectute marcentem. Quis autem mulieri finis fuerit, non legi.

Genealogie deorum gentilium liber XII^{us} explicet.

subito la donna scellerata incominciò a istigare l'animo del marito e a spingerlo con sollecitazioni al regno. Ne derivò che un giorno Lucio entrò nella curia e vi sedette al posto del re e fece cacciare Tullio, quando vi giunse, e lo fece inseguire e uccidere. Quando Tullia lo seppe, salì sul carro e lieta corse per salutare il marito re. Ritornando a casa, il cocchiere, quando vide il cadavere di Servio steso in mezzo alla via, si fermò per non schiacciarlo, passando col carro. Ma, rimproverato da Tullia, gli passò sopra, schiacciandolo. Essa diede a Lucio dei figli, tra i quali Sesto Tarquinio, per lo stupro del quale, consumato su Lucrezia, moglie di Collatino, Lucio e i figli furono cacciati in esilio; e Tullia con loro. Essa poté sapere che Sesto fu ucciso a Gabi, e vedere il marito marcire in misera vecchiaia. Non ho letto invece che fine abbia fatta la donna.

Finisce il dodicesimo libro delle Genealogie deorum gentilium.

Genealogie deorum gentilium secundum Iohannem Boccacium de Certaldo liber XIII incipit feliciter.

In arbore precedenti, cuius in radice describitur Iuppiter tertius, ponuntur tam in ramis quam in frondibus posteritates Herculis et Eoli filiorum dicti Iouis tertii.

Prohemium.

1 Gurgitis vasti atque nimium estuosi portio longe maior cur-
suque difficilior, vero prestante Deo, post puppim relicta, cum
iam cani montium vertices oppositi litoris se tenui quadam
ostentatione in remotis ostenderent, ceperat videri michi mare
placidum et nullis fere impeditum obicibus, et undas solito la-
xiores prestare, et spe atque aviditate contingendi litoris, (in
2 quo quies promictebatur futura et ob superatos labores vectri-
ci mee laurea) ultro remis ferebar et velo. Sed ecce, dum a
Tyberis hostio lenis aura me detulisset in Euboicum salum ste-
tissentque coram Cadmeie Thebe, et, quas preterieram non
advertens, Eolie insule in mentem venissent, sensi mecum quid
supereset agendum, eum scilicet describendum monstruosarum
rerum domitorem egregium, ceteros mortales viribus
excedentem; nec non et furentis populi regem, cuius persepe
opere fere naufragus factus sum, et eorum inde numerosas sat-
tis posteritates annectere. Ex quo paululum tepuit fervor ille,
qui me avidum deferebat in litus, et substiti, et dum mecum
volverem facile non esse eos labores describere, quibus preter

Comincia felicemente il tredicesimo libro delle Genealogie deorum gentilium di Giovanni Boccaccio da Certaldo.

Nell'albero precedente, nelle cui radici è scritto il nome del terzo Giove, sono collocati nei rami e nelle foglie le discendenze di Ercole e di Eolo figli del detto terzo Giove.

Proemio.

Lasciata dietro alla poppa, coll'aiuto di Dio, la parte del mare 1
re (di gran lunga più grande e di più difficile corso), immenso e
pieno di tempeste, già si mostravano in lontananza, appena vi-
sibili, i bianchi vertici dei monti del lido opposto, e il mare co-
minciava a sembrarmi placido e quasi da nessun ostacolo im-
pedito e presentare onde più del solito tranquille; e per la spe-
ranza e la brama di toccare il lido (nel quale si prometteva fu-
turo riposo, e, per le fatiche superate, una corona d'alloro al
mio veicolo) ero portato oltre dai remi e dalla vela. Ma ecco, 2
mentre dalle foci del Tevere la leggera brezza mi aveva portato
nel mare di Eubea, e stavo ormai dirimetto alla Cadmeia Te-
be, e mi erano venute in mente le isole Eolie, che quasi distrat-
tamente avevo lasciato indietro, mi accorsi di quello che mi re-
stava da fare, cioè descrivere l'egregio domatore dei mostri che
tutti supera in forze i mortali; e, ancora, Eolo re di un popolo
furioso, ad opera del quale spesso fui naufrago; e mi restavano
da aggiungere le sue numerose discendenze. Perciò s'intepidi
un poco quel fervore che mi spingeva avido sul lido, e mi arre-
stai; e mentre andavo pensando fra me che non era facile de-
scrivere quelle fatiche, alle quali nessun uomo sarebbe bastato,

Herculem nemo suffecisset mortalium eumque regem, cuius famuli orbem videbantur posse concutere, existimavi quiescendum fore et aliquali ocio languidas iam vires in nervum revocare, ne inter egregios Alcidis sudores deficerem, aut, ubi minime vellem, debilis deferrer ab Eolo. Et sic, nondum Iovis tercii enumerata integre prole, iterum, rex inclite, steti tanquam in certum devenissem terminum. A quo iam factus robustior, surgens in residuum itineris, navicule vela concedo, orans more solito, ut Is faveat meque laboris deducat in finem, cui facillimum fuit ex nichilo cuncta componere.

I. *De Hercule, XXXVIII^o Iovis tertii filio, qui genuit XVII filios, quorum hec sunt nomina: Oxeas, Creontheades, Tyriomachus, Diicobontes, Ythoneus, Cromis, Agilis, Ylus, Sardus, Cyrus, Dyodorus, Tlipolemus, Thessalus, Aventinus, Thelephus, Lydus, Lamirus.*

I Hercules, ut scribit in *Amphytrione* Plautus,¹ filius fuit Iovis et Alcmenae. Que, ut quidam volunt, hac lege nupsit Amphytrioni, ut mortem fratris sui a Thelobois occisi ulcisceretur; in qua expeditione, ut ubi supra ait Plautus, cum versaretur Amphytrion, Iuppiter in Alcmenam ardens, Amphytrionis militantis forma sumpta ante lucem, quasi ab expeditione rediens, accessit ad eam, que cum eum virum suum crederet, cum eo concubuit, ex quo concubitu, esto ex Amphytrione pregnans esset, concepit, ad quam conceptionem nolunt nocentem unam suffecisse, quin imo aiunt, tribus in unam iunctis, lasciviendi spatium adultero Iovi concessum, quod a Lucano scribitur: «Thebais Alcmenae, qua dum frueretur, Olympi Rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse» etc.² Et sic in tempore geminos peperit, ex Amphytrione viro Yphicleum, ex Iove autem Herculem.

2 Preterea et aliam fabulam ad huius nativitatem spectantem recitat Homerus,³ quam, quia supra ubi *de Euristeo* filio Steleni scripsimus, hic reiterare superfluum esset. Hunc veteres ma-

tranne Ercole, e quel re i cui servi sembravano poter scuotere il mondo, stimai di dover riposare e con un po' d'ozio richiamare al loro nerbo le forze ormai illanguidite per non venir meno tra le famose fatiche di Ercole, o esser trascinato impotente da Eolo dove non avrei voluto. E così, non avendo ancora interamente annoverata la discendenza del terzo Giove, di nuovo, o re illustre, mi fermai, come fossi giunto ad un termine sicuro. Ma poi, reso più gagliardo, sorgendo verso il resto del viaggio, sciolgo le vele alla navicella, pregando al solito, che mi favorisca e mi conduca al fine della mia fatica Colui al quale fu facilissimo creare tutte le cose dal nulla.

I. *Ercole, trentottesimo figlio del terzo Giove, che generò diciassette figli, dei quali ecco i nomi: Oxea, Creontiade, Tiriomaco, Diicoonte, Itoneo, Cromi, Agile, Ilo, Sardo, Cirno, Diodoro, Tlepolemo, Tessalo, Aventino, Telefo, Lido, Lamiro.*

Ercole – come scrive Plauto nell'*Amphytruo* – fu figlio di Giove e di Alcmena. Costei, come alcuni vogliono, sposò Anfitrione con questo patto, che vendicasse la morte di suo fratello, ucciso dai Teloboi. Mentre Anfitrione conduceva questa spedizione contro di essi – come dice Plauto, sopra citato – Giove, invaghitosi di Alcmena, all'alba prese le sembianze di Anfitrione (che era in guerra) e si avvicinò a lei, come se ritornasse dal campo. Ella lo credette suo marito e giacque con lui. Da quel concubito, sebbene già fosse resa incinta da Anfitrione, concepì, e vogliono che a quel concepimento non sia bastata una sola notte, anzi dicono che fu concesso a Giove adultero lo spazio di folleggiare per tre notti congiunte in una, come scrive Lucano: «La tebana Alcmena: mentre la possedeva, il rettore del cielo aveva ordinato a Lucifero di essere tre volte Espero» ecc. E così, al tempo giusto, partorì due gemelli, Ificleo, dal marito Anfitrione, e Ercole, da Giove.

Inoltre un'altra favola racconta Omero, riguardante questa nascita, e sarebbe superfluo ripeterla, poiché ne abbiamo scritto sopra nel capitolo di Euristeo, figlio di Stenelo. Gli antichi

ximis extollunt laudibus, et eum quantum ad corporis staturam maximum ferunt, adeo ut nolint eius altitudinem superasse ququam, et eam septem fuisse pedum, quod Solinus probare videtur ubi dicit: «Licet ergo plerique diffiniant nullum posse excedere longitudinem pedum septem, quod intra hunc modum Hercules fuit» etc.⁴ et cum Iunonis noverce inimicitias eum passum velint, et Euristeo regi famulatum prestitisset, robore corporeo et ingenio ceteros anteisse confirmant. Cuius labores precipuos fere omnes duodecim tantum fuisse confirmant, cum XXXI, esto non omnes equos, fuisse comperiam.

4 *Primo* quidem, dum adhuc esset infantulus et in cunis cum fratre iaceret, a Iunone odiis insecutus, dormientibus parentibus, ad eum devorandum serpentes duo missi sunt. Quibus visis, terrefactus Yphicleus ex cunis decidit et eiulatu suo parentes excitavit. Qui surgentes Herculem invenere cepisse manibus serpentes et eos occidisse. De quibus in tragedia *Herculis furentis* sic ait Seneca poeta: «Infantis etas? monstra superavit prius Quam nosse posset. Gemina cristati caput Angues ferebant ora, quos contra obvius Reptavit infans igneos serpentium Oculos remisso pectore ac placido intuens; Artos serenis vultibus nodos tulit Et tumida tenera guttura elidens manu» etc.⁵

5 *Secundo*: apud Lernam paludem cum ydra immani monstro certamen habuit, cui cum essent capita septem, et, uno exciso, septem illi renascerentur illico, exquisita vitalium origine illam consumpsit. De qua sic Seneca tragedus ubi supra: «Quid? Seva Lerne monstra, numerosum malum, Non igne demum vicit et docuit mori?» etc.⁶

6 *Tertio*: cum Nemeus leo esset toti regioni terribilis susceptus a Molorco pastore, qui loco proximus erat ubi leo, adversus eum animosus accessit, et captum atque enectum excoriavit et,

esaltano Ercole con lodi grandissime e dicono che per statura fu altissimo, al punto che vogliono nessuno lo superasse; e che fu di sette piedi, ciò che sembra confermare Solino dove scrive: «Sebbene dunque i più sostengano che non si può superare l'altezza di sette piedi, perché di questa misura fu la statura di Ercole» ecc. Vogliono che abbia sopportato l'inimicizia della matrigna Giunone, e confermano che prestò servigi al re Euristeo, e che superò tutti gli altri per forza fisica e ingegno. Le principali sue fatiche quasi tutti affermano che furono soltanto dodici, mentre io trovo che furono trentuno, sebbene non tutte eguali.

4 *La prima*. Quando era ancora fanciullo e giaceva in culla col fratello, inseguito dall'odio di Giunone, mentre i genitori dormivano, furono messi nella culla due serpenti per divorarlo. Quando li vide, Ificleo cadde dalla culla e coi suoi lamenti svegliò i genitori. Alzandosi essi videro che Ercole aveva preso nelle mani i serpenti e li aveva uccisi. Di essi il poeta Seneca così scrive nell'*Hercules furens*: «(Forse che fu libera) la sua infanzia?, prima di poterli conoscere, vinse i mostri. Due serpenti con le creste sul capo muovevano i loro musi contro di lui: Ercole neonato andava carponi contro loro, guardava, abbassando lo sguardo calmo, gli occhi di fuoco dei serpenti; con viso sereno prese i serpenti strettamente annodati e con la mano ancora tenera li strozzò alla gola rigonfia» ecc.

5 *Seconda fatica*. Fece lotta presso la palude di Lerna con l'idra, mostro crudele, che aveva sette teste; e, quando una era troncata, sette subito rispuntavano. Ma Ercole, trovata la radice di quella vitalità, la vinse. E così su di essa il tragico Seneca sopra citato: «E che? Il crudele mostro di Lerna, malanno infinito, non vinse poi col fuoco e lo fece morire?» ecc.

6 *Terza fatica*. Il leone Nemeo, terribile a tutta la regione. Ercole, accolto dal pastore Molorco, che era vicino al luogo dove si trovava il leone, coraggioso lo affrontò; e, dopo averlo preso ed ucciso, ne tolse la pelle, e sempre la usò, come insegna del

ob virtutis insigne, loco pallii, corio eius postea semper usus est; unde Ovidius: «His elisa iacet moles Nemea lacertis» etc.⁷

- 7 *Quarto*: adversus Theumesium leonem, nulla ex parte minus horribilem Nemeo, audaci processit pectore, prostratumque iugulavit. Cuius facti in *Thebaide* meminit Statius, dicens: «Illius in speciem, quem per theumesia Tempe Amphytrionides fractum iuvenilibus armis Ante Cleonei vestitur prelia monstri» etc.⁸
- 8 *Quinto*: autem aprum Menalium cuncta vastantem cepit. Ex quo Seneca ubi supra: «Solitumque densis hispidum Erimanti iugis Arcadia, quater nemora Menalium suem» etc.⁹ Et, ut dicit Lactantius,¹⁰ hunc aprum vivum detulit Euristeo.
- 9 *Sexto*: cervam eneos habentem pedes et aurea cornua, Menali nemoris hospitam, quam nemo poterat cursu contingere, ipse cursu superavit atque cepit. De qua sic Seneca ubi supra: «Menali pernix fera, Multo decorum preferens auro caput Deprensa cursu» etc.¹¹
- 10 *Septimo*: arcu Stynphalidas occidit aves, Arpyas scilicet, de quibus sic idem Seneca: «Solitasque pennis condere obductis diem Petiit ab ipsis nubibus Stynphalidas» etc.¹²
- 11 *Octavo*: taurum, quem victor Theseus a Creta detulerat et ob insolentiam Atticam regionem vastabat, deprehendit. De quo tauro supra ubi De Pasiphe.¹³ Cuius mentionem ubi supra Seneca faciens, dicit: «Taurumque centum non levem populis metum» etc.¹⁴
- 12 *Nono*: Acheloum superavit, cuius facti fabula ubi supra de Acheloo.¹⁵ De quo Ovidius: «Vosne, manus, validi pressistis cornua tauri?» etc.¹⁶

suo valore, in luogo del mantello. Da qui Ovidio: «Da queste braccia giace abbattuta la mole del leone Nemeo» ecc.

Quarta fatica. Contro il leone Teumesio, per nulla meno 7
rendo del Nemeo, avanzò con cuore audace e lo strozzò, dopo averlo abbattuto. Di questa impresa fa ricordo Stazio nella *Thebais*: «Simile a quello (leone) che ancor giovane Ercole uccise, nelle valli del Teumesio e della cui pelle si vesti, prima della lotta con il mostro Cleoneo» ecc.

Quinta fatica. Catturò il cinghiale Menalio, che tutto deva- 8
stava. Da ciò Seneca citato: «[Perché ricordare] il cinghiale Menalio, solito a scuotere irsuto, nei folti gioghi di Erimanto, i boschi di Arcadia?» ecc. E, come dice Lattanzio, questo cinghiale, Ercole lo portò vivo ad Euristeo.

Sesta fatica. Vinse nella corsa e catturò la cerva che abitava il 9
bosco Menalio, coi piedi di rame e le corna d'oro, che nessuno poteva vincere nella corsa. Di essa così Seneca nel passo citato: «La veloce cerva del Menalo che mostrava il capo adorno di molto oro, fu presa in corsa» ecc.

Settima fatica. Con l'arco uccise gli uccelli Stinfalidi, cioè le 10
Arpie, delle quali lo stesso Seneca: «Assalì gli uccelli Stinfalidi che, dall'alto delle nubi, eran soliti oscurare il giorno con le ali stese sopra di esso» ecc.

Octava fatica. Catturò il toro (che Teseo aveva portato vitto- 11
rioso da Creta) che devastava, con la sua violenza, la regione dell'Attica. Di questo toro ho detto sopra nel capitolo su Pasiphe. Di esso è ricordo in Seneca, che dice: «Il toro, grosso spavento a cento città» ecc.

Nona fatica. Vinse Acheloo nella vicenda di cui ho scritto 12
nel capitolo su di lui. Del quale scrive Ovidio: «Voi, o mie mani, piegaste a terra le corna del toro possente?» ecc.

- 13 *Decimo*: Diomedem regem Tracie, cui mos erat hospites suos occidere et iumentis suis in cibum apponere, ipse superavit et occidit, et eisdem iumentis manducandum apposuit; unde idem Seneca: «Quid stabula memorem diri Bistonii regis?» etc.¹⁷
- 14 *Undecimo*: cum Busiris rex, Neptuni et Libye filius, oras omnes Nylo adiacentes predator ingens infestaret, et forenses hospites suis mactaret diis, accedens Hercules, eo superato, illam regionem pacatam reddidit, unde Ovidius: «Ergo ego fedantem peregrino templa cruore Busirim domui» etc.¹⁸
- 15 *Duodecimo*: Libyam petiit et Antheum Terre filium lucta superavit apud Summittum Affrice civitatem, ut dicit Lactantius.¹⁹ De quo Ovidius idem dicit: «Sevoque alimenta parentis Antheo eripui» etc.²⁰ Huius fabulam scripsisse memini ubi de Antheo ipso.²¹
- 16 *Tertio decimo*: columnas in occidente posuit, de quibus Pomponius Mela in *Cosmographia* ait: «Deinde est mons prealtus, quem ex adverso Hispania attollit obiectus, hunc Abilam, illum Calpim vocant, Columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, atque nunc inundat admissum» etc.²² Nec hoc etiam Seneca tacuit ubi supra, dicens: «Utrumque montes solvit abrupto obice Et iam ruenti fecit Oceano viam» etc.²³
- 17 *Quartodecimo*: aurea mala sustulit puellis Hesperii, dracone pervigili interempto. Ex quo sic ait Seneca: «Post hec adortus nemoris opulenti domos Aurifera vigilis spolia serpentis tulit» etc.²⁴
- 18 *Quintodecimo*: adversus Gerionem trianimem bellum habuit, eoque superato atque interempto, hispanum atque egregium pecus in Greciam usque maxima cum pompa deduxit, unde Seneca: «Inter remotos gentis Hesperie greges Pastor tri-

Decima fatica. Vinse ed uccise Diomede, re di Tracia, che soleva uccidere i suoi ospiti e darli in pasto ai suoi cavalli; e proprio a loro lo diede a mangiare. Onde lo stesso Seneca: «Perché ricordare le stalle del crudele re di Tracia?» ecc.

Undicesima fatica. Poiché il re Busiride, figlio di Nettuno e di Libia, gran predone, infestava tutte le regioni vicino al Nilo, e sacrificava ai suoi dei gli ospiti stranieri, Ercole ivi arrivando, lo vinse e rese pacifica quella regione, onde Ovidio: «Io dunque domai Busiride, che insozzava i templi di sangue straniero» ecc.

Dodicesima fatica. Raggiunse la Libia e vinse nella lotta Anteo figlio della Terra, presso Simita, città africana, come dice Lattanzio. Di lui lo stesso Ovidio: «Al crudele Anteo strappai l'energia comunicatagli dalla madre» ecc. Ricordo di aver scritto questa favola nel capitolo su Anteo.

Tredicesima fatica. Eresse le colonne in occidente, sulle quali Pomponio Mela nella *Chorographia* dice: «Ci sono poi un monte altissimo, e un altro, posti dirimpetto nella Spagna. Questo chiamano Abila, e quello Calpe; l'uno e l'altro chiamano Colonne d'Ercole. La fama del nome aggiunge la favola che Ercole stesso divise i monti uniti un tempo in catena continua e che così l'Oceano, prima escluso dalla mole dei monti, ora vi entra penetrando» ecc. Né di ciò tacque Seneca dicendo: «Ruppe in due i monti, infrangendo i baluardi e diede larga via all'oceano impetuoso» ecc.

Quattordicesima fatica. Portò via le mele d'oro alle fanciulle Esperidi, dopo aver ucciso il serpente che vi faceva guardia. Di ciò Seneca: «Poscia, assalite le case del ricco giardino, portò via le aurate spoglie del vigile serpente» ecc.

Quindicesima fatica. Ebbe guerra contro il triforme Gerione; e, vintolo e ucciso, con gran pompa ne portò in Grecia il famoso armento spagnolo. Onde Seneca: «Fra le remote greg-

formis litoris Carchesii Peremptus, acta est preda ab occasu ultimo; notum Cytheron pavit Oceano pecus» etc.²⁵

- 19 *Sextodecimo*: balthem regine Amazonum Euristeo regi reportavit, ea superata. De quo idem Seneca: «Non vicit illum celibis semper tori Regina gentis vidua Thermodonthie» etc.²⁶
- 20 *Septimodecimo*: Cachum Aventini furem etiam interemit; unde Boetius ubi *de Consolatione*: «Cachus Evandri satiavit iras».²⁷
- 21 *Octavodecimo*: Centauros insolentes volentesque Hippodamiam nuptiarum die surripere Perithoo, Hercules acri bello superavit. Ex quo Ovidius: «Nec michi Centauri potuere resistere» etc.²⁸
- 22 *Nonodecimo*: Nessum centaurum sibi sub specie obsequii Deyaniram coniugem surripere conantem occidit, ut patet latius supra ubi de Nesso.²⁹
- 23 *Vigesimo*: Albionem et Borgionem iter impediens suum, haud longe ab hostio Rodani, a Iove lapideo adiutus ymbre, superavit, ut in *Cosmographya* testatur Pomponius.³⁰
- 24 *Vigesimoprimo*: Hesyonom Laomedontis filiam liberavit a monstro marino ut supra patet ubi de Laomedonte.³¹
- 25 *Vigesimo secundo*: Troiam delevit ut ubi de Laomedonte plenius.
- 26 *Vigesimo tertio*: Lacinium latronem, extremam Ytalie oram latrocinii infestantem, occidit Iunonique templum constituit, quod Iunonis Lacinie appellavit.

ge della gente dell'Esperia fu ucciso il pastore triforme del lido Tartesio (Gerione); la preda fu trascinata fin dall'estremo occidentale, e la mandria, nota all'oceano, pascolò sul Citerone» ecc.

Sedicesima fatica. Vinta la regina delle Amazzoni, ne portò il balteo ad Euristeo. Di ciò lo stesso Seneca: «Non lo vinse, sempre casta nel suo letto, la nubile regina della regione del fiume Termodonte (cioè delle Amazzoni)».

Diciasettesima fatica. Uccise il ladro dell'Aventino, Caco, onde Boezio nel *De consolatione* «[Con l'uccisione di] Caco saziò l'ira di Evandro».

Decimaottava fatica. Ercole vinse con aspra guerra i Centauri arroganti che volevano rapire Ippodamia a Piritoo nel giorno delle nozze. Di ciò Ovidio: «Né a me poterono resistere i Centauri» ecc.

Decimanona fatica. Uccise il centauro Nesso che tentava di rapirgli la moglie Deianira, fingendo di rendergli un servizio, come risulta ampiamente sopra nel capitolo su Nesso.

Ventesima fatica. Vinse, non lontana dalla foce del Rodano, come attesta Pomponio nella *Chorographia*, aiutato da una pioggia di pietre, mandata da Giove, Alebione e Doricnone, che impedivano il suo passaggio.

Ventunesima fatica. Liberò Esiona, figlia di Laomedonte, dal mostro marino, come appare sopra nel capitolo su Laomedonte.

Ventiduesima fatica. Distrusse Troia, come più ampiamente si è detto nel capitolo su Laomedonte.

Ventitreesima fatica. Uccise il predone Lacinio, che infestava con delitti l'estrema regione dell'Italia e fondò un tempio a Giunone, che intitolò Giunone Lacinia.

- 27 *Vigesimo quarto*: ut Homerus testatur in *Yliade*, Iunonem in papilla telo trisulco vulneravit.³² Quod fecisse dicit Leontius, eo quod ab Euristeo rege audisset eam sibi laborum omnium causam fore.
- 28 *Vigesimo quinto*: celum humeris toleravit. Cuius causam fuisse dicit Anselmus, ubi *De ymagine mundi*,³³ quod, cum Gigantes deos impugnarent diique omnes in unam celi partem convenissent, tantum ponderis ingesserunt ut celum videretur minari ruinam; quod ne caderet, Hercules una cum Atlante supposuit humeros. Vulgatiore tamen fabula est, fesso Atlante atque optanti humerum mutare Herculem interim humerum supposuisse suum; unde Ovidius eum queritantiem describens, dicit: «Hac celum cervice tuli» etc.³⁴
- 29 *Vigesimo sexto*: Hercules descendit ad inferos, et ibi, ut in *Yliade* dicit Homerus, Ditem vulneravit.³⁵
- 30 *Vigesimo septimo*: Theseum pavitantem, Perithoo mortuo, liberavit ab inferis et eduxit ad superos.
- 31 *Vigesimo octavo*: Alchistam Admeti regis Thessalie coniugem retraxit ad virum. Dicunt enim quod, cum infirmaret Admetus implorassetque Apollinis auxilium, sibi ab Apolline dictum est eum mortem evadere non posse, nisi illam aliquis ex affinibus atque necessariis suis subiret. Quod cum audisset Alchista coniunx non dubitavit vitam suam pro salute viri concedere. Et sic, ea mortua, Admetus liberatus est, qui plurimum uxori compatiens Herculem oravit ut ad inferos vadens illius animam revocaret ad superos, quod et factum est.
- 32 *Vigesimo nono*: Cerberum tricipitem, introitum illi negantem, barba cepit atque deiecit, eumque triplici catena ligavit et in lucem traxit, ut patet ubi de eo supra scriptum est.³⁶

Ventiquattresima fatica. Ferì Giunone su una mammella con un dardo a tre punte, come attesta Omero nell'*Ilias*. Dice Leonzio che fece ciò, perché aveva sentito dire da Euristeo che essa sarebbe stata la causa di tutte le sue fatiche.

Venticinquesima fatica. Sostenne il cielo sulle spalle. La causa fu, come scrive Anselmo [ma: Onorio] nella *Imago mundi* che, quando i Giganti assalirono gli dei, e tutti questi eran convenuti in una sola parte del cielo, vi portarono tanto peso, che esso sembrava minacciare rovina; e, perché non cadesse, Ercole, insieme con Atlante, se lo pose sulle spalle. Ma la favola più diffusa è che ad Atlante stanco, che desiderava cambiare la spalla, Ercole nel cambio sopportò il cielo con la sua; onde Ovidio, descrivendolo mentre cerca di eseguire l'operazione, dice: «Con questo collo ho sorretto il cielo» ecc.

Ventiseiesima fatica. Ercole discese agli inferi e vi ferì Dite, come scrive Omero nell'*Ilias*.

Ventisettesima fatica. Liberò dagli inferi e portò sulla terra Teseo, tremante di paura per la morte di Piritoo.

Ventottesima fatica. Riportò al marito, Admeto re di Tessaglia, la moglie Alcesti. Dicono infatti che, essendosi ammalato Admeto, chiese aiuto ad Apollo, il quale gli disse che non poteva sfuggire alla morte, se uno dei suoi parenti o familiari non moriva per lui. Lo sentì Alcesti e non esitò a offrire la sua vita per la salvezza del marito. E così, quando essa morì, Admeto fu liberato; ma, pieno di compassione per la sorte della moglie, pregò Ercole di andare all'inferno per richiamare l'anima di lei in terra. E ciò fu fatto.

Ventinovesima fatica. Afferrò per la barba Cerbero dalle tre teste, che gli impediva l'ingresso (all'inferno) e lo legò con una triplice catena e lo portò alla luce, come sopra si è scritto di lui.

33 *Trigesimo*: ab inferis rediens Lycum Thebarum regem, eo quod Megere coniugi vim voluisset inferre, interemit, ut in tragedia *Herculis furentis* dicit Seneca.³⁷ Sic et in furiam versus filios occidit et coniugem, Olympiaca insuper certamina ipse constituit in honorem Pelopis.

34 Postremo, ut in finem eius aliquando veniamus, *trigesimum primum* superasse laborem non potuit; nam cum cetera superasset monstra, amoris muliebri succubuit. Dicit enim Servius³⁸ quod, cum Euritus rex Etholie ei spoondisset in coniugem Yolem filiam, dissuasione filii, eo quod Megeram occidisset, petenti denegavit. Quam ob rem, capta civitate et Eurito occiso, Yolem obtinuit. Huius enim amore ardens, ea iubente, leonis spoliū et clavam deposuit, sertis et unguentis et purpura anulusque usus est. Et quod turpius, inter pedissequas amate iuvenis sedens, penso suscepto, nevit. Unde in *Thebaide* dicit Staius: «Sic Lydia coniunx Amphytrionidem exutum horrentia terga Pendere sydonios humeris ridebat amictus Et turbare colus et timpana rumpere dextra» etc.³⁹ Verum tamen Ovidius in maiori volumine⁴⁰ et hic Staius non Yolem etholam, sed Onphalem lydiam fuisse, que illum colo nere iusserit.⁴¹ Sane possibile est utrumque verum, cum multi fuerint Hercules, et sic variis apud varias mulieres varie potuit contigisse. Dum autem tam illecebrī teneretur amore, memor Deyanira muneris sibi a Nesso centauro olim concessi, verum credens quod ille firmaverat moriens, Herculem in sui concupiscentiam revocare volens, misit illi clam centauri vestem, quam cum non advertens induisset et circa venationem laboraret, sudore resolutus sanguis venenatus per poros ampliatos calore in precordia lapsus est, eumque in dolore adeo intolerabilem accendit, ut moti deliberaret, et constructo in Oeta monte rogo, sagittis et pharetra concessis Phyloteti Phyanis filio, in eum conscendit in-
36 cendique iussit, et sic fessam animam exalavit. Hunc Seneca in tragedia *Herculis Oethei* in celum, a Iove susceptum dicit, ei-

Trentesima fatica. Tornando dall'inferno, uccise Lico, re di Tebe, perché aveva tentato di far violenza a sua moglie Megara, come nell'*Hercules furens* scrive Seneca. Furioso, ne uccise i figli e la moglie, e inoltre istituì i giochi olimpici, in onore di Pelope.

Alla fine, affinché veniamo una buona volta alla sua morte, 34 non poté superare la *Trentunesima fatica*; poiché, dopo aver vinto gli altri mostri, soccombette all'amore della donna. Dice infatti Servio che Eurito, re di Etolia, dopo avergli promessa in moglie la figlia Iole, dissuasione dal figlio, perché Ercole aveva ucciso Megara, quando la chiese, gliela negò. Perciò presa la città ed ucciso Eurito, Ercole ebbe Iole. Ma, ardendo di amore per lei, per suo comando, depose la spoglia del leone e la clava e si coronò di ghirlande e si unse di profumi e indossò la porpora e infilò gli anelli. E, ciò che è più vergognoso, sedendo fra le ancelle della giovane amata, prese la conocchia e si mise a filare. Onde scrive Stazio nella *Thebais*: «Così la sposa Lidia rideva 35 del figlio di Anfitrione, allorché, spoglio dell'orribile pelle gli pendevano dalle spalle vesti di porpora e scompigliava le conocchie e con la mano rompeva i cembali» ecc. Ma Ovidio, nelle *Metamorphoses*, e qui Stazio, affermano che non fu la Iole tebana, ma Onfale Lidia, quella che gli ordinò di filare con la conocchia. Ma è possibile che entrambe le notizie siano vere, poiché molti furono gli Ercoli; e così a diversi poté succedere con donne diverse. Mentre poi era occupato da questo amore disonesto, Deianira, ricordandosi del dono concessole dal centauro Nesso, e credendo vero ciò che egli morendo le aveva detto, volle richiamare Ercole al suo amore e gli mandò di nascosto la veste del Centauro. Ercole la indossò, senza farvi attenzione, e, andato a caccia, quando il sudore, sciolto il sangue avvelenato, penetrò attraverso i pori della pelle allargati, e giunse nei precordi, lo infiammò di dolore tanto insopportabile, che lo fece decidere di morire; e, costruito sul monte Oeta un rogo, cedute in dono le frecce e la faretra a Filotete, figlio di Peante, salì sul rogo e ordinò di appiccare il fuoco e così esalò «lo spirito lasso». Seneca nella tragedia *Hercules Oeteus* 36

que Iunoni noverce conciliato desponsatam Hebem iuventutis deam et Iunonis filiam asserit.⁴² Homerus vero in *Odyssea* dicit eum ab Ulixè apud inferos conventum et multa locutum.⁴³ Dicit tamen non eum quem videbat Ulixes Herculeum verum esse, sed eius ydolum. Hic insuper quantum vivens mortales fortitudinis sua fecit attonitos, tantum vel amplius mortuus decepit insanos. Nam tanta veneratione sui mentes invasit, ut pro excellentissimo numine haberetur. Nec sola hoc errore Grecia decepta est, sed et Rome et orbi toto venerabilis factus, templis, status et sacris illi constitutis, sanctissime, imo stultissime, divino cultu honoratus est.

37 Sed iam quid sibi fictiones velint advertendum est, et ante alia quid sonet Herculis nomen. Dicebat autem Leontius *Herculem* dici ab *era*, quod est *terra*, et *cleos*, quod est *gloria*, et sic *Hercules* idem quod *gloriosus in terra*; vel *Heracles* ab *heros* et *cleos*, et sic *gloriosus in terra*; Paulus autem dicebat *Herculem* dici ab *erix*, quod *lis*, et *cleos gloria*, et sic *gloriosus litium*. Rabanus autem in libro *De origine rerum*⁴⁴ dicit quod, cum crederent *Herculem* deum virtutis, eum dici quasi *heruncleos*, quod latine *virorum fortium famam* dicimus. Et scribit idem Rabanus a Sexto Pompeio scribi *Herculem* fuisse agricolam. Hunc tamen Greci *Heraclem* vocant, propter quod nos *Herades* non *Hercules* dicere deberemus, sed cum sic dicatur antiquata consuetudine a Latinis, videtur vicium excusari. Hoc tamen nomen *Hercules* unius tantum hominis proprium fuisse reor, eius scilicet qui Thebis ex Alcmena natus est, cum multorum appellativum fuisse credatur. Nam Varro cum xliii homines *Hercules* cognominatos numerasset, dicit⁴⁵ omnes qui fecerunt fortiter *Hercules* vocabantur; hinc igitur est quod legimus *Herculem* thyrintium, argivum, thebanum, libym et huiusmodi. Ex
38 quo sumetur non omnes prescriptos labores unius tantum fuisse homini, sed plurium, quos quoniam abusus nominum misceat, cui appropriari debeant de omnibus non habetur, nec etiam que prius seu que postea facta fuerint: et hinc uni tantum et mixtim dantur *Herculi*; nec ex tot impossibile secundum Pompeium unum fuisse agricolam, non enim solis nobili-

dice che fu accolto in cielo da Giove, il quale, dopo averlo conciliato con Giunone, gli diede in sposa Ebe, dea della giovinezza e figlia di Giunone. Omero invece nell'*Odyssea* scrive che fu incontrato da Ulisse agli inferi e parlò molto con lui. Dice però che quello che Ulisse vedeva, non era il vero Ercole, ma un suo fantasma. Questi inoltre, quanto da vivo stupì con la sua forza gli uomini, tanto, o di più, da morto ingannò gli stolti. Poiché invase le menti di una tal venerazione per lui, che fu ritenuto in conto di dio eccellentissimo. Né solo la Grecia fu ingannata da questo errore; ma, reso venerabile a Roma e a tutto il mondo, Ercole fu onorato santissimamente, anzi pazzamente, con culto divino, templi, statue e sacrifici a lui istituiti.

Ma ormai è da vedere che cosa vogliano intendere queste favole e anzitutto che cosa significhi il nome Ercole. Diceva Leonzio che Ercole si dice da *era* che è la *terra* e *cleos* che è la *gloria*; e così Ercole vale *glorioso in terra*; oppure che *Eracles* è da *heros* e *cleos* e così *eroe glorioso*. Paolo invece diceva che Ercole è detto da *erix*, cioè *lite*, e *cleos gloria*, e così *glorioso delle liti*. Rabano invece nel *De origine rerum* scrive che, credendo Ercole dio della virtù, lo dicono quasi *heruncleos*, che in latino diciamo *fama degli uomini forti*. E per lo stesso Rabano secondo Sesto Pomponio, Ercole fu agricoltore. Questo tuttavia i Greci chiamano *Heraclem*; e perciò noi dovremmo dire *Eracle*, non *Ercole*; ma, chiamandosi Ercole per uso inveterato dai Latini, pare che l'errore sia da scusare. Io però credo che questo nome Ercole sia stato di un uomo solo, cioè di quello che a Tebe nacque da Alcmena, mentre si crede sia appellativo di molti. Infatti Varrone annoverò quarantatré uomini chiamati Ercole, ma disse che così si chiamavano tutti coloro che si comportavano da forti; e di qui accade che leggiamo i nomi Ercole tirinzio, argivo, tebano, libico e simili. Da ciò si dovrà dedurre che non tutte le fatiche sopra descritte siano state di un solo uomo, ma di molti; e poiché l'abuso dei nomi li confuse, a quale tra tutti debbano essere attribuite, non si sa; né quali prima e quali poi siano accadute; e perciò si attribuiscono, mescolate, ad un solo Ercole; e fra tanti non è impossibile, secondo (Sesto) Pompeo, che uno sia stato agricoltore, poiché la natura

bus liberalis natura est, quanquam nobilium opera fortuna faciat clariora. Fuisse autem primo Yphicleum genitum, et inde alio coitu Herculem, morum et operum diversitas advenit; nam cum remissus homo esset Yphicleus, Amphitrioni datus est, et ideo primogenitus dictus, quia videretur astrologis constellatio illa, que tunc erat, dum arbitrati sunt eum gigni potuisse, conveniens moribus suis, et subsequens Herculi, et hinc Hercules secundogenitus, et quia esset iniuriarum ultor et religionum atque legum introductor Iovi datus est filius. Ego autem credo filium fuisse Amphyrionis, et eodem concubitu cum Yphicleo genitum, esto mathematicorum perspicacitas nequeat rationem aliam cernere cur gemini fuerint moribus dispares preter constellationum diversitates. Sic Esau et Iacob, sic et alii plures etiam evo nostro fuere gemini, non diversis temporibus, sed uno et eodem coitu concepti, ut arbitratur Augustinus ubi *De civitate Dei*,⁴⁶ et ipsa diversorum operum ratio, nondum satis nota est, nisi Deo, dato multa possint dici que forsander viderentur convenientia veritati.

- 39 Triplicem autem noctem conceptioni huius attributam puto ab operibus humanis sumptum; non enim adeo in brevi tempore edificia magna perficimus, sicuti pauperum domunculas faceremus, et ideo quasi sic natura circa productionem magnorum hominum, et plurimum ponat temporis et laboris, ubi in productione aliorum hominum nox una suffecisse videtur, Herculi, qui ceteros debebat excedere, tres date sunt. Eum autem Iunonem habuisse adversam ideo fictum credo, quia Euristeus rex, qui illi dominabatur, quem pro Iunone regnorum dea possumus hic sumere, eum forsander, ob eius inclitam virtutem, suspectum habens, ne aliquid novi moliretur in regno, continuus in expeditionibus semper amotum tenuit; et sic illi potestas regia adversata est. Labores Herculi ascriptos iam plurimum fuisse diximus, et sic fictiones quorundam supra enucleate sunt ubi his contingere qui ex numero talium crediti sunt. Et non nulli etiam simplicem hystoriam referunt, et ob id ex multis pauci supersunt poetico velamine tecti; ad quod auferendum venientes, dicit Theodontius in quibusdam Grecorum

non è generosa solo coi nobili, sebbene la fortuna renda più famose le opere dei nobili. La diversità dei costumi e delle opere fece inventare che primo fosse nato Ificleo e, da altro accoppiamento, Ercole; poichè, essendo Ificleo uomo fiacco, fu attribuito ad Anfitrione, e perciò detto primogenito, perchè sembrava agli astrologi conforme ai suoi costumi la costellazione sotto la quale immaginavano fosse nato; e fece immaginare che Ercole fosse a lui seguito e perciò fu detto il secondogenito; e fu attribuito alla paternità di Giove, perchè fu vendicatore delle offese, e inventore delle religioni e delle leggi. Io però credo che sia stato figlio di Anfitrione e generato dallo stesso amplesso da cui nacque Ificleo, sebbene gli acuti astrologi non sappiano vedere altro motivo perchè due gemelli siano diversi, se non la diversità delle costellazioni. Così Esaù e Giacobbe e altri molti anche al nostro tempo, e concepiti non in momenti diversi, ma da un solo congiungimento, come crede Agostino nel *De civitate Dei*; e la stessa ragione di operazioni diverse, non è ancora ben nota, se non a Dio, benchè si potrebbero dire molte cose che forse sembrerebbero conformi a verità.

Crede poi che la triplice notte attribuita al suo concepimento sia stata desunta dalle opere umane; infatti non in breve tempo completiamo la costruzione di grandi edifici, come potremmo fare per le piccole case dei poveri; e perciò, come se la natura impiegasse molto tempo e fatica per la produzione di grandi uomini, mentre per la nascita di altri sembra bastare una sola notte, tre ne furono concesse per Ercole, che doveva superare tutti gli altri. Che poi egli abbia avuto avversa Giunone, credo sia stato immaginato perchè il re Euristeo, che era il suo padrone – e che qui possiamo prendere invece di Giunone, dea dei regni – forse avendolo in sospetto per il suo inclito valore, e perchè non macchinasse qualche novità nel suo regno, lo tenne sempre lontano in continue spedizioni; e così il potere regio gli fu avverso. Abbiamo detto che le fatiche attribuite ad Ercole furono di molti; e così sono state spiegate sopra le favole di alcune di esse, quando toccarono quelli che si sono creduti nel numero di quei molti. E alcune fatiche contengono in sé anche la semplice storia; e perciò, di molte, poche ne rimango-

codicibus legisse Herculem Amphytrionis fuisse filium et non Iovis, et noctu ad cunas eius atque fratris geminos accessisse serpentes, ut existimatum est domesticos et lactis odore tractos, cuius avidi sunt inventumque a parentibus Herculem vigilantem et impavidum illos, ut poterat, manibus amoventem, quod permaximum fuit existimatum, et tanta ex hoc infantis indoles assumpta est, ut non solum crederetur eum futurum mirabilem hominem, sed etiam illum dei filium arbitrari insipidi ceperint. Ex quo sibi locum fecit fabula, eum scilicet ex Iove conceptum, quem ex viro mulier honesta conceperat.

41 Secunda Herculis gloria est ydrum septicipitem occidisse, cuius figmenti rationem recitat Albericus.⁴⁷ Dicit enim ydrum locum fuisse aquam e diversis locis evomentem, a qua civitas et circumvicinia omnia vastabantur, cuius uno clauso meatu erumpebant multi. Quod cum videret Hercules loca multa in circuitu exussit, et sic aque clausit meatus. Ego autem arbitror aliquem strenuum fuisse virum qui averterit aquas ex diversis scaturiginibus loca palustria atque fetida facientes, hoc pacto, ut exquisito earum principio, illud in partem aliam versum, paludem Lerneam siccam liquerit, quam vocavere ydrum, quia more ydre circumflecteretur et serperet, ac etiam *ydros* grece *aqua* est; et quia locus ubi ante palus siccus relictus est, ideo ydrum finxere exustam. Eusebius autem in *libro Temporum*⁴⁸ de hac ydra aliter dicit sentire Platonem, quem ait asserere Ydrum callidissimam fuisse sophystam. Nam sophystarum mos est, nisi quis advertat, adeo prepositiones suas tradere, ut uno soluto dubio multa consurgant. Sed astutus phylsophus, dimissis accessoriis, ad internicionem principalis conatur, quo 42 remoto, cetera removentur. Eum Acheloum superasse, supra ubi de Acheloo scriptum est,⁴⁹ et declaratio fictionis apposita. Similiter et Anthei fabula ubi de Antheo,⁵⁰ et de malis Hesperidum ubi de eisdem.⁵¹ Circa Gerionis figmentum, dicit Servius⁵²

no coperte dal velo poetico; e, perché veniamo a toglierlo, dice Teodonzio di aver letto in alcuni codici greci che Ercole fu figlio di Anfitrione, e non di Giove, e che di notte alla culla sua e del fratello, attratti dall'odore del latte, di cui sono avidi, si appressarono – come si è creduto – due serpenti domestici; e che fu trovato dai genitori Ercole, sveglio e per nulla impaurito, mentre con le manine allontanava, come poteva, i serpenti. Il gesto fu ritenuto grandissimo e da ciò si desunse che l'indole del fanciullo era tale da far credere, non solo che sarebbe stato un grande uomo, ma anche da far ritenere agli stolti che fosse figlio di un dio. Da ciò si fece spazio la favola che fosse stato concepito da Giove quello che una donna onesta aveva concepito dal marito.

Seconda gloria di Ercole è aver ucciso l'idra dalle sette teste; 41 e di questa favola Alberico espone la seguente ragione. Dice che l'idra fosse un luogo che spandeva acque da diverse parti; e che da essa la città e tutte le regioni vicine erano devastate; e che, se si chiudevano un canale, molti altri se ne aprivano. Ciò vide Ercole e disseccò molti luoghi nella zona; e così chiuse i passaggi all'acqua. Io invece credo che ci sia stato un uomo operoso che deviò le acque che da diverse sorgenti rendevano i luoghi paludosi e mefitici: e lo fece in modo che, dopo aver trovato la fonte delle acque, le volse verso un'altra parte; e così lasciò secca la palude di Lerna, che chiamarono *idra* perché, a modo di serpente, si piegava e serpeggiava (e anche in greco *ydros* è *acqua*); e poiché il luogo, dove prima era la palude, rimase secco, finsero che l'idra fosse stata distrutta col fuoco. Eusebio poi nel *Chronicon* dice che Platone ha opinione diversa di questa idra e gli fa affermare che l'idra fu un'ingannatrice molto avveduta. Infatti è uso dei sofisti, se non si sta attenti, proporre i loro ragionamenti in modo che, sciolto un dubbio, molti altri ne nascano. Ma il filosofo astuto, lasciando le parti accessorie, si sforza di confutare la principale; rimossa la quale, 42 anche le altre vengono rimosse. Che Ercole vinse Acheloo, è stato detto sopra nel capitolo su di lui; ed è anche stata esposta la dichiarazione della favola. Così la favola di Antheo, nel suo capitolo; e delle mele delle Esperidi, nel loro. Circa la favola di

Gerionem regem fuisse Hispanie tricripitem, seu trimembrem, sic ideo extimatum, quia tribus insulis prefuert Hispanie adiacentibus, Balearibus scilicet maiori et minori, et Ebuso. Bicripitem etiam canem habuisse dicit, volens ob hoc intelligi quia et terrestri et navali certamine plurimum potuerit. Ad quem ait Herculem olla ferrea delatum eumque superasse; per ferream ollam intelligens fortem navem et ere munitam, qua vectus Hercules accessit ad eum. Alii autem eum dixere trianimum, quod Rabanus intelligit⁵³ eum duos habuisse fratres adeo secum concordēs, ut in unoquoque eorum sua et reliquorum anime inesse viderentur. Iustinus autem de eo sic ait: «In alia parte Hispanie, que ex insulis constat regnum penes Gerionem fuit. In hac tanta pabuli letitia est, ut, nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora corrumpantur. Inde dicta armenta Gerionis, que illis temporibus sole opes habebantur, tante fame fuere, ut Herculem ex Asya prede magnitudine allexerit. Porro Gerionem ipsum non triplicis nature, ut fabulis fuisse ferunt, sed tres tante concordie exitisse, ut uno animo omnes regi viderentur, nec bellum Herculi sua sponte intulisse, sed cum armenta sua rapi vidisset, amissa bello repetisse». Hec Iustinus.⁵⁴

- 43 De Cacho Aventini fure supra ubi de eodem dictum est.⁵⁵ De leonibus duobus et Menalio apro, quoniam hystoriographa creduntur, nil dicendum superest. Et de Stynphalidis avibus, ubi de Arpyis habetur.⁵⁶ Sic et de tauro, ubi de Minoe rege.⁵⁷ Et de Diomede et Busiride et columnis hystorie sunt. Nec minus de baltheo regine Amazonidum. Et de superatis Centauris, etiam ubi de eis dictum est.⁵⁸ Et de Nesso centauro, et superatis Albione et Borgione et de Hesyona, de quibus omnibus ubi supra de eis singularis est sermo.⁵⁹ Delesse eum Troiam notissima hystoria est. Nec occidisse Lacinium sonat aliud, quam latronis interitum. Celum tolerasse humeris improprie dictum est. Ab Atlante quidem ea tempestate insigni astrologo doc-

Gerione, dice Servio che egli fu re di Spagna con tre teste o con tre corpi, ritenuto tale perché aveva regnato sulle isole Baleari, maggiore e minore, adiacenti alla Spagna, e su Ebuso (oggi Ibiza). Dice anche che Ercole aveva un cane a due teste, volendo con ciò farci intendere che fu molto potente nelle battaglie terrestri e navali. E scrive che Ercole portò a Gerione pentole di ferro e lo vinse; e intese dire che la pentola di ferro significasse una nave forte e corazzata, con la quale Ercole giunse a lui. Altri invece dissero che Gerione ebbe tre anime; e Rabano intende ciò nel senso che ebbe due fratelli, tra loro così concordī, che in ciascuno di essi sembrava ci fossero un'anima sua, e quelle degli altri due. Giustino poi scrive di lui così: «In altra parte della Spagna, che è costituita da isole, ebbe regno Gerione. In essa c'è tale abbondanza di pascoli, che, se il pasto non è interrotto con un digiuno, gli armenti sono danneggiati. Perciò i detti armenti di Gerione, che a quei tempi erano ritenuti le uniche ricchezze, ebbero tanta fama da attrarre Ercole dall'Asia per l'importanza della preda. Ma Gerione non ebbe tre nature, come dicono le favole, anzi furono (lui e i fratelli) tre persone talmente concordī, che sembravano essere tutte rette da un animo solo. Ad Ercole poi essi non portarono spontaneamente guerra; anzi, avendo visto che i loro armenti erano stati rapiti, cercarono di riaverli con la guerra». Fin qui Giustino.

Su Caco, ladro dell'Aventino si è detto sopra, nel capitolo a lui dedicato. Dei due leoni e del cinghiale Menalio, poiché si credono veramente esistiti, non resta alcunché da dire. Sugli uccelli Stinfalidi, si dice nel capitolo sulle Arpie. Così sul toro, nel capitolo su Minosse. Storia sono invece quelle di Diomede, di Busiride e delle colonne (d'Ercole); e così del balteo della regina delle Amazzoni. Anche dei Centauri vinti si è detto nel loro capitolo. Sul centauro Nesso e su Alebione e Doricnone vinti, e su Esiona, si vedano i singoli capitoli ad essi dedicati. Che Ercole abbia distrutto Troia, è storia notissima. Aver ucciso Lacinio nient'altro suona che uccisione di un ladro. Impropiamente fu detto che abbia sorretto il cielo sulle spalle. Può ben essere che, essendo stato istruito da Atlante, in quel tempo famoso astrologo, o che questi volesse riposarsi o che morisse,

tus, eo seu volente quiescere, seu moriente, ipse locum eius tenuit et laborem in docendo supercelestium corporum cursus subintravit. Vulnerasse trisulco telo Iunonem, sapientis describit opus. Nam divitias et sublimes potestates prudens despicit et vilipendit triplici ratione. Sunt enim temporalia in regendo anxia, in servando suspicionibus et curis plena, et statu dubia
 45
 46
 47
 idem sonat quod de Iunone dictum, cum divitiarum deus sit Dites, qui totiens vulneratur, quotiens despiciuntur divitie, ut non nullos fecisse phylosophos legimus, eo quod illas studiorum arbitrarentur hostes. Theseum vero liberasse hystoria potius est quam fictio. De Alchista ad Admetum ab inferis revocata dicit Fulgentius⁶⁰ quod, cum Alchiste pater volenti eam in coniugem hanc legem apposuisset, ut duas dispare bestias apponeret curru, Admetus Apollinis et Herculis munere leonem iunxit et aprum, et sic accepit Alchistam. Dicit ergo Admetum in modum mentis positum, et eum *Admetum* dictum, quasi *quem adire poterit metus*; hic Alchistam in coniugem desiderat. *Alce* autem lingua attica *presumptio* dicitur; ergo mens presumptionem sperans sibi coniungi, duas feras suo curru iungit, id est sue vite duas virtutes adsciscit, animi et corporis, leonem ut virtutem animi, aprum ut virtutem corporis. Denique et Apollinem et Herculem sibi propitiat, id est sapientiam et virtutem. Ergo presumptio semetipsam ad mortem pro anima obicit, ut Alchista. Quam presumptionem, quamvis in periculo mortis deficientem, virtus ab inferis revocat, ut Hercules fecit.

48 Ego autem aliter sentio. Admetus anima rationalis est, cui tunc Alchista, id est virtus, nam *alce* grece, latine *virtus*, iungitur, dum a leone et apro, id est ab appetitu irascibili et concupiscibili currus eius, id est vita que circuituibus consumitur, trahitur, id est agitur. Virtus enim non ob aliud iungitur, nisi ut ab ea passiones frenentur, et sic pro salute anime adversus passiones virtus se ipsam opponit, que, si aliquando fragilitate

egli ne abbia preso il posto e gli sia subentrato nel compito di insegnare il corso dei corpi celesti. Che abbia ferito Giunone 45 con un dardo a tre punte, è descrizione dell'opera del sapiente. Infatti il saggio disprezza le ricchezze degli altri poteri; e li disprezza per tre motivi. Le cose temporali, nel governarle, procurano ansie; nel conservarle, sospetti e sollecitudini; e sono di condizione dubbia e fragile; e così Giunone è ferita da un dardo a tre punte. Il fatto poi che Ercole sia sceso agli inferi e abbia ferito Dite, ha lo stesso significato che fu detto di Giunone, 46 poiché Dite è il dio delle ricchezze, che è vulnerato tante volte quante le ricchezze sono disprezzate: come leggiamo aver fatto alcuni filosofi, perché le stimavano nemiche degli studi. Che Ercole abbia liberato Teseo, è storia più che favola. Di Alcesti, 47 richiamata ad Admeto dall'inferno, dice Fulgenzio che, avendo il padre di Alcesti messo come condizione, a chi la volesse in moglie, che aggiogasse al cocchio due animali diversi, Admeto, per dono di Apollo e di Ercole, congiunse un leone e un cinghiale; e così prese Alcesti. Dice dunque Fulgenzio che Admeto è posto in modo di mente e che è detto *Admeto*, come colui che il *metus*, cioè la paura, possa *assalire*. Questi desidera Alcesti in moglie. *Alce* poi in greco significa *gagliardia*. E dunque la mente, sperando di congiungersi con la forza, aggioga due bestie al suo carro, cioè attribuisce alla sua vita due virtù, dell'anima e del corpo, il leone come virtù dell'anima, e il cinghiale come virtù del corpo. Infine si propizia il favore di Apollo e di Ercole, cioè la sapienza e il valore. Dunque la forza offre se stessa alla morte a favore dell'anima, come fece Alcesti. Ma la virtù richiama dagli inferi – come fece Ercole – la forza, benché stia per venir meno, in pericolo di morte.

Io però ho opinione diversa. Admeto è l'anima razionale alla 48 quale si unisce Alcesti, cioè la virtù (poiché *alce* in greco è *virtù* in latino) finché dal leone e dal cinghiale, cioè dall'appetito irascibile e concupiscibile, il suo carro – ossia la vita che si lascia prendere dalle seduzioni – è tirato e spinto. La virtù infatti non si congiunge all'anima, se non perché da essa siano frenate le passioni; e così la virtù per la salute dell'anima oppone se stes-

nostra succumbit, a revocata fortitudine relevatur. De Cerbero ad superos tracto, supra ubi de Perithoo satis dictum est.⁶¹ Lycum regem ab eo occisum cum reliquis ad hystoriam tendunt. Herculem autem mortuum constat, ut scribit Eusebius,⁶² anno regni Atrei et Thyestis sexagesimo tertio, eo quod in morbum pestilentem incidisset, et ob remedium dolorum se icisset in flammis. Et hic thebanus fuit Hercules Amphytionis filius. Morte autem functus est anno etatis sue lii, anno vero mundi miii iiii. Eum in celum transportatum dicunt, eo quod inderit alias celestes ymagines descriptus sit ab astrologis, quia et ipse fuit astrologus. Iuventutem autem sumpsisse in coniugem, ideo fictum est quia quantumcunque pereat corpus, viri egregii fama nomenque eius iungitur perpetue iuventuti. Iunoni autem conciliatus ideo dicitur quia qui hominem exiit, nec a concupiscentia regnorum, nec ab imperante aliquo mortali amplius vexari potest.

II. De Oxea, Creonhiade, Tyriomaco et Diicohonte filiis Herculis.

I Oxeas, Creonhiades, Tyriomachus et Diicohontes filii fuerunt Herculis ex Megera filia Creontis Thebani. Ex quibus tres, Creonhiadem, Tyriomacum et Diicohonta Homerus in *Odyssea* filios Herculis ex Megera fuisse dicit,⁶³ et occisos ab eo in reditu ab inferis post occisum Lycum. Seneca autem poeta in tragedia *Herculis furentis* duos nominat, Oxeam et Creonhiadem, et eos ab Hercule redeunte interemptos dicit,⁶⁴ et ideo ego quattuor posui, de quibus nil aliud comperisse memini.

III. De Ythoneo, Herculis filio.

I Ythoneus, ut placet Lactantio,⁶⁵ filius fuit Herculis ex Paphia. Ex quo Statius, qui illum in bello thebano fuisse dicit Ethyocli, sic ait: «Ducit Ythoneos et Alalcomenea Minerve Ag-

sa alle passioni; e se talora per la nostra fragilità soccombe, è risollezata dalla richiamata fortezza. Di Cerbero, riportato dall'inferno in terra, si è detto sopra nel capitolo su Piritoo. Appartiene alla storia l'uccisione del re Lico con gli altri. Consta che Ercole – come scrive Eusebio – morì nel sessantatreesimo anno di regno di Atreo e Tieste, perché era caduto in una malattia mortale e per rimedio ai dolori si era gettato nel fuoco. E questo fu l'Ercole tebano, figlio di Anfitrione. Morì a cinquantadue anni, nell'anno del mondo 4004. Dicono che fu portato in cielo, perché gli astrologi (ed egli stesso fu astrologo) lo descrivono tra le altre costellazioni. Che abbia poi preso in moglie Ebe, cioè la gioventù, fu immaginato perché, quantunque il corpo di un uomo famoso perisca, la fama e il suo nome si uniscono ad una perpetua gioventù. Si dice infine che si riconciliò con Giunone, perché chi è spogliato dell'umano, non può più essere turbato né da concupiscenza di regno né da qualche uomo che comandi.

II. Oxea, Creontiade, Tiriomaco e Diicoonte, figli di Ercole.

Oxea, Creontiade, Tiriomaco e Diicoonte furono figli di Ercole da Megara, figlia di Creonte tebano. Di questi dice Omero nell'*Odyssea* che Creontiade, Tiriomaco e Diicoonte furono figli di Ercole da Megara e che furono uccisi da lui, che ritornava dagli inferi, dopo l'uccisione di Lico. Seneca poeta invece nell'*Hercules furens* ne nomina due, Oxea e Creontiade, e dice che furono uccisi da Ercole, durante il suo ritorno dagli inferi; e perciò io ne ho indicati quattro; ma di essi null'altro ricordo di aver trovato.

III. Itoneo, figlio di Ercole.

I Itoneo – come pare a Lattanzio – fu figlio di Ercole da Pafia. Di lui Stazio dice che favorì Eteocle nella guerra tebana, e così scrive: «Conduce i guerrieri di Itone e quelli di Alalcomene,

mina» etc.⁶⁶ Et alibi, Ythoneos (ut ipse supra): «Aonia devertis Ythone». Ythone autem civitas est Boetie in qua hic regnavit. Alibi autem dicit Lactantius⁶⁷ quod Staius hic: «Ythone Minervam cognominat ab oppido, quod in Macedonia est, ubi antiqua eius sedes est».

IV. De Cromi, Herculis filio.

¹ Cromis Herculis filius fuit, ut Lactantius testatur,⁶⁸ dicens: «Constat Cromim Herculis fuisse filium, et equos habuisse traces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnis vesci consuetos». Verum Staius huius rei assertor antiquior dicit: «It Cromis Yppodamusque, alter satus Hercule magno» etc.,⁶⁹ scilicet Cromis. Et paulo infra: «Mox Cromis Yppodamum mete interioris ad orbem Viribus herculeis et toto robore patris» Hic cum Adraсто rege accessit in bellum thebanum.

V. De Agile, Herculis filio.

¹ Agilis, ut placere videtur Lactantio,⁷⁰ filius fuit Herculis, cum dicat Thyrintiam pubem intelligi debere eos, qui cum Agile Herculis filio in bello fuere thebano.

VI. De Ylo, Herculis filio.

¹ Ylus Hercules et Deyanire fuit filius, ut testari videtur Seneca poeta, in tragedia *Herculis Oethei*, eidem loquente Deyanira: «Si vera pietas, Yle, querenda est tibi, iam perime matrem»⁷¹ etc. Et paulo post: «Herculem eripui tibi» etc. Et post hec infra: «Natus Alcide, times [?]

consacrati a Minerva» ecc. E altrove: (come sopra lo stesso) «ritorni dalla Aonia Itone». Itone poi è città della Beozia, nella quale Itoneo regnò. Altrove dice Lattanzio ciò che qui dice Stazio: «chiama Itone per Minerva, da una città che è in Macedonia, dove è l'antica sede di Itoneo».

IV. Cromi, figlio di Ercole.

Cromi fu figlio di Ercole, come attesta Lattanzio dicendo: ¹ «Consta che Cromi fu figlio di Ercole e che ebbe cavalli di Tracia, che Ercole aveva condotto via da Diomede, dopo averlo ucciso, avvezzi a pascersi di carni umane». Ma Stazio, più antico testimone di questa favola, dice: ² «S'avanzano Cromo e Ippodamo: uno nato dal grande Ercole»: cioè Cromi. E poco dopo: «Tosto Cromi sopraggiunge e, girando intorno alla meta, dalla parte più interna, con forza degna di Ercole, (aggancia) Ippodamo; e con tutto il vigore del padre» ecc. Questi, col re Adraсто, andò alla guerra tebana.

V. Agile, figlio di Ercole.

Lattanzio sembra ritenere che Agile fu figlio di Ercole, dicendo che la gioventù Tirinzia va intesa come costituita da coloro che, con Agile, figlio di Ercole, furon nella guerra tebana. ¹

VI. Illo, figlio di Ercole.

Illo fu figlio di Ercole e Deianira, come sembra attestare il poeta Seneca nell'*Hercules Oeteus*, dove a lui così parla Deianira: «Se vuoi cercare la vera pietà, o Illo, uccidi ormai la madre» ecc. E poco dopo: «Ti ho rapito Ercole»; e poco più sotto: «Tu, figlio di Alcide, hai timore?» ecc. Questi, con altri che, superstiti, dopo la morte del padre Ercole, furon cacciati ¹

ex Alcide mortuo superstites fuere pulsī ab Euristeo rege, Athenas confugit et ibidem una cum eis templum Misericordie seu Clementie construxit, in testimonium auxilii sibi inpeni ab Atheniensibus et refugium in posterum deiectorum.

VII. *De Sardo, Herculis filio.*

¹ Sardus Hercules fuit filius, ut dicunt Rabanus⁷² et Anselmus,⁷³ quem volunt cum multitudine a Libya discessisse et insulam Sardinie occupasse, et que Ycus vocabatur a Grecis, de
² suo nomine Sardiniam nuncupasse. Solinus vero, ubi *De mirabilibus*, dicit⁷⁴ eam a Thimeo Sandalioem dictam, et a Crisippo Vunivam, et quod Sardus Hercule procreatus, nomine mutato, eam vocavit Sardiniam.

VIII. *De Cyrno, Herculis filio.*

¹ Cyrenus Hercules fuit filius, ut placet Rabano.⁷⁵ Qui asserit ab eo insulam, quam hodie Corsicam dicimus, habitatam primo, et Cyrenum a suo nomine nuncupatam.

IX. *De Dyodoro, Herculis filio, qui genuit Sophonem.*

¹ Dyodorus, ut in libro *Antiquitatum Iudeorum*⁷⁶ scribit Iosephus, Hercules fuit filius, asserens Aferam et Iafratem filios Abrahæ ex Cethura ab Hercule in Affricam subsidium suscepisse, eique Echeam filiam Iafram dedisse in coniugem, et ipsum ex ea suscepisse Dyodorum, cuius Sophon fuit filius. Et
² sic apparet hunc antiquissimum fuisse Herculem, qui Dyodorum genuit.

dal re Euristeo, fuggì ad Atene e quivi edificò con essi un tempio alla Misericordia, o Clemenza, a testimonianza dell'aiuto offertogli dagli Ateniesi, e a rifugio per l'avvenire di quelli scacciati.

VII. *Sardo, figlio di Ercole.*

Sardo fu figlio di Ercole, come dicono Rabano e Anselmo
¹ [ma: Onorio], che vogliono abbia lasciato con molta gente la Libia e occupato l'isola di Sardegna, chiamando così, dal suo
² nome, quella che prima era detta dai Greci Ico. Ma Solino nel *De mirabilibus* dice che essa da Timeo fu detta Sandaliote e da Crispo [Sallustio] fu detta Ichnusa; e che Sardo, figlio di Ercole, cambiò nome, la chiamò Sardegna.

VIII. *Cirno, figlio di Ercole.*

Cirno fu figlio di Ercole, come pare a Rabano, il quale afferma che da lui fu, prima, abitata l'isola che oggi chiamiamo Corsica e che prima, dal suo, aveva preso il nome Cirno.

IX. *Didoro, figlio di Ercole, che generò Sofone.*

Didoro – come scrive Flavio Giuseppe nelle *Antiquitates Iudaicae* – fu figlio di Ercole. E dice che da Ercole riceverono aiuto, contro l'Africa, Afera e Iafra, figli di Abramo, avuti da Cethura; e che Iafra gli diede in moglie Echea, sua figlia, e da lei ebbe Didoro, del quale fu figlio Sofone. Così si vede che questo Ercole, che generò Didoro, fu antichissimo.

X. *De Sophone, Dyodori filio.*

I Sophon, ut asserit Iosephus in libro *Antiquitatis Iudaice*, filius fuit Dyodori et regnavit in Affrica, atque, ut idem scribit Iosephus, barbari libyce regionis ab isto Sophone Sophaci nominati sunt.

XI. *De Tlipolemo, Herculis filio.*

I Tlipolemus, ut in *Yliade* placet Homero, filius fuit Herculis ex Astyochia, quam rapuit ex Ephyra civitate Laconie. Qui grandis factus, ut idem dicit Homerus, occidit avunculum suum senem nomine Lycemmonem a Marte progeniem ducentem, et fabricatis navibus cum multitudine gentium, fratres fugiens et affines, intravit mare, et Rhodon abiit, ibique habitavit, et Rhodiis etiam imperavit. Inde euntibus Grecis in troianam expeditionem, et ipse etiam venit, ut satis patet per Homerum in libro desuper dicto.⁷⁷

XII. *De Thessalo, Herculis filio, qui genuit Phidippum et Anthiphum.*

I Thessalus, ut in *Yliade* dicit Homerus,⁷⁸ filius fuit Herculis, genuitque filios duos, cum quibus in troianam expeditionem cum Grecis ceteris fuit in armis.

XIII. *De Phidippo et Anthipho Thessali filii.*

I Phidippus et Anthiphus Thessali fuere filii, de quibus in *Yliade* sic ait Homerus: «τῶν αὖ Φεῖδιππός τε καὶ Ἀντιφός ἡγήσασθην ὅτε δῶα Ἡρακλεϊδάο ἄνακτος» etc.⁷⁹ «Hos autem Phidippusque et Anthiphus duxerunt Thessali filii duo
2 Herculei regis». Dicit Leontius quod Herculei in carmine Homeri appositum patronimicum est Thessali, et ideo Thessalum

X. *Sofone, figlio di Didoro.*

Sofone – come afferma Giuseppe nelle *Antiquitates iudaicae* – fu figlio di Didoro e regnò in Africa; e, come scrive lo stesso autore, i barbari della regione libica da questo Sofone furon chiamati Sofaci.

XI. *Tlepolemo, figlio di Ercole.*

Tlepolemo – come nell'*Ilias* pare ad Omero – fu figlio di Ercole, avuto da Astiochia, che egli rapì da Corinto, città della Laconia. Cresciuto in età – come dice lo stesso Omero – uccise il vecchio zio [del padre] Licinnio, che traeva la sua stirpe da Marte; e, costruite delle navi, con gran numero di persone, fuggendo i fratelli e i parenti, entrò nel mare e andò a Rodi e vi abitò e anche regnò sui Rodiesi. Poi, quando i Greci andarono alla spedizione di Troia, anch'egli vi andò, come risulta da Omero nel libro citato.

XII. *Tessalo, figlio di Ercole, che generò Fidippo e Antifo.*

Tessalo – come dice Omero nell'*Ilias* – fu figlio di Ercole e generò due figli, coi quali andò alla guerra di Troia, insieme con altri Greci.

XIII. *Fidippo e Antifo, figli di Tessalo.*

Fidippo e Antifo furono figli di Tessalo. Di loro così Omero nell'*Ilias*: «Li guidano Fidippo e Antifo, due figli del re Tessalo, stirpe di Ercole». Dice Leonzio che nei versi di Omero è apposto a Tessalo il patronimico Ercoleo; e perciò dice che Tes-

Herculis dicit fuisse filium. Hi quidem Phidippus et Anthiphus patrem secuti cum Grecis apud Troiam fuere.

XIV. *De Aventino, Herculis filio.*

I Aventinus filius fuit Herculis et Rhee, ut ostendit Virgilius; «Victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro, Pulcher Aventinus» etc.⁸⁰ Hic Turno favit adversus Eneam. Et hunc dicit Theodontius esse quem Latinum volunt ex Fauni filia susceptum.

XV. *De Thelepho Herculis filio, qui genuit Euripilum et Ciparissum.*

I Thelephus, ut dicit Lactantius,⁸¹ filius fuit Herculis ex Auge procreatus, et ab ea cum fuisset in silvis expositus a cervia lactatus est. Hic, ut Leontius asserit, in Lycia Chitensibus imperavit, moriensque duos filios dereliquit.

XVI. *De Euripilo, Thelephi filio.*

I Euripilus filius fuit Thelephi, ut in *Odyssea* testatur Homerus, dicens: «Ἄλλ' ὄϊον τὸν Τηλεφίδην κατενηρατο χαλκῷ, Ἥρω Ευρύπυλον πολλοὶ δίαμφ' αὐτον ἐγαῖροι Κήτειοι κτείνοντο γυναιῶν εἴνεκα δῶρων» etc.⁸² «Sed solum Thelephidem interfecit ferro heroem Euripilum, multique circum ipsum socii Chitii interfecti fuerunt muliebrium causa donorum». Dicit Leontius vineam auream a Iove Troio datam ob precium Ganimedidis rapti, que per successionem devenit ad Priamum. Qui cum audisset virtutem Euripili circa bellica, misit eam matri eius, ut ipsa eum sibi auxiliarem mitteret. Que, dono suscepto, statim misit. Ipse vero a Neoptolemo cum multis ex Chitiis, quibus post patrem imperaverat, occisus est apud Troiam.

salo fu figlio di Ercole. Fidippo e Antifo seguirono il padre coi Greci alla guerra di Troia.

XIV. *Aventino, figlio di Ercole.*

I Aventino fu figlio di Ercole e di Rea, come indica Virgilio scrivendo: «Il bell'Aventino, nato da Ercole bello, mostra i cavalli vittoriosi» ecc. Questi favorì Turno contro Enea. E Teodonzio dice che fu quello che si vuole Latino abbia avuto dalla figlia di Fauno.

XV. *Telefo, figlio di Ercole, che generò Euripilo e Ciparisso.*

I Telefo – come scrive Lattanzio – fu figlio di Ercole, nato da Auge. La madre lo esposse nelle selve e fu allattato da una cervia. Questi, come afferma Leonzio, regnò in Licia sui Cetei e, morendo, lasciò due figli.

XVI. *Euripilo, figlio di Telefo.*

I Euripilo fu figlio di Telefo, come attesta Omero nell'*Odyssea*, dicendo: «Ma come [Neottolemo] uccise col ferro l'eroe Euripilo, figlio di Telefo! E molti compagni Cetei furono uccisi attorno a lui, a causa di doni da donne» ecc. Dice Leonzio che Giove diede a Tros una vigna d'oro, come premio del rapimento di Ganimede; la vigna, attraverso successioni, pervenne a Priamo. Questi, avendo saputo del valore di Euripilo in guerra, mandò la vigna d'oro alla madre di lui, affinché, in cambio, glielo inviasse in aiuto. Ella accettò il dono e subito lo mandò. Fu poi ucciso a Troia da Neottolemo, insieme con molti Cetei, sui quali aveva regnato dopo il padre.

XVII. *De Cyparisso, Thelephi filio.*

I Cyparissus, ut ait Lactantius,⁸³ filius fuit Thelephi. Hunc, dicit Servius,⁸⁴ Silvanus silvarum deus amavit. Qui cum haberet mansuetissimam cervam eamque summe diligeret, illam Silvanus inadvertenter occidit, quam ob rem Cyparissus summe dolens mortuus est. Silvanus autem illum in arborem sui nominis vertit. Huic fictioni convenientia nominis, et quia continue gemat, dedere causam.

XVIII. *De Lydo et Lamiro filiis Herculis, qui Lydus genuit Lanium.*

I Lydus et Lamirus, ut Paulus asserit, filii fuere Herculis, ex Yole Euriti regis filia suscepti. Ex quibus nil aliud quam nuda nomina reliquisse videtur antiquitas, preter quod ex Lydo Lanium genitum idem Paulus affirmat.

XIX. *De Lanio, Lydi filio.*

I Lanius, prout predictus asserit Paulus, Lydi fuit filius, ex qua matre vel quid egerit, nil omnino retulit.

XX. *De Eolo, XXXVIII^o Iovis filio, qui genuit Macareum, Canacem, Alcyonem, Mesenum, Crytheum, Salmoneum, Yphicium, Sysipbum, Cephalum et Athamantem.*

I Herculis magnifici descripta prole, superest ut de Eolo rege ventorum sermo fiat. Quem Theodontius, et post ipsum Paulus aiunt Iovis fuisse filium et Sergeste, filie Yppotis troiani, et sic uterinum Acestis fratrem. Plinius autem in libro *Naturalis hystorie*⁸⁵ dicit eum cuiusdam Helleni filium fuisse et ventorum invenisse rationem. Hic tamen, ut eisdem placet, regnavit apud

XVII. *Ciparisso, figlio di Telefo.*

I Ciparisso – come scrive Lattanzio – fu figlio di Telefo. Servio dice che lo amò Silvano, dio delle selve. Questi aveva una cervo molto docile e molto la amava; Silvano, senza volere, la uccise; e Ciparisso, per il dolore grande, morì. Silvano poi lo mutò in albero del suo nome. A questa favola diedero materia la corrispondenza del nome e il fatto del continuo gemere.

XVIII. *Lido e Lamiro, figli di Ercole, il primo dei quali generò Lanio.*

I Lido e Lamiro – come afferma Paolo – furono figli di Ercole, avuti da Iole, figlia del re Eurito. Di essi nient'altro che il puro nome sembra averci lasciato l'antichità, tranne che, secondo afferma Paolo, da Lido fu generato Lanio.

XIX. *Lanio, figlio di Lido.*

I Lanio, secondo afferma il predetto Paolo, fu figlio di Lido; ma egli non ha affatto riferito da qual madre e che cosa abbia operato.

XX. *Eolo, trentanovesimo figlio di Giove, che generò Macareo, Canace, Alcione, Miseno, Creteo, Salmoneo, Ificlo, Cefalo e Atamante.*

I Descritta la discendenza del magnifico Ercole, ci resta da parlare di Eolo, re dei venti. Teodonzio, e dopo di lui Paolo, dicono che fu figlio di Giove e di Sergeste, figlia di Ippote troiano; e perciò fratello uterino di Aceste. Plinio invece, nella *Naturalis Historia*, scrive che fu figlio di un tal Elleno e che scoperse la scienza dei venti. Questi tuttavia – come pare agli

insulas, que sunt propinque Sicilie, Ytaliam versus. Quas quidam Eolias ab hoc Eolo, non nulli Vulcanias a Vulcano, olim earundem rege, nuncupant. Quarum potior Lyparis est. Hunc poete regem ventorum seu deum dicunt, ex quo eius describens regiam et officium Virgilius dicit: «Eoliam venit; hic vasto rex Eolus antro Luctantes ventos tempestatesque sonoras Imperio premit ac vinclis et carcere frenat. Illi indignantes»⁸⁶ et infra per octo versus. Attamen ipse Eolus, Virgilio teste, regnum et ventorum imperium a Iunone tenere fatetur, dicens: «Tu michi quodcumque hoc regni, tu scepra Iovemque Concilias, tu das epulis accumbere divum Nimborumque facis tempestatumque potentem» etc.⁸⁷ Preterea dicit Homerus in *Odyssea*,⁸⁸ cum huic essent filii sex et totidem filie, easque masculis dedisset in coniuges, ad eum Ulixem vagum devenisse, eique Eolum ventos omnes in corio bovis argentea catena alligatos preter Zephyrum dedisse.

- 2 Harum fictionum causas tales non nulli assignant. Dicit enim Solinus ubi *De mirabilibus*,⁸⁹ Strogilem unam ex insulis esse Eoliis et eam a solis exortu minime angulosam, et a ceteris liquidioribus differentem flammis, cum fere omnes flammæ evomant. Qua ex causa fit quod ex eius fumo potissime incole presentiant quinam flatus in triduo sint futuri. Quo factum est ut Eolus ventorum crederetur deus, cum asserat Paulus eum, nondum advertentibus aliis, primum fuisse qui, murmurationibus atque motibus flammarum aliquandiu adeo consideratis, ut, dum eas audiret aut videret, confestim quis ventus esset in partibus illis futurus prediceret, non aliter quam si ipsi emittendi esset imperium. Et ideo huius erronee credulitatis convalescens fama, sibi ab ignaris impetravit ut ventorum extimaretur deus. Sunt tamen qui velint hac in fictione Virgilii, Eolum sublimi in arce residentem rationem esse, sedem habentem in cerebro; ventos vero illecebres appetitus in antro humani pectoris tumultuantes, qui, ni ratione frenentur, in exitiale precipitium deferant emittentem necesse est, quin imo non nun-
- 3

stessi – regnò nelle isole, vicine alla Sicilia, dalla parte dell'Italia, che alcuni da Eolo hanno chiamato Eolie, altri Vulcanie da Vulcano (che un tempo ne fu il re). La più importante di esse è Lipari. I poeti dicono Eolo re, o dio, dei venti; e Virgilio, descrivendone la reggia e le funzioni, dice: «Venne a Lipari; qui il re Eolo in una vasta grotta domina i venti, che sempre tendono ad eromperne, e le tempeste fragorose e li costringe in un chiuso carcere. Essi sdegnandosi» ecc. e avanti per otto versi. Ma lo stesso Eolo – sempre per attestazione di Virgilio – confessa di tenere il regno e il comando dei venti da Giunone, dicendo: «Tu a me hai dato, col tuo favore, questo regno dei venti, qualunque esso sia, e mi hai reso propizio lo scettro di Giove; tu mi concedi di assidermi al banchetto degli dei e mi fai signore dei nemi e delle tempeste». Inoltre dice Omero nell'*Odyssea* che, avendo sei figli maschi e sei femmine, diede queste in mogli ai fratelli; e che a lui venne Ulisse errante; ed Eolo gli diede, rinchiusi in un otre di cuoio, con una catena d'argento, tutti i venti, eccetto Zefiro.

Di queste favole alcuni danno queste ragioni. Dice ad esempio Solino nel *De mirabilibus* che una delle isole Eolie fu Stromboli, per niente angolosa dalla parte orientale e diversa dalle altre per più limpide fiamme, poiché quasi tutte vomitano fuoco. Da ciò deriva che dal fumo di quelle specialmente gli abitanti dell'isola prevedono quali venti soffieranno nei tre giorni seguenti. Così accadde che Eolo fosse creduto un dio, affermando Paolo che egli fu, senza che altri se ne avvedessero, il primo che, considerati per un certo tempo il mormorio e i movimenti del fuoco, fu in grado, appena visto il fuoco e sentitone il rumore, di predire quale vento sarebbe spirato nelle regioni interessate, non altrimenti che se avesse avuto il potere di farli sprigionare. E perciò, crescendo la fama di questa erronea credenza, egli ottenne dagli ignoranti di essere creduto un dio. Alcuni tuttavia vogliono che in questa invenzione di Virgilio, Eolo, che ha sede sull'alta rocca, sia la ragione che risiede nel cervello; e che i venti poi siano gli appetiti disonesti che si agitano nell'anima umana; i quali, se non siano frenati dalla ragione, è fatale che portino alla rovina chi li libera, anzi che talora

2

3

quam mundum omnem lanient et discerpant. Novisse enim potuimus quid secutum sit ex male laxata libidine Paridis, quid ex stolidi presumptione Xerxis Persarum regis, quid ex ambitione Marii, quid ex avaritia Crassi, et aliorum plurium. Quid ex eis, in corio datis Ulixi, sentiendum sit, supra ubi de Ulixie demonstratum est.⁹⁰ Tangit preterea Virgilius⁹¹ artificiose naturalem ventorum causam. Oriuntur quippe in cavernis agente aeris motu, et exeuntes per aerem efferuntur, et sic a Iunone regnum teneri fatetur, id est ab aere, absque quo ventus creari non potest. Et cum se extollunt in altum, Iovi conciliantur, in quantum proximiores regioni ignis efficiuntur, et mensis deorum, id est superiorum corporum, accumbunt, et perseverante aeris dispositione congrua ad eos producendos, ipsi etiam perseverant. Sunt insuper qui volunt duodecim filios Eoli duodecim ventos esse, prout eos fore dicit Aristotiles in *Metheoris*,⁹² et ex his volunt sex esse, qui suo spiritu habeant agere ut terra ad producendum fructum vires emictat seu disponat; sex vero qui illam ad suscipiendum preparatam faciant. Et sic agentes masculi et quos patientes faciunt femine.

XXI. De Macareo et Canace filiis Eoli.

1 Macareus et Canaces, ut in *Epistolis*⁹³ ostendit Ovidius, Eoli fuere filii; et cum se minus honeste amarent uterenturque consanguinitatis commoditate, concepit ex Macareo Canace, et peperit filium. Quem dum clam e regia per nutricem emicteret ut aleretur, infelix infans se suo vagitu patefecit avo.

2 Qui filiorum incensus scelere, iussit innocuum exponi canibus, et per satellitem Canaci gladium misit, ut eo pro meritis uteretur. Quid ex ea secutum sit, nescio. Macareus autem audivit. Et sunt qui velint hunc Macareum eum fuisse qui postea Apollinis Delphici sacerdos factus, in mortem Pyrri Achillis filii Horesti concessit assensum.⁹⁴

tutto il mondo dilanino e squarcino. Abbiamo potuto infatti sapere che cosa è conseguito dalla sfrenata libidine di Paride; che cosa dalla stolta presunzione di Serse, re dei Persiani; che, dalla ambizione di Mario, dall'avarizia di Crasso e di molti altri. Che cosa sia da intendere dei venti, consegnati ad Ulisse nell'otree, si è indicato sopra nel capitolo su di lui. Virgilio inoltre tratta con arte della causa naturale dei venti. Nascono invero nelle caverne, sotto l'azione dell'aria in movimento; e, uscendo, sono trasportati nell'aria; e così Virgilio dichiara che il regno dei venti è governato da Giunone, cioè dall'aria, senza la quale il vento non può essere prodotto. Quando si alzano in alto, si conciliano con Giove, in quanto sono più avvicinati alla regione del fuoco e siedono alla mensa degli dei, cioè dei corpi celesti; e perseverano, se dura la disposizione dell'aria, atta a produrli. Altri ancora vogliono che i venti siano i dodici figli di Eolo, come dice Aristotele nel *De meteoris*; e vogliono che di essi, sei possano, con lo spirare, far sì che la terra emetta, o disponga le forze a produrre il frutto; e che gli altri sei invece dispongano la terra a riceverlo. E così quelli che agiscono sono i figli maschi, e quelli che subiscono le femmine.

XXI. Macareo e Canace, figli di Eolo.

1 Macareo e Canace – come nelle *Heroides* indica Ovidio – furono figli di Eolo; poiché si amavano in modo disonesto e utilizzavano l'opportunità di essere consanguinei, Canace concepì da Macareo e partorì un figlio. La madre segretamente lo fece uscire dalla reggia con una nutrice, perché fosse allevato; ma l'infelice fanciullo si manifestò al nonno col vagito.

2 Acceso di sdegno per l'atto scellerato dei figli, il nonno ordinò che l'innocente fosse esposto a cani e mandò a Canace, per mezzo di una guardia, una spada, affinché la usasse, come si meritava. Non so poi che cosa di essa sia accaduto. Macareo invece fuggì. Alcuni vogliono che questo fosse quel Macareo che poi, divenuto sacerdote di Apollo Delfico, diede ad Oreste il consenso di uccidere Pirro figlio di Achille.

XXII. *De Alcyone, filia Eoli et coniuge Ceys.*

1 Alcyones filia fuit Eoli, ut per Ovidium patet, dum dicit: «Neve tuum fallax animum fiducia tangat, Quod socer Yppotades tibi sit, qui carcere fortes Contineat ventos» etc.⁹⁵ Huic enim coniunx fuit Ceys rex Trachinie, Luciferi filius. De quibus ambobus et infelici eorum casu supra ubi de Ceyce dictum est.⁹⁶

XXIII. *De Miseno, Eoli filio.*

1 Misenus Eoli fuit filius, ut ait Virgilius: «Misenum Eolidem, quo non prestantior alter Ere ciere viros Martemque accendere cantu»⁹⁷ et infra per novem versus, in quibus describit Virgilius qualiter, Hectore mortuo, Eneam secutus sit; et cum die quadam in cantu certaret cum diis, a Tritone tractus sit et demersus. Nec post multum subdit eum ab Enea sepultum et loco suum nomen impositum.

2 Nunc quoniam simpliciter a Virgilio dicta vera non sunt, quid sit absconditum advertendum. Fingit ergo Misenum Eoli filium, eo quod fuit tubicina, nam tube sonus nil aliud est, quam spiritus per fistulam ab ore emissus, sicuti et ventus est per impulsus, et per terre fistulas e cavernis emissus; et quia ventorum Eolus deus dicitur, quasi eorum autor, sic a similitudine operis Misenus eius dicitur filius. Eum autem a Tritone Neptuni tubicina tractum atque demersum in undas sunt qui credant a Virgilio inventum ad tegendam Enee iniquitatem, quem sepe pium vocat, eo quod putent ipsum apud lacum Averni ab ipso Enea, sacrum illud infaustum inferis faciente, occisum, sicuti Alpenor in eodem loco occisus est, cum nequeat illud perfici absque humano sanguine. Quod autem illi

3

XXII. *Alcione, figlia di Eolo e moglie di Ceice.*

Alcione fu figlia di Eolo, come appare in Ovidio, quando 1
scrive: «Né tocchi il tuo animo la fiducia fallace perché è tuo
suocero l'Ippotade, che trattiene in carcere i venti impetuosi»
ecc. Ella ebbe infatti per marito Ceice, re di Trachine, figlio di
Lucifero. Di entrambi e del loro infelice caso si è detto sopra
nel capitolo su Ceice.

XXIII. *Miseno, figlio di Eolo.*

Miseno fu figlio di Eolo, come scrive Virgilio: «[vedono] 1
l'Eolide Miseno, del quale altri non fu più abile nel chiamare
con la tromba gli uomini per accenderli col canto alla guerra.»;
e avanti per altri nove versi, nei quali Virgilio descrive come,
dopo la morte di Ettore, Miseno seguì Enea; e mentre un giorno
gareggiava nel canto con gli dei, fu trascinato da Tritone e
annegato. Né dopo molto aggiunge che fu sepolto da Enea e al
luogo fu imposto il suo nome.

Ora, poiché le cose dette semplicemente da Virgilio non sono 2
vere, bisogna osservare che cosa sia celato nella favola. Egli
dunque inventa che Miseno fu figlio di Eolo, perché fu trombettiere,
non essendo il suono della tromba altro che soffio emesso dalla bocca
attraverso un tubo, come il vento è aria spinta e mandata fuori dalle
caverne attraverso i canali della terra. E poiché Eolo è dio dei venti,
quasi loro autore, così, dalla somiglianza dell'azione, Miseno è detto
suo figlio. Alcuni poi credono che sia invenzione di Virgilio che Miseno
sia stato trascinato in mare e affogato da Tritone, che è trombettiere di
Nettuno; e ciò per coprire l'iniquità di Enea (che spesso chiama pio),
perché ritengono che lo stesso Miseno sia stato ucciso da Enea presso
il lago Averno, mentre faceva un infausto sacrificio agli dei infernali
(come nello stesso luogo fu ucciso Alpenore), dal momento che quel
sacrificio non si può fare senza spargere sangue umano. Che poi Enea
gli abbia eretto un sepolcro, si può credere facilmente, come compenso
della vita 3

sepulcrum fecerit, facile credi potest in premium sublata vite. Nec dubium quin apud Baias sit mons parvus, cui adhuc Misenus nomen est, an illi a sepulto homine datum sit, an potius a monte homini, ut fictioni melius conveniret, nescio.

XXIV. *De Crytheo, Eoli filio, qui genuit Ensonem, Pherytam, Amythaonem et Alcymedontem.*

1 Crytheus filius fuit Eoli, ut in *Odyssea* scribit Homerus.⁹⁸ Huic fuit coniunx Tyro filia Salmonei regis fratris sui, ex qua ipse suscepit Ensonem, Pherytam, Alcymedontem atque Amythaonem.

XXV. *De Esone, Crythei filio, qui genuit Iasonem et Polymilam.*

1 Enson Crythei fuit filius ex Tyro, ut supra dictum est. Qui cum genuisset Iasonem insignem eo evo toti Grecie iuvenem, et is missus a Pelia in Colcos, et inde victor aureum reportasset vellus, et Medeam Oethe regis filiam sibi coniugem in Thessalam deduxisset, ut Ovidius asserit,⁹⁹ ab eadem virtute herbarum, cum senex esset, iuvenis factus est.

2 Cuius fictionis talis potest esse sensus: Ensoni scilicet ex insperato reditu filii tam difficilis expeditionis gloriosi, tam grandis letitia addita est, ut etas, que tendebat in mortem, in etatem retrocessisse floridam videretur.

XXVI. *De Iasone, Ensonis filio, qui genuit Thoantem, Euneum, Philomelum et Plutum.*

1 Iason Ensonis fuit filius, Ovidio teste,¹⁰⁰ ex quo talis recitatur hystoria. Fuit Iasoni patruus Pelias rex Thessalie, cui oraculo iussum erat ut singulis annis Neptuno patri sacrificium exhiberet, ut ait Lactantius,¹⁰¹ dumque cerneret eo celebrante

toltagli. Né è dubbio che presso Baia ci sia un piccolo monte che ha ancora il nome di Miseno, non so se datogli da un uomo ivi sepolto, o piuttosto dal monte all'uomo, per meglio convenire alla favola.

XXIV. *Creteo, figlio di Eolo, che generò Esone, Ferete, Amitaone e Alcimedonte.*

Creteo fu figlio di Eolo, come nell'*Odyssea* scrive Omero. 1
Sua moglie fu Tiro, figlia del re Salmoneo, suo fratello, dalla quale ebbe i figli Esone, Ferete, Alcimedonte e Amitaone.

XXV. *Esone, figlio di Creteo, che generò Giasone e Polimila.*

Esone fu figlio di Creteo, da Tiro, come sopra si è detto. 1
Avendo generato Giasone, giovane insigne in quel tempo in tutta la Grecia, questi fu mandato da Pelia nelle Colchide e ne riportò vincitore il vello d'oro e — come scrive Ovidio — sposò in Tessaglia la figlia del re Eeta, Medea, che rese giovane Esone, quando era ormai vecchio, con l'azione di erbe magiche.

2 Di questa favola tale può essere il senso. Esone ebbe una tal gioia per l'insperato ritorno del figlio, reso glorioso da così difficile spedizione, che l'età, che ormai si avviava verso la morte, sembrò retrocedere verso la giovinezza.

XXVI. *Giasone, figlio di Esone, che generò Toante, Euneo, Filomelo e Pluto.*

Giasone fu figlio di Esone, come attesta Ovidio, il quale racconta questa storia. Zio di Giasone fu Pelia, re di Tessaglia, che aveva ricevuto dall'oracolo l'ordine di offrire ogni anno un sacrificio al padre Nettuno (come scrive Lattanzio); e lo stesso

quoniam nudo pede ad sacrum venientem, de proximo se moriturum sciret. Contigit inde ut, eo sacrum faciente, Iasonem festinantem ad sacrum in limo Anauri fluminis calciamen-
 tum alterius pedis liquisse. Quod videns Pelias, filiis timens, suasit Iasoni ut Colcos iret aureum vellus quesiturus, eum non rediturum existimans, cum audisset opus esse humanis viribus insuperabile. Qui expeditione assumpta, fabricata est illi navis longa ab Argo in sinu Pegaso, et Argos ab autore denominata, nobiles Grecie iuvenes fere omne convocavit, inter quos Hercules fuit. Fuere preterea Orpheus, Castor, Pollux Zethus, Calays aliique plures splendidissimi genere et virtute iuvenes, quos ob nobilitatem semideos appellat Statius in *Thebaide* dicens: «Iam tum prima cum pube virentem Semideos inter pinus me thessala reges Duceret» etc.¹⁰² Qui a nomine navis Argonautae appellati sunt. Quibus congregatis, ex sinu Pegaso navem solvit, et inde secundo urgente vento in Lemnum delatus est. Ibi autem cum mulieres viros omnes interfecissent suos, virorum imperium aspernate, regnaretque Ysiphiles Thoantis olim regis filia, eis, ut testatur Statius, superatis, Iason ab Ysiphile hospitio susceptus est et thalamo. Tandem cum redargutus ab Hercule Ysiphilem pregnantem liquisset, devenit in Colcos. Ibi, cum florida iuventute et formositate valeret, a Medea Colcorum regis filia amatus est. Cui cum clam se maritum futurum spondisset, ab ea doctus est quo pacto eripedes tauros et domare et iugo subigere posset, occidere draconem pervigilem, et eius dentes sulcis immictere, et ex dentibus surgentes armatos in perniciem suam concurrere sineret, et hoc peracto qualiter illi ad aureum vellus iter pervium esset.¹⁰³ Qui cum iuxta monitus peregisset omnia, in predam devenit optatam, et ea sublata clam cum sociis et Medea fugam arripuit. Sane unum omnes non tenuisse iter in reditu satis constat, cum Hercules et reliqui fere omnes ad Propontidem et Hellespontum venisse legatur, cum Iasonem scribant veteres Hystri ho-

oracolo gli fece sapere che se, mentre egli celebrava il sacrificio, avesse visto uno avvicinarsi col piede scalzo, sarebbe subito morto. Accadde poi che, mentre compiva il rito sacrificale, Giasone affrettandosi verso l'altare lasciò nel fango del fiume Anauro la scarpa di un piede. Vedendo ciò Pelia, e temendo per i figli, persuase Giasone di andare in Colchide per acquistare il vello d'oro, stimando che non sarebbe tornato, perché aveva sentito dire che quell'impresa era insuperabile alle forze umane. Giasone si assunse la spedizione e gli fu costruita da Argo nel golfo di Pegaso una nave lunga che dal costruttore ebbe appunto nome Argo; poi convocò nobili, quasi tutti giovani, fra i quali ci fu Ercole. Inoltre vennero Orfeo, Castore, Polluce, Zeto, Calai e molti altri giovani splendidi per stirpe e valore, che Stazio nella *Thebais* chiama semidei, per la loro nobiltà, dicendo: «Già quando nel vigore della prima giovinezza la nave tessala mi portava insieme ai re, figli degli dei» ecc. Essi furono chiamati Argonauti dal nome della nave. Raccolti questi compagni, Giasone salpò dal golfo di Pegaso e fu di là portato dal vento favorevole all'isola di Lemno. Quivi le donne avevano ucciso tutti i loro mariti, disprezzando il governo degli uomini; e regnava Isifile, figlia del re Toante. Vinte le altre, come attesta Stazio, Giasone fu ospitalmente accolto da Isifile anche nel thalamo. Poi, rimproverato da Ercole, abbandonò Isifile incinta e giunse nella Colchide. Qui, essendo giovane fiorenti e bellissimo, fu amato da Medea, figlia del re della Colchide. Giasone le si promise come futuro marito; e allora Medea lo istruì sul modo di domare e sottoporre al giogo i tori che avevano piedi di bronzo, di uccidere il serpente che li custodiva e di gettare nei solchi i suoi denti e di lasciare che gli uomini armati, che da essi sarebbero nati, si scontrassero fino alla loro distruzione. Ciò fatto, gli insegnò la via percorribile verso il vello d'oro. Giasone eseguì tutto, secondo le istruzioni, e giunse alla preda desiderata e, rapito il vello, fuggì nascostamente con i compagni e Medea. Ma ben si sa che non tutti fecero nel ritorno lo stesso percorso; poiché si legge che Ercole e quasi tutti gli altri arrivarono al mar di Marmara e all'Ellesponto, mentre Giasone — come scrivono gli antichi — entrò nelle foci

stium intrasset,¹⁰⁴ et inde ad eam usque partem devenisse, in qua divisus Hyster in Adriaticum fertur, et eam intrasse, et in Adriaticum devenisse. Quod Aristotiles ubi *De mirabilium auditu* asserit, dicens¹⁰⁵ quod, esto ibi loca innavigabilia sint, Iasonem navigabilia fecisse per Cyaneas tendentem; et ad probationem huius itineris dicit quia loca illa, per que Iasonem iter fecisse traditur, admirandorum plena et crebra per eadem a Iasone altaria inveniri composita, et in una Adriatici maris insula Diane templum a Medea dedicatum. Preterea et oppidum Pola, quod in nostrum usque evum perseverat, a Colcis colonis primo habitatum. Hec meo iudicio navigationem non probant, imo potius possent firmare, que alii fuisse arbitrantur, Iasonem scilicet, quam diu potuerit, navi peregrisse iter; inde, obstantibus navigationi montibus portantibus sociis navem humeris, superasse montes, et in Hystrum Cisalpinum devenisse flumen, et aras et altaria que narrantur peragrandi fecisse.

5 Sed quodcumque tenuerit iter, constat aureo cum vellere in patriam remeasse, et illud, ut Lactantius dicit,¹⁰⁶ Creonti Corinthiorum regi detulisse. Is autem cum ex Medea duos suscepisset filios, eiusque opera iunior factus fuisset Enson, et a filiabus trucidatus Pelias, seu criminum enormitate, seu alia ex causa fecerit, eam repudiavit, et, ut dicit Lactantius, Glaucem assumpsit uxorem. Seneca poeta vero, in tragedia *Medee*,¹⁰⁷ eum assumpsisse Creusam Creontis regis Corinthiorum filiam ostendit. Ob quam indignationem cum maleficiis Medee regiam et novam coniugem, ut asserit Seneca, vidisset exustam, ab eadem oculis suis vidit quos ex ea susceperat filios gladio lanari.

6 Et hinc subsequi potest quod Lactantius asserit,¹⁰⁸ eum Glaucem accepisse. Tandem cum ob suum crimen Medeam, que ab Egeο in coniugem suscepta fuerat, aufugisset ab eo, iterum a Iasone Thessalia pulso, ut aiunt, suscepta est. Et cum ea Colcos iterum transfretavit, Oethamque senem Medee patrem, regno pulsum, reduxit in regnum, et multa insuper per Asyam egit magnifica, in tantum ut ibidem dei ritu coleretur, et suo

dell'Istro [Danubio] e di là giunse fino a quella parte nella quale il fiume, dividendosi, va verso l'Adriatico e entrò in quella e giunse all'Adriatico. Ciò afferma Aristotele nel *De mirabilium auditu*, dicendo che, sebbene ivi i luoghi non siano navigabili, Giasone, dirigendosi verso le isole Cianee, li rese navigabili; e, a conferma di questo percorso, dice che quei luoghi per cui si tramanda che Giasone sia passato, sono pieni di meraviglie, e vi si trovano molti altari, costruiti da Giasone; e che in un'isola dell'Adriatico c'è un tempio dedicato da Medea a Diana. Inoltre la città di Pola, che esiste ancora oggi, fu prima abitata dai coloni della Colchide. Queste notizie, a mio avviso, non comprovano la navigazione, ma confermerebbero ciò che altri credono; che Giasone, per quanto a lungo poté, continuò il suo viaggio per mare; ma poi, quando i monti si opposero alla navigazione, i compagni portarono a spalla la nave e valicarono i monti e giunsero al Danubio, fiume cisalpino, e passarono costruirono quegli altari e quei templi di cui si racconta.

Ma qualunque percorso Giasone abbia seguito, è certo che tornò in patria con il vello d'oro e che – come dice Lattanzio – lo portò a Creonte, re di Corinto. Giasone poi, avendo avuto da Medea due figli e, essendo suo padre Esone ridiventato giovane per opera di lei, e Pelia essendo stato ucciso dalle figlie, ripudiò Medea, o per l'enormità dei suoi delitti, o per altro motivo; e – come dice Lattanzio – prese per moglie Glauce. Ma il poeta Seneca nella tragedia *Medea* indica che egli prese Creusa, figlia di Creonte, re di Corinto. Per lo sdegno di questo matrimonio, vide Medea distruggere col fuoco e coi suoi malefici la reggia e la nuova sposa, come afferma Seneca; e vide coi suoi occhi i figli che aveva avuto da lei, dalla stessa dilaniati col suo coltello. Da qui può esser seguito ciò che dice Lattanzio, cioè che Giasone prese in moglie Glauce. Infine, per il suo delitto, Medea fuggì da Egeο, che l'aveva accolta per moglie, e di nuovo fu ricevuta da Giasone che era stato cacciato dalla Tessaglia. Con essa Giasone di nuovo navigò nella Colchide e riportò nel regno Eeta, il vecchio padre di Medea, che ne era stato cacciato; e altre grandi imprese fece in Asia, al punto che ivi fu venerato come un dio e molti templi furono costruiti e

nomini templa construerentur plurima. Que postea Alexandri Macedonis iussu, forsitan eius glorie invidentis, demolita sunt. Qualis tamen illi fuerit finis, aut ubi, legisse non memini.

7 Huius hystorie tam succincte recitate quedam sunt poetica fictione velata, que, si possumus, aperienda sunt. Legitur enim primo eum tauros eneos habentes pedes, efflantes naribus ignes domuisse, quos ego reor regni Colcorum proceres insuperabiles viribus elatique spiritus fuisse, quos non bello, sed oratione atque circumventionibus superatos puto, et in suam Medeeque sententiam tractos populares ad seditionem disposuisse, et ceso per fraudem dracone pervigili, id est prefecto custodie regni, et ob eius mortem, quasi seminatis dentibus, id est in dissensionum causis, adversum se ipsos armarentur Colci, et in bellum perseverantes adeo fatigarentur, ut demum a Iasone subigerentur facile atque divitiis nudarentur et aureo vellere, id est grege habente preciosissimum vellus. Hunc arbitratum Plinius primum fuisse qui longa navi navigaverit.¹⁰⁹

XXVII. De Thoante et Euneo Iasonis filiis.

1 Thoas et Euneus filii fuere Iasonis ex Ysiphile, ut satis per Statium patet in *Thebaide*.¹¹⁰ Creditum quippe est eam pregnantem ex Iasone ad Colcos eunte remansisse, et, ut comprehendere potest, cum gemellos peperisset, neque fas esset apud Lemniades masculos alere, eam illos alendos alibi transmississe, et cum ob detectum servati patris facinus regno pulsasset et a pyrratis capta atque Lyurgo regi Nemeo vendita, aut tanquam serva tradita, nunquam postea illos vidit. Qui
2 cum adolevisset, et cum Adrasto rege in thebanum bellum irent audirentque eam in silva Nemea casus recitantem suos Adrasto, illam e vestigio matrem cognoverunt, et ire Lyurgi

dedicati al suo nome: templi che, in seguito, furono demoliti per ordine di Alessandro il Macedone, invidioso della sua gloria. Non ricordo tuttavia di aver letto che fine, e dove, Giasone abbia fatto.

Di questa storia, così succintamente raccontata, alcuni particolari sono velati dalla finzione poetica; e, se possiamo, dobbiamo rivellarli. Si legge infatti, per prima cosa, che Giasone domò tori dai piedi di bronzo, che dalle narici spiravano fuoco. Io credo che questi siano i capi del regno della Colchide, insuperabili nelle forze e superbi nello spirito; e credo che siano stati vinti, non con la guerra, ma con discorsi e con inganni; e che Giasone, trascinando il popolo al volere suo e di Medea, lo abbia preparato ad una sedizione; e credo ancora che, dopo l'uccisione fraudolenta del serpente, custode dei tori, cioè dell'addeito alla guardia del regno, e dopo che per la sua morte ne furono quasi seminati i denti, cioè le cause di dissenso, i Colchi si siano combattuti fra loro; e, continuando nella guerra, si siano spossati al punto che, alla fine, furono facilmente sottomessi da Giasone e spogliati delle ricchezze e del vello d'oro, cioè del gregge, che aveva pregiatissimo vello. Plinio stima che Giasone sia stato il primo a navigare con una nave lunga.

XXVII. Toante ed Euneo, figli di Giasone.

Toante ed Euneo furono figli di Giasone, da Isifile, come risulta dalla *Thebais* di Stazio. Fu invero creduto che Isifile fu messa incinta da Giasone, mentre si accingeva a partire per la Colchide; e — come si può capire — avendo partorito due gemelli, e non essendo lecito in Lemno allevare figli maschi, Isifile li mandò altrove perché fossero nutriti. Quando, per esser stato scoperto che aveva salvato il padre, Isifile fu cacciata dal regno, e presa dai pirati e venduta a Licurgo, re della Nemea, o consegnata come schiava, non vide più i suoi figli. Quando
2 questi crebbero e andarono con Adrasto alla guerra contro Tebe e la sentirono raccontare ad Adrasto nella selva Nemea, le sue disgrazie, subito riconobbero la madre e la sottrassero all'i-

regis ob male servatum Opheltem filium eam surripuerunt. Quid autem ex eis postea actum sit, michi incertum est.

XXVIII. *De Philomelo, Iasonis filio, qui genuit Plutum.*

I Philomelus, ut scribit Rabanus in libro *De originibus rerum*,¹¹¹ filius fuit Iasonis, nec de eo habetur aliud, nisi quia Plutum genuit.

XXIX. *De Pluto, filio Philomeli, qui genuit Pareantem.*

I Pluto, ut scribit Ysidorus ubi *De ethymologiis*,¹¹² filius fuit Philomeli. De quo nil aliud, nisi quia genuit Pareantem.

XXX. *De Pareante, filio Pluti.*

I Pareantes filius fuit Pluti, ut scribit Ysidorus ubi supra. Qui ibidem ait eum Paron insulam tenuisse, eamque et eius oppidum Paron de suo nomine nuncupasse, cum primo Mynoa vocaretur.

XXXI. *De Polimila, Ensonis filio.*

I Polimilas, ut Leontius asserit, filius fuit Ensonis. Qui Leontius dicit Ensoni preter hunc nullum fuisse filium. Verum ego plus fidei antiquate fame exhibeo, qua habemus Iasonem Ensonis fuisse filium, quam auctori novo; est tamen possibile Iasonem fuisse binomium.

ra del re Licurgo, per aver mal custodito il figlio Ofelte. Che cosa poi sia accaduto di essi, non so per certo.

XXVIII. *Filomelo, figlio di Giasone, che generò Pluto.*

I Filomelo – come scrive Rabano nel *De origine rerum* – fu figlio di Giasone; e nulla si sa di lui, se non che generò Pluto.

XXIX. *Pluto, figlio di Filomelo, che generò Pareante.*

I Pluto – come scrive Isidoro nelle *Etymologiae* – fu figlio di Filomelo. Di lui niente so, se non che generò Pareante.

XXX. *Pareante, figlio di Pluto.*

I Pareante fu figlio di Pluto, come scrive Isidoro sopra citato. Il quale dice che egli possedette l'isola di Paro e che la chiamò, con la sua città, Paro dal proprio nome, mentre prima era chiamata Minoia.

XXXI. *Polimila, figlio di Esone.*

I Polimila fu figlio di Esone, come afferma Leonzio. Il quale dice che Esone non ebbe alcun altro figlio oltre a lui. Ma io presto credito, piuttosto che al nuovo autore, alla fama antica, secondo la quale Giasone fu il figlio di Esone; ma è anche possibile che Giasone avesse due nomi.

XXXII. *De Alcymedonte, Crythei filio, qui genuit Epytropum.*

- I Alcymedontem filium fuisse Crythei Leontius dicit, asserens a Pherecide recitari ab Alcymedonte moriente Epytropum parvum filium suum Pelie fratri suo derelictum. Quem cum mater Chironi nutriendum dedisset, grandis a Pelia Colcos missus est.

XXXIII. *De Epytropo, Alcymedontis filio.*

- I Epytropus secundum Leontium filius fuit Alcymedontis. Qui, ut refert Pherecides,¹¹³ a matre Chironi centauro alendus traditus est, et cum adolevisset in patriam rediens Pelie patruo paternam petiit hereditatem, a quo Colcos missus est vellus aureum quesiturus.

XXXIV. *De Pheryta, Crythei filio.*

- I Pheryta filius fuit Crythei ex Tyro susceptus, ut in *Odyssea* testatur Homerus.¹¹⁴

XXXV. *De Amythaone, Crythei filio, qui genuit Melampum et Biantem.*

- I Amythaon, ut in *Odyssea* Homeri legitur, Crythei fuit filius ex Tyro susceptus. Hunc Homerus dicit bellicosissimum fuisse hominem, neque de eo amplius, nisi quod Melampum genuerit et Biam.

XXXII. *Alcimedonte, figlio di Creteo, che generò Epitropo.*

I Alcimedonte fu figlio di Creteo – come afferma Leonzio – secondo il quale Ferecide racconta che Alcimedonte, morendo, lasciò il piccolo figlio Epitropo al fratello Pelia. La madre lo diede a nutrire a Chirone e, divenuto grande, fu mandato da Pelia nella Colchide.

XXXIII. *Epitropo, figlio di Alcimedonte.*

I Epitropo, secondo Leonzio, fu figlio di Alcimedonte. Il quale – come racconta Ferecide – fu consegnato dalla madre, per essere allevato, a Chirone; e, divenuto adulto, ritornò in patria e chiese allo zio Pelia l'eredità paterna; ma quello lo mandò nella Colchide, alla ricerca del vello d'oro.

XXXIV. *Ferete, figlio di Creteo.*

I Ferete fu figlio di Creteo avuto da Tiro, come Omero attesta nell'*Odyssea*.

XXXV. *Amitaone, figlio di Creteo, che generò Melampo e Biante.*

I Amitaone, come si legge nell'*Odyssea* di Omero, fu figlio di Creteo, avuto da Tiro. Omero dice che fu bellicosissimo e nullo altro di lui si sa se non che generò Melampo e Biante.

XXXVI. *De Melampo, Amythaonis filio, qui genuit Theodamantem.*

I Melampus, olim augur ingens, filius fuit Amythaonis, ut in *Thebaide* testatur Statius, ibi: «Sacra movere deum. Solers tibi cura futuri»¹¹⁵ et infra per quattuor versus. Scribit autem Lactantius¹¹⁶ hunc filias Preti regis ab insania curasse ut supra ubi de Preto¹¹⁷ et sic unam ex eis in coniugem et regni portionem
2 consecutus est. Fuit quidem Melampus iste herbarie artis peritissimus, ut veteres tradidere, et Theodamantem filium superstitem liquit.

XXXVII. *De Theodamante, filio Melampi.*

I Theodamas filius fuit Melampi, Statio teste, qui dicit: «Insignem fama sanctoque Melampode cretum, Theodamanta volunt» etc.¹¹⁸ Fuit hic Theodamas augur egregius, adeo ut, absorpto terre hyatu Amphyrao apud Thebas, Adrastus et reliqui principes, qui secum Thebas obsidebant, eum absorpti loco substituerent.

XXXVIII. *De Biante seu Bia, Amythaonis filio, qui genuit Manthyonem et Anthyphatem.*

I Bias Amythaonis fuit filius, ut Theodontius dicit. Ex quo Homerus hystoriam refert¹¹⁹ qualiter Pyro Nelei filia illi nupta sit. Que quidem supra ubi de Pyro scribitur plene,¹²⁰ nec aliud de eo legitur, nisi quod cum coniuge habitaverit apud Pylum Nelei civitatem, et quod ex ea susceperit filios duos, Manthyonem et Anthyphatem.

XXXVI. *Melampo, figlio di Amitaone, che generò Teodamante.*

Melampo, un tempo famoso augure, fu figlio di Amitaone I come attesta Stazio nella *Thebais* dicendo: «interrogare i presagi degli dei. A te [Anfiarao] è dato il compito di esplorare attentamente il futuro» e avanti per quattro versi. Ma scrive Lattanzio che questo Melampo curò le figlie del re Preto dalla pazzia, come sopra si è detto, nel capitolo su Preto; e così ottenne una di loro in moglie e una parte del regno. Questo Melampo fu espertissimo di erboristeria, come tramandarono gli antichi, e lasciò sopravvivergli il figlio Teodamante. 2

XXXVII. *Teodamante, figlio di Melampo.*

Teodamante fu figlio di Melampo, come attesta Stazio, che I dice: «Designano Teodamante, insigne per fama e nato dal buon Melampo» ecc. Questo Teodamante fu un augure egregio, al punto che – quando Anfiarao fu ingoiato a Tebe dalla voragine della terra – Adrasto e gli altri principi, che con lui assediavano Tebe, lo sostituirono in luogo di Anfiarao, ingoiato dalla voragine.

XXXVIII. *Biante, o Bia, figlio di Amitaone, che generò Mantio e Antifate.*

Biante fu figlio di Amitaone, come dice Teodonzio. Di lui I Omero riferisce la storia che Però, figlia di Neleo, lo sposò. Questa storia si è narrata di sopra dove si tratta pienamente di Però; né altro di lui si legge, se non che abitò colla moglie a Pilo, città di Neleo, e che da lei ebbe due figli, Mantio e Antifate.

XXXIX. *De Manthyone, Biantis filio, qui genuit Clythonem et Polyphidem.*

I Manthyon, ut in *Odyssea* scribit Homerus,¹²¹ filius fuit Biantis ex Pyro, nec ex eo aliud refert, nisi quod genuerit Clythonem et Polyphidem.

XL. *De Clythone, Manthyonis filio.*

I Clython Manthyonis fuit filius, ut in *Odyssea* testatur Homerus, ubi dicit, quod cum esset forma et decore conspicuus, eum ab Aurora raptum, nec ultra usquam comparuisse. Dicit tamen Barlaam hunc ad orientales partes abiisse, et ibidem de reditu in patriam non curans, quibusdam populis imperasse, et ob id fictum eum ab Aurora raptum.

XL. *De Polyphide, Manthyonis filio, qui genuit Theoclymenem.*

I Polyphides filius fuit Manthyonis, ut Homerus dicit in *Odyssea*, ubi eum egregium fuisse vatem asserit, et Amphyraro in bello thebano ab hyatu terre absorpto substitutum ab Argivis, ubi Staius Amphyraro suffectum dicit Theodamantem
2 Melampi filium.¹²² Hic Theoclymenem genuit.

XLII. *De Theoclymene, Polyphidis filio.*

I Theoclymenes, ut in *Odyssea* placet Homero,¹²³ filius fuit Polyphidis, et cum moraretur in Argo civitate et haberetur augur insignis, ibi hominem interfecit. Ob quam causam cum inde discessisset, et in Pylon civitatem venisset, exinde cum Telemaco filio Ulixis abiit in Ytachiam.

XXXIX. *Mantio, figlio di Biante, che generò Clito e Polifede.*

I Mantio – come Omero scrive nell'*Odyssea* – fu figlio di Biante, da Però; né altro di lui riferisce se non che generò Clito e Polifede.

XL. *Clito, figlio di Mantio.*

I Clito fu figlio di Mantio, come Omero attesta nell'*Odyssea* dove scrive che, essendo bellissimo, fu rapito dall'Aurora e non più comparve sulla terra. Ma Barlaam dice che andò in Oriente ed ivi, non curandosi del ritorno in patria, regnò su alcuni popoli e perciò si inventò che fosse stato rapito dall'Aurora.

XLI. *Polifede, figlio di Mantio, che generò Teoclimeno.*

I Polifede fu figlio di Mantio, come Omero dice nell'*Odyssea*, dove afferma che fu indovino famoso e sostituito dai Greci ad Anfiarao, quando fu inghiottito dalla voragine della terra, mentre Stazio dice che ad Anfiarao fu sostituito Teodamante, figlio di Melampo. Polifede generò Teoclimeno.
2

XLII. *Teoclimeno, figlio di Polifede.*

I Teoclimeno – come pare ad Omero nell'*Odyssea* – fu figlio di Polifede. Dimorò in Argo e fu ritenuto augure insigne. Ma ivi uccise un uomo. Perciò si allontanò da Argo e venne a Pilo e di là, con Telemaco, figlio di Ulisse, andò ad Itaca.

XLIII. *De Antyphate, Biantis filio, qui genuit Oycleum.*

I Antyphates, ut asserit Homerus in *Odyseea*, filius fuit Bie ex Pyro coniuge susceptus. Nec ex eo aliud habetur, nisi quia genuit Oycleum.

XLIV. *De Oycleo, Antyphatis filio, qui genuit Amphyaraum.*

I Oycleus, eodem Homero teste, filius fuit Antyphatis et Amphyaraum vatem genuit. Quem non nulli Lyncei regis Argivorum ex Ypermestra filium fuisse arbitrantur.

XLV. *De Amphyrao, Oyclei filio, qui genuit Almeonem, Amphylocum et Catillum.*

I Amphyraus, quicquid alii dicant, Oyclei fuit filius, ut in *Odyseea* testatur Homerus et Statius in *Thebaide*, dicens: «Tandem prorumpere adactus Oyclides» etc.¹²⁴ Hic autem inter ceteros augures veteres clarior habetur. Qui cum Adrastus argivus rex bellum adversus Thebanos initurus esset, montem una cum Melampo, visurus quid futurum esset Argivis, si bellum adversus Thebanos assumerent, ascendit, et cum inter alia vidisset se, si in bellum iret, non rediturum in patriam, latebras petiit, et Euridici coniugi sue, ex qua iam quosdam susceperat filios, tantum tanquam fidissime latebras suas patefecit. Sane cum instarent Argivi principes ut in Thebanos irent eumque solum perquirerent, nec invenire possent, contigit ut Euridices Argie filie Adrastrae et coniugis Polynicis videret monile, quod olim Vulcanus Hermioni privigne sue et coniugi Cadmi dono dederat, et illud desideraret; et inde cum Argia in compositionem veniens, monili suscepto, Amphyraum patefecit, ut in
2
3 *Thebaide* plenius describit Statius.¹²⁵ Sic igitur Amphyraus co-

XLIII. *Antifate, figlio di Biante, che generò Oicleo.*

Antifate, come afferma Omero nell'*Odyseea*, fu figlio di Biante, avuto dalla moglie Però. Né altro si sa di lui, se non che generò Oicleo.

XLIV. *Oicleo, figlio di Antifate, che generò Anfiarao.*

Oicleo, sempre per testimonianza dello stesso Omero, fu figlio di Antifate e generò l'indovino Anfiarao. Alcuni credono che sia stato figlio di Linceo, re di Argo, avuto da Ipermestra.

XLV. *Anfiarao, figlio di Oicleo, che generò Almeone, Anfilocco e Catillo.*

Anfiarao, checché altri ne dicano, fu figlio di Oicleo, come Omero attesta nell'*Odyseea* e Stazio nella *Thebais* dicendo: «Alla fine è spinto a lanciarsi il figlio di Oicleo» ecc. Questo è ritenuto il più famoso tra gli indovini antichi. Quando Adrasto, re di Argo, stava per andare in guerra contro i Tebani, Anfiarao salì, insieme con Melampo, un monte per vedere che cosa sarebbe toccato agli Argivi, se avessero mosso guerra ai Tebani; e avendo visto, tra l'altro, che se lui fosse andato alla guerra, non sarebbe ritornato in patria, cercò un nascondiglio e solo alla moglie Erifile — dalla quale già aveva avuto alcuni figli — svelò, come a persona fidatissima, il luogo del nascondiglio. Ma mentre i principi Argivi erano sul punto di andare a Tebe, e lui solo cercavano e non potevano trovarlo, accadde che Erifile vedesse un monile di Argia, figlia di Adrasto e moglie di Polinice, che Vulcano aveva una volta donato a Ermione (o Armonia), sua matrigna e moglie di Cadmo. Erifile lo desiderò e fece un accordo con Argia; e prese il monile, svelando il luogo in cui Anfiarao era nascosto, come nella *Thebais* ampiamente descrive Stazio. Così dunque Anfiarao, scoperto per l'inganno
3

niugis fraude detectus, cum aliis Argivorum principibus non reducturus ivit in bellum. In quo, dum die quadam, armis et curru insignis, prelium intrasset atque acriter in Thebanos pugnaret, repente terre motu facto ingenti, et ea in parte, in qua consistebat, voragine telluris patefacta absorptus est, maxima superstitum turbatione. Hunc Staius armatum vivumque in conspectu Ditis descendisse describit,¹²⁶ et poetico more multas perorasse dicit, que ad propositum nil afferunt. Fuit tamen ea tempestate tanta veteribus cecitas, ut quem dei iudicio a terra absorptum cernerent, amicum dei, imo deum etiam existimarent, eique ea in parte, in qua absorptum noverant, tanquam deo templum construerent et aras dicarent et sacra conficerent et ritu dei illum colerent. Huius autem inventum in libro *Naturalis historie* dicit Plinius¹²⁷ fuisse ignispicam, quod utrum credam, nescio. Memini enim legisse apud Caldeos Nembroth opus fuisse, qui per multa secula precessit Amphyarum.

XLVI. *De Almeone, Amphyarai filio.*

I Almeon Amphyarai vatis et Euridicis¹²⁸ fuit filius. Huic Amphyarus in bellum ire coactus nequitiam in se Euridicis aperuit, eique future mortis sue vindictam reliquit. Qui, defuncto patre, memor precepti, tempore sumpto, ut patriam pietatem servaret in matrem, impius factus est; eamque peremit.¹²⁹

XLVII. *De Amphyloco, Amphyarai filio.*

I Amphylocus, ut in *Odyssea* dicit Homerus,¹³⁰ filius fuit Amphyarai ex Euridice susceptus, nec de eo legitur amplius.

della moglie, andò alla guerra con altri principi argivi per non farne ritorno. Un giorno infatti entrò in battaglia, distinguendosi per le armi e il carro; e mentre combatteva aspramente contro i Tebani, d'improvviso ci fu un forte terremoto, e, apertasi una voragine dove si trovava, Anfiarao ne fu ingoiato con grande turbamento dei presenti. Stazio lo descrive armato e vivo discendere al cospetto di Dite e dice, secondo l'uso poetico, che lo pregò di molte cose che qui non riguardano il proposito. Ci fu tuttavia in quel tempo negli antichi tale cecità, che colui che, per giudizio di dio, avevano visto ingoiato dalla terra, lo stimarono amico di dio, anzi dio e gli costruirono un tempio nella regione in cui avevano saputo che era stato ingoiato e gli dedicarono altari e fecero sacrifici e lo venerarono come dio. Plinio poi dice nella *Naturalis Historia* che fu sua invenzione l'indovinare per mezzo del fuoco, e io non so se credergli. Ricordo infatti di aver letto che questa fu presso i Caldei opera di Nembrot, che precedette Anfiarao di molti secoli.

XLVI. *Almeone, figlio di Anfiarao.*

I Almeone fu figlio dell'indovino Anfiarao e di Erifile. A lui Anfiarao, costretto ad andare alla guerra, svelò la perfidia di Erifile e gli lasciò il compito di vendicarlo della sua futura morte. E Almeone, quando il padre morì, memore del suo ordine, presa l'occasione, si fece empio contro la madre per conservare la pietà verso il padre; e la uccise.

XLVII. *Anfiloco, figlio di Anfiarao.*

I Anfiloco – come attesta Omero nell'*Odyssea* – fu figlio di Anfiarao, avuto da Erifile. Di lui nient'altro si legge.

XLVIII. *De Catillo, Amphyarai filio, qui genuit Tyburtinum, Catillum et Coracem.*

- 1 Catillus, ut ait Solinus in libro *Mirabilium*, filius fuit Amphyarai, de quo sic scribit: «Catillus enim Amphyarai filius post prodigialem patris apud Thebas interitum, Oyclei avi iussu cum omni fetu ver sacrum missus, tres liberos in Ytalia procreavit, Tyburtum, Coracem, et Catillum. Qui, depulsis ex oppido Sycilie veteribus Sycanis, a nomine Tyburti fratris natu maximi urbem vocaverunt». Hec ille.¹³¹

XLIX. *De Tyburtino, seu Tyburto, Catilli filio.*

- 1 Tyburtinus, seu Tyburtus, filius fuit Catilli secundum Solinum, et ab eo, quia natu maior esset, Tybur civitas a fratribus denominata est. Plinius autem, ubi *De hystoria naturali*,¹³² dicit Tyburtes multo ante Romam originem habuisse, et apud eos dicit extare tres ylices, Tyburtino eorum conditore vetustiores,
- 2 apud quas inauguratus traditur. Tradunt autem eum, scilicet Tyburtinum, filium fuisse Amphyarai, qui apud Thebas obiit una etate ante Yliacum bellum.

L. *De Catillo, Catilli filio.*

- 1 Catillus filius fuit Catilli filii Amphyarai, ut Solinus asserit ubi supra.¹³³ Qui, sicut Cato fecit testimonium, arcas fuit, et classis Evandri prefectus et Tyburis conditor.¹³⁴

LI. *De Corace, primi Catilli filio.*

- 1 Corax, ut Solinus *De mirabilibus mundi* dicit,¹³⁵ filius fuit Catilli, eius scilicet qui filius fuit Amphyarai, et una cum

XLVIII. *Catillo, figlio di Anfiarao, che generò Tiburto, Catillo e Corace.*

Catillo – come dice Solino nei *Collectanea rerum memorabilium* – fu figlio di Anfiarao. Di lui così scrive: «Catillo, figlio di Anfiarao, dopo la prodigiosa morte del padre a Tebe, per ordine del nonno Oicleo, mandato, con tutto il gregge, a offrire in sacrificio le primizie della primavera, in Italia, generò tre figli: Tiburto, Corace e Catillo. I quali, cacciati dalla città i Sicani, antichi abitanti della Sicilia, che l'avevano fondata, dal nome di Tiburto, primogenito, la chiamarono Tibur (cioè Tivoli)». Così Solino.

XLIX. *Tiburtino o Tiburto, figlio di Catillo.*

Tiburtino, o Tiburto, fu figlio di Catillo secondo Solino, e da lui, come primogenito, fu chiamata dai fratelli la città di Tivoli. Plinio nella *Naturalis Historia* dice che gli abitanti di Tivoli ebbero origine molto prima di Roma e che vicine vi sono tre querce, più antiche del loro fondatore Tiburtino; presso le quali si tramanda che prendesse presagi dal volo degli uccelli. Si tramanda inoltre che Tiburtino fu figlio di Anfiarao, il quale morì a Tebe, una generazione prima della guerra di Troia.

L. *Catillo, figlio di Catillo.*

Catillo fu figlio di Catillo, figlio di Anfiarao, come afferma il citato Solino. Egli, come attesta Catone, fu arcade e prefetto della flotta di Evandro e fondatore di Tivoli.

LI. *Corace, figlio del primo Catillo.*

Corace – come scrive Solino nel *Collectanea rerum mirabilium* – fu figlio di Catillo, cioè di quello che fu figlio di Anfi-

Tybartino et Catillo fratribus urbem cepere Syculorum, haud longe a Roma, quam, ut supra dictum est¹³⁶ a Tybartino fratre maiore Tyburim vocaverunt.

LII. *De Salmoneo, Eoli filio, qui genuit Tyro.*

- 1 Salmoneus, ut dicit Lactantius,¹³⁷ filius fuit Eoli, et apud Elydem regnavit, homo insolens et importabilis. Qui cum non esset regia sublimitate contentus, conatus est se deum esse suis ostendere et, fabricato eneo ponte in sublimi, adeo ut Elydis parte desuper tegeret, super eo currus agitari faciebat, qui, tam suo strepitu, quam pontis enei sonoritate, in tam grandem sonum veniebat, ut tonitruum videretur. Quod cum ex improvviso faceret ad instar tonitruui, subditos exterrebat. Preterea ex excelso ignitis facibus in similitudinem fulminum iaculabatur, stantibus satellitibus eius intentis ut fulminatus quilibet, si face iniecta non perisset, gladiis iussu suo occideretur.
- 2 Et hac fatuitate se Iovem fulminantem arbitrari volebat. Verum deus non diu vesaniam hanc passus est, quin imo eum vero fulmine percussus deiecit ad inferos, ut ait Virgilius dicens: «Vidi et crudeles dantem Salmonea penas, Dum flammas Iovis et sonitus imitatur Olympi» etc.¹³⁸ Huic unica tantum filia Tyro superstes fuit.

LIII. *De Tyro, filia Salmonei.*

- 1 Tyro, ut in *Odyssea* placet Homero,¹³⁹ filia fuit Salmonei regis Elidis, et ex ea iuxta Enypheum fluvium Neptunus, transformatus in speciem eiusdem fluminis, cum illam oppressisset, duos suscepit filios, Neleum et Peliam, ut supra de eis dictum est.¹⁴⁰ Que postea nupsit Crytheo filio Eoli, et ei peperit Ensonem, Pherytam et Amythaonem.

rao; e, insieme con Tiburto e Catillo, suoi fratelli, occuparono la città fondata dai Siciliani, non lungi da Roma e – come sopra si è detto – la chiamarono Tivoli, dal fratello maggiore Tiburto o Tiburtino.

LIII. *Salmoneo, figlio di Eolo, che generò Tiro.*

Salmoneo – come dice Lattanzio – fu figlio di Eolo e regnò in Elide. Fu uomo arrogante e insopportabile. Non contento della sublimità regale, tentò di mostrare di esser dio e, fabbricato un ponte di rame, tanto in alto da coprire la parte superiore della città di Elide, vi faceva correr sopra un carro il quale, sia per il fracasso, sia per la sonorità del ponte di rame, produceva un suono talmente forte che sembrava un tuono. E poiché lo produceva all'improvviso, come un tuono, atterriva i sudditi. Inoltre dall'alto lanciava fiaccole, simili a fulmini, mentre le sue guardie stavano tese affinché, se uno non fosse morto per il colpo della fiaccola, fosse ucciso per suo ordine con la spada.

E per questa stoltezza voleva esser creduto un Giove che fulminava. Ma il dio non sopportò a lungo questa follia, anzi con un fulmine vero lo cacciò all'inferno, come scrive Virgilio, dicendo: «Vidi anche Salmoneo che scontava pene crudeli, mentre cercava di imitare le fiamme di Giove e il fragore dell'Olimpo» ecc. Gli sopravvisse un'unica figlia, Tiro.

LIII. *Tiro, figlia di Salmoneo.*

Tiro, come pare ad Omero nell'*Odyssea*, fu figlia di Salmoneo, re di Elide, e da lei Nettuno presso il fiume Enipeo [oggi: Tsarnalis], trasformato nell'aspetto dello stesso fiume, avendole fatta violenza, ebbe due figli Neleo e Pelia, come sopra si è detto. Tiro sposò poi Creteo, figlio di Eolo e gli partorì Esone Ferete e Amitaone.

LIV. De Yphiclo, filio Eoli, qui genuit Podarcem.

1 Yphiclus, ut ait Leontius, Eoli fuit filius, et cum potens es-
set, boves Tyro filie Salmonei et matris Nelei, qui Neleo debe-
bantur, surripuit atque detinuit, donec Biantis generi Nelei,
aut Melampi auguris fratris sui, opere restituerit. Nam hic est,
qui, cum non posset filios procreare, habuit a Melampo, seu a
2 Bia, ut serpentis venenum potaret, quo potato, confestim Po-
darcem genuit. Dicit Leontius venenum serpentis herbam esse,
ex qua si gustaverit serpens illico morietur, sterilibus autem
confert.

LV. De Podarce, filio Yphicli.

1 Podarces, ut Leontius asserit, Yphicli fuit filius, nec de eo
aliquid plus habemus.

LVI. De Sysipho, Eoli filio, qui genuit Glaucum et Creontem.

1 Sysiphus Eoli fuit filius, ut satis per Ovidium patet dicen-
tem: «Reddit, ubi Eolidem saxum grave Sysiphon urget» etc.¹⁴¹
Et Horatius in *Odys* dicit: «Sysiphus Eolides [damnatus] labo-
ri» etc.¹⁴² Ubi advertendum Sysiphos fuisse duos, et sic Eolos
de necessitate fuisse plures, quanquam duos tantum fuisse di-
2 cat Lactantius.¹⁴³ Sed primo de Sysiphis videamus. Sysiphus
primus contemporaneus fuit Danao Argivorum regi, seu sal-
tem Lynceo Egisthi filio, qui Danao successit in regno. Nam
utrumque testatur Eusebius in *libro Temporum*.¹⁴⁴ Dicit enim
eum Ephyram civitatem, quam postea Corinthus Horestis fi-
lius a se Corinthum appellavit, Danao regnante condidisse, an-
no scilicet mundi $\text{m}^{\text{dccc}}\text{xxviii}$. Nec multo post dicit secundum
alios, eum scilicet Sysiphum, condidisse eam Ephyram, anno
decimoquinto regni Lyncei, qui fuit annus mundi $\text{m}^{\text{dccc}}\text{xciii}$.
Hic Corinthiorum rex dictus est, id est Ephyre. Nam qui Co-

LIV. Ificlo, figlio di Eolo, che generò Podarce.

Ificlo, come dice Leonzio, fu figlio di Eolo. Essendo poten- 1
te, rubò a Tiro, figlia di Salmoneo e madre di Neleo, i buoi che
a Neleo eran dovuti, e li tenne fino a che, per opera di Biante,
genero di Neleo, o dell'indovino Melampo, li restituì. Questi è
infatti colui che, non potendo generare figli, ebbe da Melam-
po, o da Biante, l'istruzione di bere il veleno del serpente; e, 2
bevutolo, subito generò Podarce. Dice Leonzio che il veleno
del serpente è un'erba che, se un serpente avrà assaggiato, su-
bito morirà; mentre giova agli sterili.

LV. Podarce, figlio di Ificlo.

Podarce, come afferma Leonzio, fu figlio di Ificlo. Nulla di 1
più sappiamo di lui.

LVI. Sisifo, figlio di Eolo, che generò Glaucò e Creonte.

Sisifo fu figlio di Eolo, come ben appare in Ovidio che dice: 1
«(Eaco) rende (i giudizi) là dove l'eolide Sisifo è assillato dal
pesante macigno» ecc. E Orazio nei *Carmina*: «Sisifo, figlio
d'Eolo, [condannato a perpetua] fatica» ecc. Qui è da avvertire
che i Sisifi furono due: e necessariamente più d'uno furono 2
gli Eoli, benché Lattanzio dica che furono solo due. Ma, anzi-
tutto, vediamo dei Sisifi. Il primo Sisifo fu contemporaneo di
Danao, re di Argo, o almeno di Linceo, figlio di Egitto, che
successe a Danao nel regno. Entrambe le notizie attesta Euse-
bio nel *Chronicon*. Dice infatti che Sisifo fondò, durante il re-
gno di Danao, la città di Efira, che poi Corinto, figlio di Ore-
ste, dal suo nome, chiamò Corinto, e ciò nell'anno del mondo
3729. Ma non molto dopo dice che, secondo altri, Sisifo fondò
Efira nel quindicesimo anno di regno di Linceo, che fu l'anno
del mondo 3794; e questo fu detto re di Corinto, cioè di Efira.
Quelli infatti che furon detti re dei Corinzi, cominciarono mol-

LVII. *De Glauco, filio Sysiphi, qui genuit Bellerophontem.*

I Glauco, ut in *Yliade* ait Homerus, filius fuit Sysiphi regis Ephyre.¹⁵³ Nam in persona Glauci, huius Glauci nepotis, adversus Diomedem pugnantis apud Troiam, omnem genealogiam eiusdem Glauci describit ut sequitur.

LVIII. *De Bellerophonte, Glauci filio, qui genuit Laodomiam, Ysandrum et Yppolocum.*

I Bellerophon, ut in predicta Glauci oratione ad Diomedem, filius fuit Glauci predicti. Fuit equidem Bellerophon iste iuveni inculto decore conspicuus, et insignis virtutis eximie. Hunc regem Ephyre fuisse dicit Homerus,¹⁵⁴ qui a Preto rege Argivorum regno privatus, apud eum, eo iubente, divertit. Cuius uxor Anthya, seu secundum Lactantium¹⁵⁵ Stenoboes, formositate eius capta, in suam compellavit libidinem, renuentemque, quod ei vim voluisset inferre, Preto accusavit. Qui indignatus cum noluisset occidere eum, licteras, in quibus iubebatur occidi, Aryobati socero suo deferendas tradidit illi. Bellerophon autem in Lyciam veniens, ab Aryobate ut moreretur, ad occidendam Chimeram missus est. Erat enim Chimera monstrum, ut ubi supra de ea dictum est.¹⁵⁶ Bellerophon autem, equo Pegaso sumpto, evolavit ad illam atque occidit. Inde cum esset Aryobati adversus Solimisos bellum, de virtute Bellerophonitis confidens, illum misit in pugnam; qui eque Solimisos expugnavit atque fugavit. Tercio adversus Amazonas insultantes in eum, arma arripi iussit. Bellerophon autem superatas in terminos redire coegit. Que cum vidisset rex, eius misertus est, et Achimenem filiam suam Anthye sororem, illi, ut dicit Lactantius, dedit in coniugem cum parte regni, ex qua ipse suscepit Ysandrum, Yppologum, et Laodomiam. Stenoboes autem, seu Anthya, cum rescisset eum a patre honoratum, se ipsam interemit. Et, ut placet Servio,¹⁵⁷ ob hoc crimen Preti filie in insaniam devenere.

LVII. *Glauco, figlio di Sisifo, che generò Bellerofonte.*

I Glauco – come nell'*Ilias* scrive Omero – fu figlio di Sisifo, re di Efira. Infatti, in persona di Glauco, nipote di questo Glauco, mentre combatte a Troia contro Diomede, descrive tutta la discendenza dello stesso Glauco, nel modo che segue.

LVIII. *Bellerofonte, figlio di Glauco, che generò Laodamia, Isandro e Ippoloco.*

I Bellerofonte, come si legge nel citato discorso di Glauco a Diomede, fu figlio del predetto Glauco. Fu invero questo Bellerofonte un giovane notevole per famosa bellezza e insigne per esimio valore. Omero dice che fu re di Efira e che, privato del regno da Preto, re d'Argo, riparò per suo ordine, presso di lui. La moglie di Preto, Antea – o, secondo Lattanzio, Stenoboe – presa dalla sua bellezza, lo eccitò alla propria libidine; ma Bellerofonte rifiutò ed ella lo accusò a Preto di averle voluto fare violenza. Il re si sdegnò, ma non volle ucciderlo e gli consegnò delle lettere da portare al suocero Ariobate, nelle quali gli ordinava di ucciderlo. Allora Bellerofonte, venendo in Licia, fu mandato da Ariobate – perché morisse – a uccidere la Chimera. Questa era un mostro, come sopra si è detto nel suo capitolo. Bellerofonte allora, preso il cavallo Pegaso, volò fino ad essa e la uccise. Poi Ariobate, trovandosi in guerra contro i Solimi, confidando nel valore di Bellerofonte, lo mandò alla battaglia; ed egli ugualmente vinse e mise in fuga i Solimi. La terza volta ordinò di prendere le armi contro le Amazzoni che lo assalivano. Bellerofonte le vinse e le costrinse a rientrare nei loro confini. Il re Ariobate, avendo visto tutto ciò, ebbe compassione di lui e gli diede in moglie, con una parte del regno – come scrive Lattanzio – sua figlia Achemene, sorella di Antea. Da essa Bellerofonte ebbe i figli Isandro, Ippoloco e Laodamia. Stenoboe allora, o Antea, quando seppe che egli era stato onorato dal padre, si uccise. E, come pare a Servio, per questo suicidio le figlie di Preto divennero pazze.

3 Ex eo vero quod hic fictum est, sic sentit Fulgentius.¹⁵⁸ Dicit enim *Bellorophontem*, quasi *bulephorunta*, quod nos Latine *sapientie consultatorem* dicimus, qui libidinem spernit, id est Anthyam: *anthyon* enim grece, *contrarium* latine dicitur. Que Anthya Preti coniunx est, qui *pretos* panphyla lingua *sordidus* dicitur. Et cuius uxor libido, nisi sordidi est? Et bona consultatio, id est Bellorophon qualem equum sedet, nisi Pegasum? quasi *pegasion*, id est *fontem eternum*. Sapia enim bone consultationis eternus fons est. Ideo pennatus, quia mundi naturam universam celeri cogitationum theoria collustrat. Preterea Bellorophon Chimeram occidit. Chimera enim quasi *chymeron*, id est *fluctuatio amoris*, quam tricripitem dicit Fulgentius, et ideo tricripitem, quia tres amoris sint actus, hoc est incipere, perficere et finire. Dum enim amor noviter venit, ut leo feraliter invadit. Quod capra in medio sit vel fingatur, perfectio libidinis est, ea videlicet causa, quod hoc animal sit in libidinem valde pronum. At vero quod postremo draco dicitur, quia post perfectionem vulnus det penitentiae venenumque peccati» etc. Sed quicquid dicat Fulgentius, hoc habet hystoria: Chimeram montem esse Lycie in summitate flammam evomentem, demum leones paululum inferius nutrientem inde capreas alentem et postremo in radicibus serpentum abundantem. Que cum illum redderent inhabitabilem, et circum adjacentibus noxium, Bellorophon, ut alibi dictum est, his nocuis sublati, habitabilem fecit. Preterea videtur placere Plinio in libro *Naturalis hystorie* ad hoc primo equo vehi compertum.¹⁵⁹

LIX. De Laodomia, Bellorophontis filia et Sarpedonis matre.

I Laodomia filia fuit Bellorophontis et Achimenis coniugis eius. Hec autem, cum virgo formosa esset, Iovi placuit, qui cum ea concubuit, et, ut dicit Homerus,¹⁶⁰ ex eo Sarpedonem peperit, qui postea rex Lycie fuit.

3 Questa favola così spiega Fulgenzio. Dice che Bellerofonte, quasi *bulephorunta* (che noi in latino diciamo *consigliere di sapienza*), è colui che disprezza la libidine, cioè Antea; *anthion* infatti in greco, si dice *contrarium* in latino. Antea è moglie di *Preto*, e questo nome in lingua di Panfilia suona *avaro*. E di chi la libidine è sposa, se non dell'avaro? E il buon consiglio, cioè Bellerofonte, su quale cavallo siede, se non su Pegaso, quasi *pegasion*, cioè *fonte eterno*? La sapienza è infatti il fonte eterno del buon consiglio. Pegaso è poi alato perché, con la rapida teoria dei pensieri, percorre l'universa natura del mondo. Inoltre Bellerofonte uccide la Chimera. Questo nome è quasi *chimeron* cioè *fluttuazione dell'amore*, che Fulgenzio dice essere tricripite (leone, capra e drago) «perché tre sono gli atti d'amore: cominciare, operare e finire. Quando infatti l'amore viene in modo non ordinario, invade mortalmente come leone. Che in mezzo alla Chimera ci sia, o sia immaginata, la capra, significa operazione della libidine, cioè sua causa, perché la capra è animale molto libidinoso. Ma la parte posteriore della chimera è detta come drago, perché dopo la soddisfazione, la libidine ci dà la ferita della penitenza e il veleno del peccato» ecc. Ma cheché dica Fulgenzio, la storia è che la Chimera è un monte della Licia, che vomita fiamme dalla cima, che poco più sotto nutre leoni e alleva capre e, alle radici, abbonda di serpenti. Queste caratteristiche, poiché rendevano il luogo inabitabile e nocivo agli abitanti circconvicini, Bellerofonte – come altrove fu detto – lo rese abitabile, togliendo queste cose nocive. Inoltre sembra che Plinio, nella *Naturalis Historia*, creda che Bellerofonte per primo scopersse il trasporto con il cavallo.

LIX. Laodomia, figlia di Bellerofonte e madre di Sarpedonte.

I Laodomia fu figlia di Bellerofonte e di sua moglie Achemenes. Essendo vergine assai bella, piacque a Giove, che giacque con lei e – come dice Omero – da lui partorì Sarpedonte, che poi fu re della Licia.

LX. *De Ysandro, Bellorophontis filio.*

I Ysander, ut Homerus scribit in *Yliade*, filius fuit Bellorophontis et Achimenes. Et cum esset bellum inter Lycios et Solimisos, adversus Solimisos acriter pugnans occisus est.

LXI. *De Yppoloco, Bellorophontis filio, qui genuit Glaucum.*

I Yppolocus, ubi supra dicit Homerus, Bellorophontis fuit filius. Ex quo nil aliud recitat, nisi quod Glaucum genuerit.

LXII. *De Glaucio, Yppoloci filio.*

I Glaucus Yppoloci fuit filius, ut ipsemet in *Yliade*¹⁶¹ interroganti Diomedem dicit. Nam cum iste Troianis venisset adiutor, et die una aliquandiu adversus Diomedem pugnasset, cum eo tandem in colloquium venit, et inter alia qualiter a Sysipho per Glaucum et per Bellorophontem et Yppolocum natus sit, recitavit. Ob quam recitationem memor factus Diomedes veteris amicitie predecessorum suorum, secum convenit ne amplius invicem pugnam inirent. Et hinc inde datis sumptisque muneribus discesserunt. Iste tamen Glaucus in prelio postea occisus est.

LXIII. *De Creonte, Sysiphi filio, qui genuit Creusam.*

I Creon rex fuit Corinthiorum et Sysiphi filius, ut Medee verbis, in tragedia eiusdem, Seneca poeta demonstrat, dicens: «Non veniat unquam tam malus miseris dies. Qui prole feda misceat prolem inclitam, Phebi nepotes Sysiphi nepotibus» etc.¹⁶² Credo hic intelligi Creontem hunc Sysiphi latronis fuisse filium, et ob id Medea tanquam ex turpi genere procreatos, Sysiphi nepotes hic respuit suis filiis consanguineos futuros.

LX. *Isandro, figlio di Bellerofonte.*

Isandro – come scrive Omero nell'*Iliade* – fu figlio di Bellerofonte e di Achemene. Essendo in corso una guerra tra i Lici e i Solimi, combattendo acutamente contro i secondi, fu ucciso.

LXI. *Ippoloco, figlio di Bellerofonte, che generò Glaucio.*

Ippoloco – come sopra dice Omero – fu figlio di Bellerofonte. Null'altro racconta di lui, se non che generò Glaucio.

LXII. *Glaucio, figlio di Ippoloco.*

Glaucio fu figlio di Ippoloco, come egli stesso dice a Diomede, che lo interroga nell'*Iliade*. Glaucio era venuto in aiuto ai Troiani e un giorno aveva combattuto contro Diomede. Alla fine venne a colloquio con lui e, tra l'altro, raccontò che era nato da Sisifo, attraverso Glaucio, Bellerofonte e Ippoloco. Per questo racconto Diomede, ricordando la vecchia amicizia dei suoi cogli ascendenti di Glaucio, si accordò con lui di non combattersi più. E, dati e ricevuti doni, si allontanarono. Ma poi Glaucio fu ucciso in battaglia.

LXIII. *Creonte, figlio di Sisifo, che generò Creusa.*

Creonte fu re di Corinto e figlio di Sisifo, come, con parole di Medea, indica il poeta Seneca nella stessa tragedia dicendo: «Non venga mai ai miseri un così cattivo giorno che mescoli con prole indegna prole famosa, i nipoti di Febo con quelli di Sisifo» ecc. Credo che qui si intenda che questo Creonte fu figlio del predone Sisifo; e perciò Medea qui rifiuta che i nipoti di Sisifo, come nati da una stirpe vergognosa, possano diventare consanguinei coi suoi figli,

LXIV. *De Creusa, Creontis filia, desponsata Iasoni.*

Creusa, ut satis proximo supra patet, filia fuit Creontis Corinthiorum regis et desponsata Iasoni. Quam ob rem indignata Medea, cantaminibus suis ignem inextinguibilem scrineolo inclusit, illudque firmatum, tanquam iocale aliquod, ad eius gratiam filiis promerendam, eiuudem Creuse per filios parvulos misit. Que cum, visura quid muneris mitteretur, scrineolum aperuisset, evolavit ex illo ignis confestim, qui Creusam regiamque Creontis exussit omnem, cum iam Medee filii premoniti discessissent.

LXV. *De Cephalo, Eoli filio, qui genuit Hesperum.*

Cephalus Eoli fuit filius, ut de eo loquens carmen sonat Ovidii, ubi dicit: «Aspicit Eolidem ignota ex arbore factum» etc.¹⁶³ Huic fuit uxor Pocris Erichthei regis filia. Eam tamen dicit Servius Yphili fuisse filiam. Fuit et hic ab Aurora dilectus, que, ut dicit Servius,¹⁶⁴ illi dedit canem vocatum Lelapam et hastilla duo, omnia que vellet contingentia, eo quod venationibus delectaretur. Cui cum eius postularet amplexus, respondit Cephalus, se ius iurandum habere cum coniuge mutue castitatis. Cui Aurora: «castimoniam Pocris finis transformatus experiaris».¹⁶⁵ Qui cum se mercatorem finxisset, et munera ingentia promississet, eam in suum desiderium flexit et turbatus se maritum confessus est. Ovidius vero dicit quod, cum Aurora Cephalo uteretur amplexu, et hic nil preter Pocrim amaret, ab Aurora indignante dictum: «Siste tuas, ingrata, querelas, Pocrin habe, dixit, quod si mea provida mens est, Non habuisse vales» etc.¹⁶⁶ Quibus auditis, cepit Cephalus de pudicitia coniugis suspicari, et experturus in mercatorem se transtulit, et domum veniens suam, cum omnia castitati congruentia cerneret, a cepit desistere voluit. Tandem perseverans in proposito, muneribus pactus est eius concubitum. Quo facto se esse Cephalum

LXIV. *Creusa, figlia di Creonte, sposata a Giasone.*

Creusa, come subito sopra si è visto, fu figlia di Creonte re di Corinto e sposata a Giasone. Di ciò sdegnata Medea, con le sue arti magiche, chiuse in una cassetta un fuoco inestinguibile e lo mandò chiuso, come un gioco, per mezzo dei suoi piccoli figli, alla stessa Creusa, per ottenere il suo favore ad essi. Creusa aprì la cassetta, per vedere che dono le fosse mandato; e da quello d'un tratto volò il fuoco che bruciò Creusa e tutta la reggia di Creonte, mentre i figli di Medea preavvisati, si erano allontanati.

LXV. *Cefalo, figlio di Eolo, che generò Espero.*

Cefalo fu figlio di Eolo – come, parlando di lui, recita il verso di Ovidio: «Vide in mano all'Eolide [un giavellotto] fatto col legno di una pianta a lui sconosciuta» ecc.

ebbe per moglie Procri figlia del re Eretteo. Ma Servio dice che fu figlia di Ifilo. Anche Cefalo fu amato dall'Aurora, che – come dice Servio – gli diede un cane chiamato Lelape e due lance che avrebbero colpito chi volesse (poiché si diletta di caccia): Aurora gli chiese il suo amplesso e Cefalo inseppe che aveva con la moglie un giuramento di reciproca castità. Ma l'Aurora: «Ti prego di cercare la prova della castità di Procri, prendendo le sembianze di un altro». Cefalo si finse mercante e promise alla moglie grandi doni, piegandola al desiderio di sé. Poi, turbato, le dichiarò di essere suo marito. Ovidio invece dice che l'Aurora, mentre si congiungeva con Cefalo, e questi diceva di non amare nessuna, eccetto Procri, ella sdegnata gli disse: «Finisci, ingrato, di lamentarti. Tienti la tua Procri. Se io ben vedo nell'avvenire, vorrai non averla amata» ecc. Udito ciò Cefalo, cominciò a sospettare della pudicitia della moglie e, per farne prova, si mise abito di mercante e venne alla sua casa; e, vedendo che tutto era conforme alla castità di Procri, decise di desistere dalla prova. Alla fine, perdurando nel proposito, pattui con doni il suo concubito. Dopo ciò si rivelò come Cefalo

demonstravit. Pocris autem criminis conscia, erubescens, in silvas abiit, et adhesit Diane, cepitque una cum ea venari. Cui Diana canem dedit et iaculum. Porro cum precibus illam ad se revocasset Cephalus, ab ea canem et iaculum habuit. Ipse autem venationibus vacans, more solito fervescente sole secedebat in umbras, auram refrigerii causa cantu vocans. Rusticus autem quidam, nympham vocari putans, Pocris retulit. Que zelo percita, ut videret quenam esset que vocata accederet, inter virgulta vallis se abscondit, et cum audisset Cephalum blanda voce auram vocantem, movit se paululum, ut videret quod vidisse noluisset. Cephalus viso virgultorum motu, feram ratus, iniecit iaculum, et inadvertens vulneravit uxorem. Que in ulnis eius suscepta, orans ne Aura loco sui duceretur uxor a Cephalo, expiravit. Anselmus autem videtur credere¹⁶⁷ hanc Auram fuisse feminam, et scribit Cephalum ex ea suscepisse Hesperum filium. Quod et Theodontius arbitratur, et sic erit hystoria et non fictio quod narratur.

LXVI. *De Hespero, Cephalii filio.*

I Hesperus, alter a superiori,¹⁶⁸ filius fuit Cephalii et Aure seu Aurore, ut dicit Anselmus ubi *De Ymagine mundi*.¹⁶⁹ De quo, nomine excepto, nil aliud reperitur.

LXVII. *De Athamante, Eoli filio, qui genuit Frixum, Hellem, Learcum et Melicertem.*

I Athamas rex filius fuit Eoli, ut satis per Ovidium patet.¹⁷⁰ Ex quo talem Servius hystoriam refert.¹⁷¹ Dicit enim quod Athamas habuit Neyphilem uxorem, ex qua suscepit Frixum et Hellem, verum cum, insania Liberi patris concitata, in silvas abiisset, Athamas filiis eius Ynoem Cadmi filiam superinduxit novercam. Que, uti novercarum mos est, privignis exitium ma-

lo. Procri allora, consapevole della sua colpa, arrossendo andò nelle selve e si votò a Diana e cominciò con essa a cacciare. Diana le diede un cane e un giavellotto. Poi Cefalo la richiamò a sé con preghiere ed ebbe da lei il cane e il giavellotto. Egli poi, attendendo alla caccia, di solito quando il sole ardeva, si ritirava all'ombra degli alberi e, per rinfrescarsi, cantando invocava l'aria. Un contadino, credendo che chiamasse la ninfa, lo riferì a Procri. Spinta dalla gelosia, essa si nascose tra gli arbusti della valletta per vedere chi fosse quella che, chiamata, andava da Cefalo. Quando udì che Cefalo con voce carezzevole chiamava l'aura, si mosse un po', per vedere ciò che non avrebbe voluto. Cefalo, visto il movimento degli arbusti, credendo fosse una fiera, lanciò il giavellotto e, senza accorgersene, ferì la moglie. Accolta nelle sue braccia, morì, pregandolo che al suo posto non sposasse Aura. Anselmo [ma: Onorio] invece sembra credere che quest'Aura fosse una donna e scrive che Cefalo ne ebbe il figlio Espero. Ciò crede anche Teodonzio, e così sarà storia, non favola quella che si racconta.

LXVI. *Espero, figlio di Cefalo.*

I Espero, diverso da quello di cui più sopra, fu figlio di Cefalo e di Aura o Aurora, come dice Anselmo [ma Onorio] nel *De imagine mundi*. Eccetto il nome, nulla si trova di lui.

LXVII. *Atamante, figlio di Eolo, che generò Frisso, Elle, Learco e Melicerte.*

I Il re Atamante fu figlio di Eolo, come ben risulta in Ovidio. Servio riferisce di lui questa storia. Dice che Atamante dalla moglie Nefelee ebbe i figli Frisso ed Elle; ma poiché la moglie, per la follia suscitata dal padre Libero, se ne andò nelle selve, Atamante diede ai figli, in suo luogo, per matrigna Ino, figlia di Cadmo. Ella, come son solite le matrigne, ordì la rovina dei figliastri, accordandosi con le donne che guastassero il grano che

2 chinata, cum matronis egit ut frumenta serenda corrumperent; quo peracto, fames valida subsecuta est. Tandem cum ad consulendum Apollinem misisset Athamas, Yno eum, qui missus fuerat, dolose corrupit, egitque ut referret ab oracolo dictum Neyphilis filios ad famem auferendam immolandos, quos et ipsa accusaverat quod frumentum incendissent. Athamas autem invidiam plebis timens, Frixum et Hellem publice arbitrio commisit noverce; clam autem illis salutare concessit remedium, egitque ut Frixus aureum abduceret arietem. Qui Iunonis nuto monitus, una cum Helle sorore sua illum conscendens
 3 mortem evitavit et abiit. Inde superaddit Ovidius¹⁷² Iunonem excitasse ad inferis Furias in Athamantem, que venientes in aulam, in qua forte tunc erat Athamas, eum colubribus iniectis in tantam deduxerunt insaniam, ut dum videret Ynoem ad se venientem cum duobus filiis, leenam illam crederet, et filios suos leene catulos; quam ob rem, emissio clamore ingenti, in eos irruit, ut Learcum ex filiis alterum ex ulnis matris excerptum totis viribus illideret saxo. Quod Yno videns territa, cum Melicerte filio altero fugiens, se ex rupe, que Leucotoea dicitur, precipitem dedit in mare.¹⁷³ Quid tandem de Athamante factum sit, nullum extat vestigium. Iunonem, regnorum et divitiarum deam, Thebanis infestam sepiissime poete dicunt propter crebram regum apud eos mutationem; ex qua profecto populi
 4 mala consequuntur plurima. Verum quod ad Athamantem spectat, dicit Barlaam Ynonis odium in privignos egisse ut opere cuiusdam Arietis nutritoris Frixii, Frixus ipse cum sorore Helle cum omni ornatu regio et thesauro aufugerent, quod Yno dolens non tantum Athamantem infestabat iurgiis, quod regnum spoliasset divitiis et splendore regio, sed omnes regni proceres in eum tanquam in regni desolatorem incenderat, quibus impulsus Athamas et in Ynoem accensus, non in eam solum, sed in filios, quos ex ea susceperat, die quadam, more furentis irrupit, et secutum exinde est quod supra dictum est.

doveva essere seminato; e, ciò fatto, ne seguì una grave carestia. Alla fine Atamante mandò a consultare l'oracolo; ma Ino
 2 corruppe con inganno colui che era stato mandato a interrogarlo e fece sì che ne riportasse il responso che, per far cessare la carestia, dovevano essere immolati i figli di Nefele, che già da lei erano stati accusati di aver bruciato il grano. Ma Atamante, temendo l'invidia della plebe, affidò, bensì pubblicamente, all'arbitrio della matrigna i figli Frisso ed Elle; ma nascostamente offrì ad essi un rimedio salutare e fece in modo che Frisso portasse via il montone d'oro. Frisso, avvertito da un cenno di Giunone, salendo sul montone con la sorella Elle, evitò la morte e se ne andò. Poi Ovidio aggiunge che Giunone
 3 eccitò dall'inferno le Furie contro Atamante. Esse entrarono nell'aula in cui si trovava e gli gettarono addosso serpenti e lo portarono a un punto tale di follia che, mentre vedeva Ino che gli veniva incontro coi due figli, la credette una leonessa e i figli suoi cuccioli; e così, gettando un potente grido, irruppe su di essi e, con tutte le forze, schiacciò ad un sasso uno dei figli, Learco, strappato alle braccia della madre. Ino, vedendo atterrito il gesto di Atamante, fuggì con l'altro figlio Melicerte e si gettò a precipizio nel mare dalla rupe, che è detta Leucotoe. Non resta traccia di ciò che infine sia accaduto di Atamante. I poeti dicono che molto spesso Giunone, dea dei regni e delle ricchezze, fu ostile ai Tebani per i loro frequenti cambiamenti di re: dai quali certo conseguono ai popoli molti mali. Ma per
 4 ciò che riguarda Atamante, dice Barlaam che l'odio di Ino verso i figliastri fece sì che, per opera di un certo Ariete, allevatore di Frisso, lo stesso, con la sorella Elle, poté fuggire con tutti gli ornamenti regali e il tesoro. Di ciò dolendosi Ino, non solo molestava Atamante con litigi per aver spogliato il regno delle ricchezze e dello splendore regale, ma aveva acceso contro di lui, come rovina del regno, tutti i principi di esso. Spinto dallo sdegno e acceso d'odio contro Ino, Atamante un giorno irruppe, come furioso, non solo su di lei ma anche sui figli, che da lei aveva avuto; e ne seguì ciò che sopra si è detto.

LXVIII. *De Frixo et Helle, filiis Athamantis.*

1 Frixus et Helles filii fuere Athamantis regis et Neyphilis, in quos dum Yno noverca machinaretur mortem, ipsique, ut dicit Lactantius,¹⁷⁴ per insulam ferentur incerti, eis a matre aries aurei velleris apparatus est. Servius autem supra dixit a patre, eaque iubente illum conscenderunt ambo, Colcos usque petitori salutem. Quos cum per mare deferret aries, contigit ut Helles perterrita caderet in pontum, et confestim a vertigine raperetur aquarum; ex quo secutum est ut eternum illi ponto cognomen imponeret. Nam ab ea demersa de cetero semper *Hellespontus* illa maris particula, in qua periit, appellata est. Frixus autem incolumis devenit ad Oetham Colcorum regem, et cum ab eo comiter fuisset susceptus, iuxta matris imperium arietem sacravit Superis. Alii Marti tantum consecratum volunt. Et, ut scribit Pomponius Mela,¹⁷⁵ iuxta Phasis fluminis hostia oppidum a Themistagora Milesio conditum est, et Phasim denominatum, penes quod Frixo templum, et lucus fuit nobilis aurei velleris ariete. Frixo tandem Oetha filiam dedit in coniugem, puto ego Calciopem. Verum cum, oraculo dicente, audisset ut sibi cave-ret ab Eoli prole, sciretque Frixum Eoli nepotem, esto illi filiam in coniugem dedisset, et iam Frixus ex ea filios suscepisset, sibi magis timens quam genero parceret, ad evitandum periculum illi prenuntiatum, Frixum interfecit incautum.

3 Quod autem hic fabulosum videtur et, si supra secundum opinionem Barlae expositum sit, libet aliorum sensum apponere. Sunt ergo qui dicant Frixo et Helli navem ad fugam fuisse paratam, cui aries aureus esset insigne. Eusebius autem dicit¹⁷⁶ a Palefato affirmari Arietem vocatum fuisse nutritorem, per quem a novercalibus insidiis liberati sunt. Sed quid ergo diis seu Marti consecratum fuit a Frixo, si navis tantum aut nutritor
4 Aries fuit? Ego autem quod dicit Barlaam aut verum aut veritati proximum reor. Et quod a matre illi sit aries apparatus, sic

LXVIII. *Frisso ed Elle, figli di Atamante.*

Frisso ed Elle furono figli del re Atamante e di Nefele. Contro di loro la matrigna Ino macchinò la morte; e mentre essi incerti — come dice Lattanzio — vagavano per l'isola, la madre apprestò loro un montone dal vello d'oro. Servio poi sopra citato dice che fu il padre ad offrire il montone e che, per ordine della madre, i fratelli vi salirono per cercare salvezza nella Colchide. Mentre il montone li portava attraverso il mare, Elle spaventata vi cadde e fu subito travolta dal vortice delle acque; e ne seguì che essa impose per sempre a quel mare il suo nome. Infatti da allora in poi quella parte di mare, in cui peri, fu chiamata Ellesponto, dal nome di lei sommersa. Frisso invece giunse incolume da Eeta, re della Colchide e, accolto amichevolmente da lui, secondo l'ordine della madre, consacrò il montone agli dei. Altri vogliono che sia stato consacrato solo a Marte. E, come scrive Pomponio Mela, presso le foci del fiume Fasi, Temistagora Milesio fondò una città che chiamò Fasi, presso la quale ci fu un tempio a Frisso e un bosco sacro, famoso per il montone dal vello d'oro. Alla fine Eeta diede una figlia in moglie a Frisso, io credo Calciope. Ma, avendo saputo dall'oracolo di guardarsi dalla prole di Eolo, consapevole che Frisso era suo nipote sebbene gli avesse dato in moglie la figlia, e già Frisso avesse da lei avuto dei figli, temette per sé, più che risparmiare il genero; e, per evitare il pericolo preannunciatogli, uccise Frisso, che non se ne era guardato.

3 Ciò a me pare invece favoloso; e se sopra si è fatto il racconto, secondo l'opinione di Barlaam, mi piace aggiungere il significato proposto da altri. Alcuni dicono dunque che fu preparata a Frisso ed Elle per la fuga una nave che aveva per insegna un montone d'oro. Eusebio invece scrive che Palefato afferma essersi chiamato Ariete l'allevatore, dal quale i fratelli furono liberati dalle insidie della matrigna. Ma perché dunque mai Frisso sacrificò agli dei o a Marte, se l'ariete fu solo la nave, e l'allevatore fu uno di nome Ariete? Io dunque credo vero, o molto vicino al vero, quello che dice Barlaam. E il fatto che il montone sia stato apprestato dalla madre può essere inteso così. Ab-

potest intelligi. Diximus enim supra eam non mortuam, sed in silvas aufugisse, que vivens potuit tanquam conscia filio revelasse thesauri locum, et sic arietem aureum preparasse. Marti autem ideo consecratus est aries, ut intelligamus reges congregare thesauros et servare, ut eis opitulantis volentes bellum possint inferre, aut a se instante oportunitate repellere. Scribit insuper Eusebius¹⁷⁷ hoc, secundum quosdam, fuisse regnante Athenis Erichtheo, Argis vero Abante anno mundi $\text{m}^{\text{m}} \text{dccc} \text{xx}$; secundum autem alios, regnante Argis Preto, anno vero mundi $\text{m}^{\text{m}} \text{dccc} \text{xliii}$.

LXIX. De Cythoro, Frixi filio.

¹ Cythoros filius fuit Frixi, ut in *Cosmographia* testatur Pomponius Mela.¹⁷⁸ Dicit enim circa Parthenium amnem inter alias esse Cythosorum civitatem, a Cythoro Frixi filio positam. Hic ² cum aliis Frixi filiis, ut dicit Lactantius,¹⁷⁹ Frixo occiso, intravit mare, ut ad Athamantem avum aufugeret, sed naufragio vexatus, ab Ensones Jasonis patre una cum fratribus susceptus est; nomina tamen fratrum non vidimus.

LXX. De Learco et Melicerte filiis Athamantis.

¹ Learcus et Melicertes filii fuerunt Athamantis ex Ynone Cadmi filia, ut supra dictum est. Hi, ut premonstravimus, parvuli periere; nam Learcus saxo illis a patre obiit; Melicertes autem, cum se una cum eo Yno mater dedisset in undas, absorptus est. Aiunt tamen Venerem, misertam eorum, orasse Neptunum ut numero deorum maris illos iungeret, quod factum est. Et ob id Yno *Leucotoe* vocata est a *rupe*, ex qua se deiecit in mare, latine tamen *Amatuta* dicitur. Melicertes vero *Palemone* dictus est, qui latine sonat *Portunus*, et veneratione precipua templis et sacris ritu deorum culti fuere iam dudum. Ser-

biamo detto sopra che essa non morì, ma fuggì nelle selve; e vivendo poté, essendone consapevole, rivelare al figlio il luogo del tesoro; e così aver preparato il montone d'oro. Esso fu poi consacrato a Marte per farci intendere che i re ammassano tesori e li conservano per poter portare, volendolo, guerra, con l'aiuto di quelli, e cacciarli da sé, in caso di necessità. Scrive inoltre Eusebio che ciò, secondo alcuni, accadde durante il regno in Atene di Eretteo e di Abante in Argo, nell'anno del mondo 3920; invece, secondo altri, mentre in Argo regnava Preto, cioè nell'anno del mondo 3943.

LXIX. Citisoro, figlio di Frisso.

Citisoro fu figlio di Frisso, come nella *Chorographia* attesta ¹ Pomponio Mela. Dice infatti che presso il fiume Partenio ci fu, tra le altre, la città dei Citosi, fondata da Citorio, figlio di Frisso. Questi, con altri figli di Frisso – come dice Lattanzio – ² dopo l'uccisione del padre, entrò in mare per rifugiarsi presso il nonno Atamante; ma, sbattuto da un naufragio, fu accolto, insieme coi fratelli, da Esone, padre di Giasone. Non abbiamo però visto i nomi dei fratelli.

LXX. Learco e Melicerte, figli di Atamante.

Learco e Melicerte furono figli di Atamante da Ino, figlia di ¹ Cadmo, come sopra si è detto. Questi, come abbiamo prima indicato, morirono fanciulli; Learco morì schiacciato dal padre ad un sasso; Melicerte annegò, poiché con lui la madre Ino si era gettata in mare. Dicono tuttavia che Venere, avendo compassione di loro, pregò Nettuno che li mettesse nel numero degli dei del mare; e così accadde. Perciò Ino fu detta *Leucotoe*, dalla rupe dalla quale si gettò in mare; in latino si dice *Amatuta*. Melicerte poi fu detto *Palemone*, che in latino suona *Portunus*; e con templi e sacrifici furono venerati a lungo come ² dei. Servio invece dice che Melicerte dalla Beozia andò per ma-

vius autem dicit¹⁸⁰ Melicertem a Boetia navigio Ithsmos adisse, eumque demum ab Etyope rege susceptum et Ithsmia sacra, que in honorem Neptuni celebrabantur, facta Melicerthia. Et hinc est quod a Neptuno numero marinorum deorum ascripti sunt. Theodontius addit causam dicens quod, cum Yno forma valeret et etate, et Melicertes speciosissimus esset puer, et fugientes navigio devenissent ad Sysiphum, qui et Etyops a non nullis vocatus est, ipsum Etyopem in libidinem pronum eorum abusum fuisse concubitu, et in premium eius eos maris fecisse deos, et sic apparet Venerem pro eis interpellasse. Et alibi dicit idem Theodontius Etyopem illos profugos portui prefecisse, eisque in cotidianos sumptus proventus omnes ex portu dedisse, et hinc illis nomina immutata.

LXXI. *Cur auctor Alexandrum Macedonem et Scipionem Africanum inter Iovis filios non apponat.*

Poteram, si placuisset, tam amplissime tercii Iovis proli duos illustres addere viro, Alexandrum scilicet Macedonem Asye domitorem, et Publium Cornelium Scipionem, cui concessum est et Hispanias ab Affris occupatas recuperare, et ipsos Afros Romanis subigere. Verum quoniam iam horum evo in disuetudinem abisse videtur stultitia vetus illa, qua gloriabantur insignes fictionibus generi deorum claritas quereretur, hac extulisse secula, in quibus per virtutem claritas quereretur, hac extulisse illos fictione potius quam splendor videretur ridiculum, omitendos censui. Preterea quod ambitione queritur atque fraude, aut taciturnitate respuitur, non satis iuste conceditur. Passus enim primo Alexander est fabulari Iovem anguis in specie cum Olympiade matre mixtum, et se genitum ex concubitu illo.¹⁸¹ Inde iam non contentus titulorum multiplicium, quos fortuna audacie sue favens splendori addiderat suo, quod satis vulgi fabula non videbatur quesitum, fraude Iovem in patrem sibi

re a Corinto e che fu accolto dal re Etiope e che i giochi sacri Istmici, che erano celebrati in onore di Nettuno, furono detti Melicerti. E da ciò deriva che da Nettuno (Ino e Melicerte) furono ascritti a dei del mare. Teodonzio vi aggiunge la causa, dicendo che, essendo Ino bellissima e giovane e Melicerte un fanciullo splendido, fuggendo giunsero a Sisifo, che fu da alcuni anche chiamato Etiope; e che lo stesso Etiope, incline alla libidine, abusò di loro e in premio di ciò li fece dei del mare; e così appare che Venere intercedesse per loro. Altrove dice Teodonzio che Etiope promise quei fuggitivi al governo del porto e che ad essi diede tutto il ricavato da quello per le spese quotidiane; e che da ciò non furono mutati i loro nomi.

LXXI. *Perché l'autore non mette Alessandro il Macedone e Scipione Africano tra i figli di Giove.*

Avrei potuto, se mi fosse piaciuto, a questa numerosa prole del terzo Giove aggiungere due nomi illustri, cioè Alessandro il Macedone, domatore dell'Asia e Publio Cornelio Scipione, al quale fu concesso, e di recuperare la Spagna, occupata dai Cartaginesi e di sottomettere questi ai Romani. Ma poiché già al loro tempo pare fosse caduta in desuetudine quell'antica stoltezza, per la quale i famosi si gloriavano, per le finzioni dei poeti, di essere ascritti al genere degli dei, ed erano ormai venuti i tempi nei quali si cercava la fama nella virtù; ho creduto opportuno di ometterli poiché mi sembrava motivo di ridicolo, più che di splendore, esaltarli con questa finzione. Inoltre, ciò che si cerca con l'ambizione e la frode, o si rifiuta con il silenzio, non ben giustamente si concede. Prima infatti Alessandro ammise che si favoleggiasse che Giove si era congiunto, sotto specie di serpente, con la madre Olimpia e che da quella unione lui era nato. Poi, non contento di numerosi titoli che la fortuna, favorendo la sua audacia, aveva aggiunto al suo splendore, con l'inganno, subornando perciò sacerdoti di Ammone libico, si sforzò di attribuirsi Giove come padre; ciò che non gli

querere conatus est, sacerdotibus ad hoc Amonis libyci subornatis. O insipidum incliti iuvenis desiderium! Malle potius se ex adulterio quam ex connubio genitum, malle matrem habere incestuosam potius quam pudicam, malle draconis se filium credi, quam Phylippi clarissimi regis, et potius spurium quam legitimum arbitrari. O mortalium mentium, non solum inanis, sed detestanda gloria! Is qui continue in oculis amicorum patiebatur mortalia, per mendaciorum fascinationes ab eisdem se immortalem existimari cupiebat insipide.

3 Sed quid tandem? Hanc ob causam reicitur merito, ne fraude gaudeat qui virtute poterat laudari. Scipio autem, et si murmure vulgi diceretur a Iove in specie serpentis in cubiculo matris versato genitus, et ob id, et quoniam noctu eunti in Capitolium nunquam latrarent canes occurrentes, et eius etiam operantibus meritis videretur augeri fabule fides, et si non negaverit, cum sapientissimus esset, confiteri nunquam voluit.¹² Quam ob rem cum frivolo honori tacite renuntiasset videatur, non est meum illum eidem expresse concedere. Et sic cum nusquam alios Iovis compererim filios vel nepotes, et sibi fecerit prosapia finem, ego eque libello conficiam.

sembrava procurato abbastanza dalle dicerie popolari. Oh stolto desiderio del giovane illustre! Preferire di essere nato da un adulterio piuttosto che da un matrimonio, preferire di avere una madre incestuosa piuttosto che pudica, preferire di esser creduto figlio di un serpente piuttosto che del chiarissimo re Filippo, e bastardo piuttosto che legittimo. Oh delle menti umane non solo inutile, ma detestabile gloria! Questi che continuamente agli occhi degli amici sopportava vicende mortali, stoltamente desiderava con l'incanto delle menzogne esser creduto dagli stessi immortale.

Ma che in fine? Per questo motivo meritamente è respinto, perché non goda della frode chi poteva esser lodato per il valore. Scipione invece, sebbene dalla voce del volgo si dicesse che era stato generato da Giove, entrato nella stanza della madre sotto le specie di un serpente (e perciò quando di notte entrava in Campidoglio, non abbaivano i cani che gli andavano incontro); e anche perché i suoi meriti sembravano aggiungere credito alla favola, non negò la sua origine, ma, essendo sapientissimo, non volle mai confermarla. Perciò, sembrando che tacitamente abbia rinunciato a questo frivolo onore, non è affar mio concederglielo espressamente. E così, non avendo in altro luogo trovato figlio o nipoti di Giove, e la stirpe è finita, io pure porrò fine al libro.

Genealogie Deorum gentilium secundum Johannem Boccacium de Certaldo liber decimus tertius explicit, et incipit liber decimus quartus eiusdem feliciter.

In quo auctor, obiurationibus respondens, in hostes poetici nominis invehit.

*Prohemium.*¹

1 Orci domos opacas et celo remotissimas, animarum sontium
sedes, esto titubanti gradu, divina tamen luce previa perambulavimus, et maris amplissimi non solum scabrosa litora, quin
imo et insulas, vario sub sole iacentes, indefessa navigatione per circuitum quesivimus omnes, ac insuper eius profundissimos gurgites adeo perspicaci quadam indagatione sulcavimus,
2 ut Neptuni ceruleas edes atque Prothei senis et nynpharum choros et thalamos, ac etiam eiusdem pelagi beluas et agmina piscium, et fluminum viderimus capita. Post hec et urbes preclaras et umbrosa nemora, silvas invias, celsos montes et lubricas valles, atque abscondita rupibus antra, nec non et equora tractu longissima, ac solitudines ipso horrendas nomine peragravimus. Et quasi sumptis Dedali pennis, audaci quodam volatu, in celum usque meditatione delati, Iovis aureum thronum, Solis auream domum,² deorum atria, templa ingentia gemmis et auro conspicua, et consistorium Superum mira luce splendidum atque venerabile, et syderum claritates perpetuas et eorum flexus atque reflexus et admirabili compositos ordine motus prospeximus; et undique, clementissime rex, iuxta promissum, veteris naufragii, prout concessum est, desuper frag-

Delle Genealogie deorum gentilium di Giovanni Boccaccio da Certaldo finisce felicemente il tredicesimo libro; del medesimo incomincia felicemente il quattordicesimo libro, nel quale l'autore replicando alle accuse, inveisce contro i nemici della poesia.

Proemio.

Con passo incerto, ma preceduti da una luce divina, abbiamo percorso le oscure dimore dell'inferno, lontanissime dal
cielo, sedi delle anime colpevoli; e abbiamo aggirato, con instancabile navigazione, non solo gli scogliosi lidi del mare immenso, ma anche tutte le isole che stanno sotto i vari cieli; ed inoltre abbiamo solcato i profondissimi gorghi, con sguardo così penetrante da vedere le azzurre dimore di Nettuno e del vecchio Proteo, i cori e i talami delle ninfe e perfino, dello stesso mare, gli animali e le schiere dei pesci e le sorgenti dei fiumi. Dopo ciò abbiamo attraversato famosissime città, ombrosi boschi, selve impervie, alti monti e valli malsicure e grotte nascoste nelle rupi e lunghissimi mari e luoghi solitari; orrendi per il loro stesso nome. Poi quasi avendo indossate le ali di Dedalo,
3 portati dalla meditazione con ardito volo fino al cielo, abbiamo visto il trono aureo di Giove, la casa aurea del sole, gli atrii degli dei, i grandi templi, fulgidi di gemme e d'oro e il concistoro dei Celesti, splendido e venerabile per la luce meravigliosa e i lumi perpetui delle stelle e i loro giri e rigiri e i loro movimenti composti in ordine mirabile; e d'ogni parte, o re clementissimo, secondo la promessa, abbiamo raccolto – per quanto ci è stato concesso – i frammenti dell'antico naufragio e li abbiamo, secondo le forze del nostro ingegno, ridotti in un sol corpo, qua-

menta collegimus, et in unum corpus, quaecunque sit, pro viribus ingenii nostri redegimus,³ adeo ut a Demogorgone, quem primum deorum omnium errantes prisci dixere, initio sumpto, per eiusdem successiones ordinate ad extremum usque Iovis tercii filium Eolum eiusque Eoli Athamantem, et Athamantis Learcum et Melicertem filios deduximus,⁴ omni diligentia adhibita, ut tuum desiderium impleretur. At inde, ne in aliquo tuis votis videretur omissum, aut quos comperimus ex antiquis, aut quos mea sententia approbavi fictionibus cunctis sensus apposuimus,⁵ ut ipse, prestante Deo, visurus es.

- 4 Quibus sic peractis, quasi in quesitam a principio stationem seu sinum venerimus, suadebat quietis desiderium ut in litus ex navigio prosilirem, et, sacro gratiarum Deo exhibitori rite peracto, laborum victricis cybe⁶ lauros apponere, et inde in exoptatum ocium ire. Attamen consilium longe probabilius menti desuper infudit Deus. Monemur enim autoritate prudentum ut ex preteritis quid futurum sit, coniectura prenoscamus. Agitari quippe procellis infestis non nunquam in perniciem usque, nisi premunita sint, permaxima etiam consuevere navigia; quid ergo navicule futurum arbitrandum est, si medio in salo soluta et absque gubernatore linquatur? Non ergo parvus adhuc superest labor; proresiis quippe alliganda est continenti et ancoris fundanda validis, ac etiam, quibus possumus, tegenda tumentis est, ne ab ignitis strepentis etheris fulminibus exuratur, seu ab ymbribus mixtis grandine diluatur, aut a stridulo Aquilone, turbido Austro, furenti Euro, Lybico aliisque, nullo perflantibus ordine, scopulis aut litori illidatur, vel forsan ab undis fluctuantibus absorbatur et pereat, quam sudore plurimo per euripos et sonantia saxa, per maris estus et mille pericula incolumem itineris in finem usque deduximus. Que quidem tunc peregrisse reor, dum obiecta iam dudum aut obicienda in poemata et poemata ab hostibus poetici nominis rationibus veris re-
- 5
- 6

le che esso sia; cosicchè, preso il principio da Demogorgone, che i fallaci antichi dissero primo di tutti gli dei, lo abbiamo condotto ordinatamente e con ogni diligenza attraverso le successioni di quello, fino ad Eolo, ultimo figlio del terzo Giove, e ad Atamante di Eolo, e a Learco e Melicerte di Atamante; e ciò affinché fosse appagato il tuo desiderio. Ma poi – per non mancare in qualche parte ai tuoi voti – abbiamo aggiunto a tutte le favole i significati, o che abbiamo appreso dagli antichi, o che per mia opinione ho approvato: come tu stesso, Iddio concedendolo, sei per vedere.

Adempiuti tali propositi, il desiderio di riposo mi persuadeva – quasi fossimo giunti a quel rifugio o porto dal principio ricercato – a saltar giù dalla nave sul lido e – dopo aver reso convenientemente a Dio santo, datore di grazie, il rituale sacrificio – a porre le corone d'alloro sulla barca vittoriosa delle fatiche; e ad andarmene poi all'ozio desiderato. Epperò un ben più lo-devole consiglio Dio m'infuse dall'alto nella mente. Siamo infatti ammoniti dall'autorità dei saggi a prevedere, per congettura dal passato, l'avvenire. Anche le più grandi navi, se prima non ben attrezzate, sono state squassate dalle avverse tempeste fino alla rovina; e che dunque è da pensare accadrà ad una navicella, se sia lasciata sciolta e senza nocchiero in mezzo al mare? Non è piccola dunque la fatica che ancora ci resta: occorre legare con le gomene la barca alla riva e assicurarla con valide ancore; e anche, per quanto possibile, proteggerla con mezzi di difesa, affinché non sia bruciata dagli infuocati fulmini del cielo fragoroso, o dissolta da piogge miste a grandine, o non sia sbattuta sugli scogli o sul lido dal sibilante Aquilone o dal tempestoso Austro o dal furioso Euro o dal Libeccio, o da altri venti che spirano senz'ordine alcuno; o, forse, affinché non sia inghiottita dalle onde agitate e non perisca, quella che, fino al termine del viaggio, abbiamo condotta incolume, con estrema fatica, attraverso gli stretti e gli scogli sonanti, le tempeste del mare e mille pericoli. Io credo che avrò provveduto alla sicurezza della mia nave quando con validi argomenti avrò confutato le obiezioni già fatte o che si possono fare alla poesia e ai poemi da parte dei loro nemici. So inverò, e ben ricordo, quan-

4

5

6

tuero.⁷ Novi equidem et memini, quot et que ignari dixerint, non habentes in contrarium responsorem; et hinc, dum hoc perlegent opus, invidia infestante, quid in poetas et quid in me dicturi sunt, satis percipio. Labori igitur huic extremo, qui duobus voluminibus terminabitur, auxilium desuper fundat. Qui rerum omnium alpha et ω, principium est et finis.⁸

I. *Alloquitur auctor regem.*

1 Veniet, opitulante Christo Ihesu, quoniam sic michi propositum est, rex illustris, opus hoc, antequam alibi gradum flectat, in sacras Celsitudinis tue manus, ut, cuius iussu factum est, se primo illius exponat iudicio et eidem pro viribus prestat obsequium. Quod postquam benigne susceptum conspexeris, omne, et sublimi ingenio tuo partes eius quascunque discusseris, miraberis quod in tam protensum volumen postulatum tue claritatis evaserit, quantumcunque ob librorum penuriam multis in locis non satis integrum putem. Et forsitan legens latentes nuper sub rudi cortice sensus nunc productos in lucem, non aliter quam si ex igneo globo recentes scaturire latices videas, mirabundus aspicias, teque ipsum modesta quadam delectatione laudabis, quod iam dudum de poetis vera arbitratus sis, eos scilicet non fabulosos simpliciter fuisse homines, ut invidi quidam volunt, sed eruditissimos quidem atque divino quodam animo et artificio preditos. Verum, collectis omnibus, qualis de opere toto tua existimatio futura sit non satis certum habeo; hoc tamen mecum cogito te de corpore et membris, sola agente iustitia, sanam et integram laturum sententiam; ac etiam opinor quia minus apta regia caritate tua redargues, et commendabis que laudanda comperies. Magnum quippe, imo maximum hoc michi erit, et iam spe ipsa letor et gaudeo. Ceterum, cum iam visum illud in amicorum manus visendum tradideris, et tua licentia prohibet in medium, reor, non equa sic ab omni-

te e quali cose dissero gli ignoranti, non trovando chi li controbattesse; e quindi posso immaginare ciò che, mossi da invidia, leggendo quest'opera, potranno dire contro i poeti e contro di me. A quest'ultima fatica dunque, che sarà espletata in due libri, presti aiuto dal cielo Chi di tutte le cose è alfa e omega, principio e fine.

I. *L'autore si rivolge al re.*

1 Coll'aiuto di Gesù Cristo verrà quest'opera – tale è il mio proposito – o re illustrissimo, nelle sacre mani della tua Altezza prima di piegare il passo altrove, affinché, anzitutto, si esponga al giudizio di colui, per ordine del quale è stata composta e gli presti ossequio secondo le sue forze. E tu, dopo averla benevolmente accolta, poi che l'avrai globalmente esaminata e ne avrai col tuo ingegno sublime ricercate tutte le parti, ti meraviglierai che la richiesta della tua maestà abbia avuto esito in così esteso volume, benché, per mancanza di libri, credo che in molte parti l'opera non sia abbastanza completa. E forse, leggendo i significati che poc'anzi erano nascosti sotto rozza corteccia – ed ora sono stati messi in luce – pieno di meraviglia li osserverai, non altrimenti che se da un globo di fuoco vedessi scaturire nuove fonti d'acqua; e con certo moderato diletto ti compiacerai per aver già prima dato un giudizio vero sui poeti; che essi, cioè, non sono semplicemente dei cantafavole – come alcuni invidiosi vorrebbero – ma dottissimi e dotati di anima e di arte quasi divini. Ma poi, tutto sommato, non sono abbastanza sicuro qual sarà il tuo giudizio intorno a tutta l'opera; e tuttavia questo penso fra me: che tu, sotto la spinta della sola giustizia, darai un parere sano ed intero sul corpo e sulle membra dell'opera; e credo inoltre che con la tua regale carità saprai biasimare le parti meno buone e lodare quelle che troverai degne di lode. Ciò sarà per me molto, anzi moltissimo; e già della stessa speranza mi rallegro e godo. Quando poi avrai vista l'opera e l'avrai consegnata nelle mani degli amici, perché sia esaminata, e col tuo permesso sarà pubblicata, non sarà, credo,

bus ponderabitur lance; nec novum hoc erit sub sole: «trahit sua quemque voluptas».⁹ Pretera livor edax, letalis viventium pestis, adeo occupavit a primevo hominum pectora, ut rarissima, eo exurente, equa in quem mavis prestentur iudicia. Quam ob causam in eum surgent rabido latratu plurimi, et quas comperient partes minus acri soliditate firmatas, morsu impio auferent et disceptent. Adversus quos, quorum ex veteri more iam verba et obiectiones ariolor, ut iam dixi, ne longus labor resolvatur facile et, ignitis agentibus spiculis, evolet in cinerem et favillam, oportunis responsionibus occurram necesse est. Oro tamen, ut et ipse, rex optime, cui laboravi diu, una mecum generosum pectus opponas, securus, si feceris, hostes laboris nostri tanquam fumus in auras evanescent.

II. *Pauca adversus ignaros.*

Concurrent, ut fit, ad spectaculum novi operis non solum vulgus ineptum, sed et eruditi convenient homines; et postquam undique prospectaverint, non dubitem quin aliqui viri sint probitate venerabiles et integre mentis atque scientie, qui tua sequentes vestigia, commendanda laudabunt, et affectione quadam sacra minus probanda redarguent. Quibus ego benedicere, gratias agere, obsequium prestare, et eorum tenebor conlaudare iustitiam. Sed longe numerosior multitudo, corona in circuitu facta, in rimas minus bene compacti operis et quasunque mendas, si que erunt, impinget oculos, avidior vidisse quid mordeat, quam invenisse quid probet. Adversus hos michi superest bellum, michi arma sumenda sunt, et melioribus rationibus ut conculcem necesse est. Sane non in totum simul agmen (nam circumventus forsan opprimerer facile) sed distinctis aciebus, ut assuescant certamini manus et paulatim conte-

da tutti con giusta bilancia pesata. Né ciò sarà cosa nuova sotto il sole: «Ciascuno è attratto dal proprio piacere». Ed inoltre l'odio che divora – peste mortifera degli uomini – ha talmente invaso i cuori umani, fin dai primi tempi, che, quando esso arde, rarissimi giusti giudizi son dati a chi si voglia. Perciò molti, con rabbioso latrato, insorgeranno contro l'opera e con morso crudele ne toglieranno, o stracceranno, le parti che troveranno costruite con insicura solidità. È perciò necessario che io, già prevedendone – come ho detto – secondo l'antica usanza, le parole e le obiezioni, le affronti con opportune risposte, affinché la lunga fatica non sia resa vana e, a causa degli infuocati dardi, l'opera non dilegui in cenere e faville. E tuttavia prego che anche tu, ottimo re, per il quale a lungo ho faticato, opponga con me il tuo petto generoso alle loro calunnie, sicuro, che, se lo farai, svaniranno, come fumo nell'aria, i nemici del nostro lavoro.

II. *Poche parole contro gli ignoranti.*

Non solo il volgo inetto accorrerà – come accade – alla vista dell'opera nuova; ma converranno anche gli uomini dotti; e, dopo averla d'ogni parte osservata, alcuni – non vorrei dubitare – venerabili per onestà e integri di mente e di scienza, loderanno, seguendo le tue orme, le parti buone; e con un certo santo rispetto criticheranno le meno buone. Io sarò tenuto a benedirli, a ringraziarli, a ossequiarli e a lodare la loro onestà. Ma ben più numerosa moltitudine, fatta corona in cerchio, punterà gli occhi sulle crepe dell'opera non ben costruita e su altri quali che siano difetti, se ve ne saranno; più avida di vedere qualcosa da criticare, che di trovare qualcosa da approvare. Contro costoro mi resta da far guerra; devo prendere le armi, perché è necessario confutarli con migliori argomenti. Non però globalmente, contro l'intera schiera (perché, circondato, forse sarei facilmente schiacciato), ma invece, a schiere separate, sono da prendere le armi: prima contro la più debole, in modo che le mani si avvezino alla battaglia e i nemici siano, a

rantur hostes, in debilius primo corripienda sunt iacula. Sunt hi, ut reliquum sinamus vulgus, homines quidam insani, quibus tanta loquacitas est et detestabilis arrogantia, ut adversus omnia quorumcunque probatissimorum hominum presument clamoribus ferre sententiam, eos flocci facere, vilipendere et, si
 3 queant, turpi damnare sermone. Qui postquam boatu sonoro, quasi maximum suum predicent decus, se ydiotas confessi sunt, veluti nil amplius in suam ignaviam incipi possit, summum bonum comesationibus, libidinibus et inerti ocio vacare existimantes, in ganeis atque lupanaribus, spumantia vino pre se tenentes pocula et externa eructantes crapula, eruditorum hominum vigiliis, meditationes et studia, honestosque labores et modestiam spurcico ore damnare et suis obscenitatibus fedare conantur. Ex quo fiet ut, hoc viso opere, ridentes dicant: «O
 4 insipidus homo, quantum dulcissime quietis, quantum temporis optimi perdidit, quantum frivoli laboris inpendit, quot membranas amisit et incassum versiculos exaravit! Nonne satius fuerat amasse, potasse, dormisse et tam grande tempus voluptatibus trivisse, quam has scripsisse nugas? Profecto, qui se prudentes haberi volunt, stultissimum genus hominum est, nam, perduto lucubrationibus tempore, antequam diem unam letam sentiant, damnando probanda, in mortem concidunt equam cunctis». O sanum, o venerabile iudicium ex lenonum
 5 bachanalibus, ex senatu gnatonorum, ex ganeis manducorum atque bibionum, ex meretricantium emissum fornicibus! Sed quid multa? Horum ego vituperationes illustrium virorum splendidas laudes arbitror, cum turpitudinis participem a turpibus laudatum existimem. Vadant ergo tales et cauponibus, lanistis, cetariis atque meretriculis gannientes applaudant, et sommo vinoque marcentes suas illis laudes ingerant, et sapientes viros eorumque labores in sua luce permittant, cum nil ignaro indecentius homine, nil indocto fastidiosius: ante quidem diem miserum atque caducum mortalitatis sue corpus, in-

poco a poco, logorati. Sono questi, per non dire del rimanente volgo, alcuni uomini pazzi, così pieni di loquacità e di detestabile arroganza, che presumono di gridare ai quattro venti il loro parere contro tutte le cose scritte dagli uomini più stimati; e di tenerli in nessun conto, anzi di disprezzarli, offenderli e, se possono, condannarli con parole infamanti. Essi, dopo essersi dichiarati profani, con sonoro muggito, quasi predicassero un loro massimo onore, e come se nulla di più si potesse opporre alla loro mediocrità (stimando sommo piacere attendere alle gozzoviglie, alla lussuria e all'ozio inerte, nelle taverne e nei postriboli, tenendosi innanzi coppe di vino spumante ed emettendo rutti per le crapule del giorno innanzi [externa = hesternal]), tentano di condannare con la loro bocca sozza, le veglie, le meditazioni, gli studi, le oneste fatiche e la modestia degli uomini dotti; e di sconciarle con le loro oscenità. Accadrà quindi che, vista quest'opera, ridendo dicano: «Uomo stolto, che dolcissima quiete e quanto ottimo tempo ha perduto! Quanta vana fatica ha speso, quanta carta ha consumato e quante righe ha scritto inutilmente! Non sarebbe stato meglio che avesse fatto all'amore, che avesse bevuto, o dormito e trascorso così lungo tempo nei piaceri, piuttosto che scrivere queste frottole? Davvero, questi che vogliono essere creduti prudenti, sono una genia di veri stolti; poiché, dopo aver perduto il tempo nelle veglie, prima di godere un giorno lieto, condannando le cose che dovrebbero essere lodate, corrono verso la morte, che per tutti è uguale». O giusto, o venerabile giudizio, pronunciato dai bacchanali dei ruffiani, dal senato dei parassiti, dalle taverne dei crapuloni e degli ubriachi e dai postriboli delle meretrici! Ma a che dir tanto? I biasimi di questi tali io li considero lodi splendide di uomini illustri, mentre stimo partecipe di vergogna chi è lodato da uomini turpi. Vadano dunque costoro e applaudano gagnolando agli osti, ai soldatucci, ai pesciaiole e alle puttanelle; e diano loro le proprie lodi, marcendo nell'ozio e nel vino; e lascino nella loro luce gli uomini saggi e le loro fatiche, dal momento che nulla è più sconveniente di un uomo ignorante e nulla più fastidioso di un indotto. Essi, ancor prima del giorno, misero e pronto a cadere, della loro vita mor-

- 6 felicitatis anime fecere sepulcrum.¹⁰ Hi quippe tam fetida olent infamia, ut rudientes asinos, grunnientes sues mugientesque boves, sapientes possint cum patientia audire, eos audire non possunt. Eant iterum tales, et ventri¹¹ deserviant, et, nedum alios reprehendere, sed apparere, si quando sobrii sunt, in conventu hominum erubescant.

III. *Adversus eos, qui, cum non sint, sapientes cupiunt apparere.*

- I Prospectabit et hoc opus species hominum altera, moribus forte minus redarguenda priore, sed prudentia non maior. Et hi sunt, qui, ante visum scholarum limen, se, quia quandoque philosophorum quorundam audire nomina, putant esse philosophos; seu si non putent, ut ab aliis credatur exoptant, et quadam ficta gravitate verborum et morum ponderositate, visis aliquando non nullis libellis vulgarium, non nisi de apicibus rerum verba faciunt; et, ut existimentur quod cupiunt, apud eruditissimos viros versantur, moventes persepe de sublimioribus dubia, ut-puta-qualiter tribus personis una tantum sit deitas, vel nunquid possit Deus sibi similem facere, aut cur non ante per mille milia seculorum creaverit Deus orbem, quam fecerit, et huiusmodi.¹² Et dum responsa prudentum percipiunt, factis ratiunculis quibusdam frivolis in contrarium et auditis doctorum replicationibus atque conclusionibus, quasi non satis illis satisfactum sit, quatientes, si videantur, paululum caput, et torquentes cum cachinno faciem, et circumstantes etiam intuentes, non aliter quam si indulgeant reverentie respondentis, pretereunt. Et tandem, quod ex ore probatissimorum hominum intellectus eorum tenuis et remissus exceperat, servavitque memoria, apud muliercularum textrinas, seu potius, si prestetur, in triviis, ignaro ascultante popello, uti ipsum Deum consuluerint, post longum suspirium blaterantes emic-

6 tale, hanno fatto del loro corpo sepolcro all'anima infelice. Costoro davvero puzzano di così fetida infamia che non possono udirla gli uomini sapienti, pur capaci di ascoltare con pazienza gli asini che ragliano, i porci che grugniscono e i buoi che mugiscono. Vadano un'altra volta indietro questi tali e servano al loro ventre; e arrossiscano, non solo di riprendere gli altri, ma di presentarsi, se mai siano sobrii, nel consorzio umano!

III. *Contro quelli che, non essendo saggi, desiderano apparire tali.*

I Un'altra sorta di uomini, forse meno biasimevole della prima per i costumi, ma non migliore per saggezza, si rivolgerà alla mia opera. E costoro sono quelli che, prima ancor di aver visto la porta della scuola, credono di essere filosofi, solo perché talora hanno sentito citare i nomi di alcuni filosofi; o, anche se non lo credono, desiderano che altri tali li stimino; e fingendo una certa gravità nelle parole e ponderatezza di costumi, per aver talora visto alcuni libriccioli di cose volgari, parlano soltanto della superficie delle cose; e per essere stimati nel modo che desiderano, frequentano uomini dottissimi, e molto spesso muovono dubbi intorno a molto ardue questioni: come, ad esempio, in che modo in tre persone ci sia un'unica divinità, ovvero se Dio possa creare uno simile a sé, o perché Dio non abbia creato il mondo mille migliaia di secoli prima della creazione; e altri problemi di questa specie. E quando odono le risposte dei saggi, dopo aver opposto alcune vane obiezioni, e udito le repliche e le conclusioni dei primi (come se non fosse stata data loro bastante soddisfazione) scuotono un po' il capo, se sono osservati e, girando con sorriso la faccia e guardando gli astanti, lasciano perdere, come se volessero mostrare rispetto per l'interlocutore. Finalmente, blaterando, dopo un lungo sospiro, vomitano presso le botteghe delle donnette, o piuttosto, se capiti l'occasione, nei trivii, ciò che dalla bocca di uomini dottissimi la loro debole e fiacca intelligenza ha percepito e la memoria ha conservato; mentre il popolino ignorante li

tunt, volentes ex hoc percipi quod non absque labore plurimo, quod dixerint ingenio et speculatione sua ex penetralibus divi-
 4 ne mentis evulsum sit. Et ut omnino insipidis sapientes appa-
 reant, ampliatis sermonibus, non tamen eodem verborum con-
 textu, quin imo nunc huc nunc illuc per varias materias salti-
 tantes, nec de aliqua concludentes, sed se auditoresque impli-
 cantes suos, ceu plenissime liberales artes noverint, quarum
 persepe nomina non noverunt, Priscianum, Aristotilem, Cice-
 ronem, Aristarcum, Euclidem atque Ptholomeum¹³ aliosque
 circa has insignes viros stomachosa quadam dicacitate negle-
 xisse demonstrant, se tractos aientes ad sublimiora theologie
 5 dulcedine. Sic et de moribus hominum et gestis heroum ac de
 sacris legibus et institutis legumque latoribus. Et, si quando
 contingat poesis aut poetarum intrare colloquium, tanto cum
 fastidio illos et poemata, uti integre viderint omnia et despi-
 cienda cognoverint, damnant, vituperant, floccificiunt, et a se
 eicere ostendunt,¹⁴ ut vix tolerare possint etiam imprudentes;
 et balbutientes aiunt Musas, Helyconam, Castalium fontem et
 Phebi nemus et huius modi delirantium hominum nugae esse
 6 et puerorum ad grammaticam esse preludia. Ex quibus fatuita-
 tibus satis iam scio quid, monstrum istud spectantes, in me,
 quid in opus meum, quid in poetas dicturi sint. Verum reor
 horum vecordie compatiendum potius quam rationibus insi-
 stendum, nam, cum se ipsos non intelligant, longe minus alios
 intellecturi sunt; ignari sunt, et luce veritatis carentes, sensuali-
 7 tate duce se trahi permittunt. Quibus caritate mea, non eorum
 merito, dixisse velim ut, alienis omissis officiis, exercent sua;
 et si hac glorie cupiditate agitantur, ut sapientes existimentur,
 scolas intrent, audiant preceptores, libros evolvant, vigilent at-
 que discant, et palestras disputantium visitent, memores, ne fe-
 stini in doctoratum evolent, pictagorici instituti, quo cavebatur

ascolta, come se avessero consultato Dio stesso; e ciò fanno,
 volendo che se ne deduca che, non senza grande fatica, la loro
 dichiarazione è stata strappata ai penetrali della mente divina,
 dal loro ingegno e dalla loro riflessione. Per poter poi apparire
 4 del tutto saggi agli occhi degli stolti, allargando i loro discorsi
 (non tuttavia con lo stesso tessuto di parole, anzi or qua or là
 saltellando per varie materie, e su nessuna concludendo, e
 coinvolgendo se stessi e i propri uditori, come se pienamente
 conoscessero le arti liberali, delle quali ignorano persino i no-
 mi) proclamano, con una qualche stizzita insolenza, di aver tra-
 scurato Prisciano, Aristotele, Cicerone, Aristarco, Euclide e
 Tolomeo, ed altri uomini famosi nelle stesse arti liberali; e van-
 no dicendo che essi invece, attratti dalle dolcezze della teolo-
 5 gia, si sono dati a cose più alte. Così anche si atteggiavano nei
 confronti dei costumi degli uomini, delle gesta degli eroi e del-
 le sacre leggi e delle istituzioni e dei legislatori. E se talora ac-
 cada di entrare nel discorso della poesia e dei poeti, con tanto
 fastidio condannano loro e i loro poemi (come se li avessero
 tutti interamente letti e li avessero riconosciuti degni di dis-
 sprezzo) e li vituperano e li tengono in nessun conto e mostrano
 di cacciarli da sé, al punto che anche gli ignoranti a mala pe-
 na li sopportano; e borbottando dicono che le Muse, l'Elicona,
 il fonte Castalio e il bosco di Febo e simili cose sono bagatelle
 di uomini deliranti ed esercizi da ragazzi, per introdurli al lati-
 6 no. Per queste sciocchezze già so quello che, vedendo quest'o-
 pera strana, diranno contro di me, contro di essa e contro i
 poeti. Epperò credo sia meglio compatire alla loro stoltezza
 che incalzare con argomenti, poiché, non intendendo se stessi,
 molto meno intenderanno gli altri. Sono ignoranti e, mancan-
 do del lume della verità, si lasciano condurre dalla guida dei
 7 sensi. Ad essi, per un mio spirito di carità, non certo per loro
 merito, vorrei dire che, lasciati gli uffici che sono propri di al-
 tri, esercitino i loro; e se sono agitati da questa brama di gloria
 di essere stimati dotti, entrino nelle scuole, ascoltino i maestri,
 sfoglino i libri, vegolino ed imparino e visitino solerti le palestre
 di coloro che disputano, memori – per non volare troppo pre-
 cipitosamente al dottorato – del precetto di Pitagora, secondo

8 ne quis scholas eius intrans locuturus de phylosophicis os aperiret, antequam per quinquennium audisset.¹⁵ Quod cum laudabiliter fecerint, et in bene meritum titulum venerint, si libet, in medium prodeant, predicent, disputent, redarguant et castigent, atque acris spiritu suis redargutoribus instent; aliter autem fecisse, non ostentatio sapientie, sed demencie est.

IV. *Quedam in iuris peritos, paucis de paupertate laudibus immixtis.*

1 Sunt insuper homines quidam toga, aureis bullis et ornata fere regio insignes, nec minus incessu et morum gravitate atque oris facundia spectabiles, magnis postergati clientum catervis, et ingenti autoritate conspicui. Hi quidem sunt clarissimi legum preceptores et tribunalium presides, a quibus si rite exerceantur iura, frenantur hominum illecebres mores, extollitur innocentia, et quod suum est unicuique poscenti conceditur, quibus reipublice nervus non solum suis in viribus servatur, sed perenni iustitia augetur in melius; venerabiles ergo et precipuo honore dignissimi sunt. Sane quantumcunque aliorum purgent sua prudentia notas, una tamen labe fere polluti sunt omnes; auri cupiditate laborant,¹⁶ nec aliquid seu aliquem laude dignum putant, ni fulgeat auro. Hos ego venturos existimo cum reliquis, ut prospectent nunquid aliquid criminis operi nostro possint suis inferre legibus; nec me fallit, si morem sequentur veterem, quid obiecturi sint. Consuevere quidem, relictis rostris et pretoria exeuntes, et potissime dum curis paululum soluti in conventum amicorum veniunt, si contingat inter loquendum fieri mentionem poetarum, illos extollere laudibus, quoniam eruditissimi atque eloquentissimi fuere viri; tandem post multa absconditum sub melle venenum, non letale tamen, emittunt dicuntque eos parum fuisse prudentes, in quantum,

8 il quale chi entrava nella sua scuola, non doveva aprire bocca, per parlare di filosofia, prima di essere stato uditore per cinque anni. Quando ciò avranno lodevolmente fatto e saranno giunti al ben meritato titolo, vengano in pubblico, se piace loro, e predichino e disputino; e riprendano e correggano e con spirito severo si oppongano ai loro riprensori. Comportarsi in modo diverso non è dimostrazione di saggezza, anzi di demenza.

IV. *Alcune parole contro i giuristi insieme con poche lodi delle povertà.*

1 Ci sono inoltre alcuni uomini che si fanno distinguere per la toga, le fibbie dorate e gli ornamenti quasi regali, non meno spettabili per l'incedere e per la gravità dei costumi, che per la facondia del parlare, seguiti da folte code di clienti e insigni per grande autorità. Questi sono gli illustrissimi precettori delle leggi e presidenti dei tribunali, dai quali, se la giustizia è ben amministrata, sono frenati i disonesti costumi degli uomini, è esaltata l'innocenza e viene concesso il suo a ciascuno che lo chiede; e per essi, non solo si conserva nelle sue forze il nerbo dello stato, ma si accresce in meglio con perenne giustizia. E dunque questi signori sono venerabili e ben degni di speciali onori. Eppure, per quanto nettino con la loro prudenza le macchie degli altri, quasi tutti sono macchiati di una colpa: si affaticano per la brama dell'oro, e nulla o nessuno stimano degno di lode, se non risplenda d'oro. Io credo che costoro verranno, insieme con gli altri, per vedere se possano con le leggi apporre qualche colpa e difetto alla nostra opera; né mi sfuggono le obbiezioni che mi muoveranno, se seguiranno l'uso antico. Lasciati i rostri e uscendo fuori dai palazzi del pretore e specialmente quando un po' liberi dai loro impegni, vengono nelle riunioni di amici, se capiti nel discorso di fare qualche menzione dei poeti, essi sono soliti esaltarli, perché furono uomini dottissimi ed eloquentissimi; ma infine, dopo molte parole, emettono il veleno, non però mortale, nascosto sotto il miele; e dicono che i poeti furono poco saggi per aver speso tutto

tempus omne terentes, facultatem secuti sunt, ex qua post longos labores nulle consequuntur opes, super addentes ob hoc pauperrimos homines fuisse poetas, nullo splendore spectabiles, nullis divitiis, nullo famulatu insignes, volentes ex his intel-
 4 ligi, quia non divites fuere, nullius pretii eorum extimanda facultas sit. Que quidem verba una cum abscondita conclusione facile audientium animos intrant, cum omnes in avaritiam proficiamus, et stulta credulitate arbitremur summum bonum pos-
 5 nare videbuntur. Pia quippe et humanitati conformis atque opinioni vulgari hec videtur obiectio et gratiarum actione dignissima, dum modo ex fonte caritatis exundaret in medium; verum, quoniam ex offuscato appetitu inepti iudicio sumit originem, ridenda est atque abiicienda, et eorum prurigini compatiendum. Et quoniam dignitati talium insuper deferendum est, ne se postergatos existiment, obiectionem eorum verbis
 6 amplioribus in suos ortus vertendam puto. Confitebor igitur sponte, quod dictum est poesim nullas afferre substantias, et poetas pauperes fuisse, si pauperes dici debent, qui ultro sprevere divitias; stolidos autem fuisse non confitebor, eo quod poesim studium secuti sunt, cum prudentissimos arbitraret, si verum Deum catholice cognovissent.

7 Nunc reassumendo, ne confessione mea tam ultronea videar absolute obiectioribus tanquam victoribus aream liquisse certaminis, obiectionem primam deducamus in medium. Dicuntur igitur splendidi legum interpretes poesim nullas afferre divi-

il tempo a seguire un'attività dalla quale, dopo lunghe fatiche, non si consegue alcun vantaggio; e aggiungono che per questo i poeti furono poverissimi, per nessuno splendore notabili, non ragguardevoli per ricchezze o per servitù; volendo da ciò fare intendere che, non essendo stati ricchi, la loro attività non dev'essere tenuta in alcun conto. Queste parole – insieme con la loro celata conclusione – entrano facilmente negli animi degli uditori, poichè tutti noi siamo inclini all'avarizia e riteniamo, con stolta credulità, che possedere ricchezze sia il sommo bene. Spinti da questa pestifera opinione, mi immagino che, se avranno osservato il nostro lavoro, diranno, dopo molte parole, che l'opera è bella, ma vana ed inutile la mia fatica, perchè non tende dove mirano gli sforzi degli altri uomini; e così sarà chiaro che essi, non solo contro di me hanno pronunciato un giudizio, ma anche che per naturale conseguenza, hanno condannato come sommo e detestabile male i poeti e la povertà, insieme con l'opera mia. Questa obiezione sembrerebbe davvero giusta e conforme all'umanità e all'opinione comune e ben degna di rendimento di grazie, purchè uscisse dal fonte della carità; ma poichè prende origine dall'offuscato giudizio di un appetito disonesto, deve essere derisa e rifiutata; e del paruto di quegli uomini c'è da aver compassione. E poichè bisogna aver deferenza alla loro dignità, affinchè non credano di essere lasciati dietro le spalle, ritengo che la loro critica sia da ricondurre, con più ampio discorso, ai propri principi. Ammetterò dunque spontaneamente ciò che è stato detto: che la poesia non porta alcun guadagno e che i poeti sono stati poveri se poveri devono essere detti coloro che volontariamente non soliti disprezzare le ricchezze; ma non ammetterò che siano stati stolti per aver seguito lo studio della poesia, mentre li rimerei invece prudentissimi se avessero, da cattolici, conosciuto il vero Dio.

Ora, riprendendo il discorso, non vorrei sembrasse che, con una mia così spontanea confessione, io abbia voluto assolutamente lasciare agli obiettori, quasi vincitori, il campo di battaglia; e perciò mettiamo in esame il primo argomento. Dicono dunque questi splendidi interpreti della legge che la poesia

tias, volentes ob id, ut satis percipi potest, eam ab imitandis excludere, quasi nullius inter scientias reliquas sit momenti. Equidem, ut iterato dixerim, certum est poesim nullas afferre divitias; non tamen assentio, ut isti volunt, hoc sua ignobilitate contingere, verum quia speculativarum disciplinarum non sit officium tale aut intentum, sed mechanicorum artificum seu feneratorum, quorum in hunc finem omnis tendit intentio, qui, ut cito veniat, nil gratis penitus operantur. Sic et causicidi: qui hinc ex delictis hominum, inde ex legum peritia sibi officinas construunt, in quibus venalis lingue malleo numismata cudunt, et aurum ex miserorum lacrimis verbositate conficiunt, quod poesis, generose memor originis, omnino abhorret et renuit. Ex quo si damnanda aut parvi pendenda est, nullius una secum pretii erit philosophia, rerum magistra, et cuius opere entium causas discimus; nullius eque theologia, cuius demonstrationibus rite Deum cognoscimus: quibus nullum unquam querendi thesauros fuisse studium audivi.

9 Si nesciunt isti, poesis maioribus vacat, nam, cum celos inhabitet divinis immixta consiliis, paucorum hominum mentes ex alto in desiderium eterni nominis movet, et sua pulchritudine in sublimes cogitationes impellit, tractisque inventiones peregrinas ostendit, atque ex ingeniis egregiis sermones exquisitos emittit. Et, si quando, placidis vocata precibus e sublimi sede descendit in terras, sacris comitata Musis, non celsa regum palatia, non molles deliciosorum domos exquirat habitatura, verum antra atque prerupta montium, umbras nemorum, fontes argenteos secessusque studentium, quantumcunque pauperimos et luce peritura vacuos, intrat et incolit; quod alibi forsitan plenius ostendetur, exigente materia.¹⁷

10 Et sic, cum etherea sit atque perennis, nullum sibi cum perituris commercium est, splendoresque manu factos, tanquam

non apporta ricchezze, volendola perciò – come ben si può capire – escludere dalle attività degne di essere seguite, come se fosse di nessun momento tra le altre scienze. Invero, per ripe-
8 termi, è certo che la poesia non apporta ricchezze; non ammetto però – come questi vogliono – che ciò accada per sua ignobilità, ma invece perché non è questo l'obiettivo o l'intento delle scienze speculative, bensì degli artigiani meccanici o degli usurai, la cui intenzione è tutta tesa a questo fine; ed essi, affinché presto tale fine si attui, nulla mai operano gratuitamente. Così anche i causicidi, i quali, da una parte coi delitti degli uomini, dall'altra con la pratica delle leggi, si costruiscono le officine, nelle quali col martello della lingua venale battono i denari e ricavano l'oro, con le chiacchiere, dalle lacrime dei miseri: comportamento che la poesia, memore della propria nobile origine, assolutamente aborre e rifiuta. Da ciò deriva che, se la poesia deve essere biasimata o tenuta in poco conto, insieme con essa di nessun pregio sarà la filosofia, maestra del mondo, per mezzo della quale apprendiamo le cause delle cose esistenti; e parimenti di nessun pregio sarà la teologia, per le cui dimostrazioni ben conosciamo Dio. E io non ho mai inteso che filosofia e teologia avessero per scopo di cercare tesori.

9 Se codesti non lo fanno, la poesia attende a più alti compiti; poiché, abitando in cielo, unita ai divini consigli, muove dall'alto le menti di pochi al desiderio di Dio; e con la sua bellezza le conduce a pensieri sublimi; e, dopo averle attratte, mostra loro peregrine invenzioni e fa uscire dagli ingegni squisite composizioni. Quando poi, invocata con preghiere benevole, discende dalle sedi celesti in terra, scortata dalle sante Muse, cerca, per abitarli, non gli eccelsi palazzi dei re, non le molli dimore degli oziosi, bensì entra ed abita negli antri e negli anfratti dei monti, nelle ombre dei boschi, nei fonti argentei e nei romitaggi degli studiosi, per quanto poveri e privi di luce mondana. Ciò sarà forse più ampiamente mostrato altrove, quando la materia lo richieda.

10 Così la poesia, essendo celeste e perenne, non ha alcun rapporto con le cose caduche e poco apprezza, anzi respinge, gli

II futiles et inanes, parvi facit et renuit, ac suis contenta bonis non curat aggregare divitias. Post hec ex iam dicta positione subnectunt minus prudentes fuisse poetas, qui tale secuti sunt dogma, ex quo nulle sequacibus consequantur opes. Quibus ut responsum sit, reor plurimum prudentis opus circa eligenda consistere, et ideo hos convenire velim quis in eligendo prudentior merito habendus sit, iuridicus an poeta. Edepol prudentius actum puto elegisse trahentem ad sublimia mentem, quam ad terrestria deprimentem, stabilem quam casuram, que longevum bonum prestat, quam que brevissimum exhibet. Elegere poete scientiam, inter sydera, inter deorum sedes ornatusque celestes suos continua meditatione trahentem; nunquid hoc verum sit, testimonium reddant ipsa vatum poemata, impulsu trahentis eleganti stilo poetarum descripta calamo. Causidici vero, legum facultatem secuti, sola scriptorum valent memoria, non ex ingenio, sed ex licteris legum latorum iura reddentes; nec putandum est, ut satis videri potest, eos insistere circa excelsa aut semota nature, ut-puta-nunquid recta aut transversa via sol ab Yndis petat Hispanos,¹⁸ quin imo, nunquid hereditario iure seu enphiteotico potius vel precario¹⁹ Titius vel Sempronius occupet agellum, nunquid certum debitum aut usurarium dicendum sit, nunquid ardens femina solvi possit a frigido viro. Magna sunt et egregia hec et ex gremio nature sublata! Preterea poesis, quam pauperes preelegere poete, stabilis est et fixa scientia, eternis fundata atque solidata principiis, ubique et omni tempore eadem, nec ullius unquam concussa motibus. Leges autem non sic; non equo iure vivit cum Etyope Sauromata, non eadem legum autoritas bello laborantibus atque leta pace quietis. Nec non augent sepe minuuntque plurimum potestatis instituta municipalia legibus constitutionesque regnorum; facit illas indictum iustitium²⁰ mutas. Senescunt etiam et moriuntur aliquando, nam non nul-

splendori fatti dalla mano dell'uomo, come futili e vani; e contenta dei suoi beni, non si cura di accumulare ricchezze. Dopo ciò, alla già detta obiezione aggiungono l'altra: che i poeti non sono stati saggi, per il fatto di aver seguito una dottrina dalla quale ai seguaci non derivano ricchezze. Per rispondere a queste argomentazioni, io credo che opera del saggio sia soprattutto fare una scelta; e perciò vorrei che costoro mi rispondessero chi meritatamente sia ritenuto più saggio nello scegliere: se il giurista o il poeta. Davvero io stimo più saggiamente aver scelto colui che trae la mente alle cose celesti, che non quello che le abbassa alle terrestri; e che è stabile, più che caduca, la mente che assicura un bene lungo, rispetto a quella che ne esibisce uno molto breve. I poeti hanno scelto la scienza che conduce i suoi fedeli, con la continua meditazione, fra le stelle e le splendide sedi degli dei; e se ciò sia vero, ne rendano testimonianza gli stessi poemi dei vati, composti con stile elegante dalla penna dei poeti, per l'impulso della poesia ispiratrice. Invece i causidici, seguendo l'attività legale, si valgono della sola memoria degli scrittori, esprimendo le leggi, non dal loro ingegno, ma dalla lettura dei legislatori; e non è da credere — come ben si può vedere — che essi si soffermino sulle questioni alte o remote della natura (come, ad esempio: se il sole raggiunga dall'India la Spagna per via diretta o obliqua); anzi sapranno dire se Tizio o Sempronio occupino il campicello per diritto ereditario o enfiteutico o precario; e se il debito si debba dire reale o usurario, e se una femmina calda possa separarsi da un marito frigido. Grandi e famosi argomenti invero, e tolti dal grembo di natura! Inoltre la poesia, che prescelsero i poveri poeti, è una scienza stabile e fissa, fondata e fermata su principi eterni, sempre se stessa ovunque e in ogni tempo, né mai scossa da alcun moto. Al contrario le leggi. Non con lo stesso diritto dell'Etiope vive il Sarmata, né vi è la stessa autorità delle leggi per coloro che si agitano nella guerra e per quelli che vivono tranquilli in lieta pace. Inoltre gli statuti municipali e le costituzioni dei regni aumentano spesso molto della loro autorità o la diminuiscono, a causa delle leggi: oppure la sospensione della giustizia fa tacere le stesse leggi. Le quali poi invecchiano o

13 le iam dudum in pretio fuere permaximo, que evo nostro aut neglecte sunt, aut omnino abolite; et sic non idem semper sunt, ut comperta poesis. Ex quibus, ne plura dicam, satis patet facultatem legum, non scientiam esse dicendam; et quam prescientia facultati, prudentes noverunt, tam veteres, quam moderni. Insuper longevum bonum prestat imitatoribus poesis, si *bonum* dicendum est *quod omnes optare videmur*: vitam scilicet fama saltem, si non detur aliter, in longum evum deducere. Nam, ut liquido constat, fere immortalia sunt cum nomine componentis carmina poetarum.²¹ Iuriste vero, etsi paululum splendeant vestibus, sepiissime moritur cum corpore nomen. Breve est valuisse per seculum, si secula numerentur Homeri. Et, ut in optatum veniam, nulli videbitur dubium erudito prudenter elegisse poetas, ubi minus iusperiti in electione fuere prudentes, insipientes effecti, dum, quod suum est victum, conantur in immeritos retorquere. Pauperrimos fuisse poetas, ex eodem, quo supra, fonte haurientes, pleno effundunt ore, et potissime, cum ipsi ditissimi sint legiste, quasi infamis sit et detestabilis paupertas. Manifestissimum equidem est iurisperitos ex alienis lacrimis, ex alienis erumnis, ex alienis periculis et persepe miseris, ut iam dictum est, auri multum conflasse, et inde palliatos, fimbriatos, varia tectos pelle, aureis coruscis clavis, longa post tergum clientum comitante caterva, cum sic mortalium velit dementia, incedentes.

14
15 Sic poetas non ignavia sua, sed innocentia et quia volunt, pauperes fuisse negari non potest, sed, quod isti minime volunt, spectabiles insigni atque perenni claritate fuere; quod exemplis ostendisse non erit difficile. Certum habemus Homerum adeo inopem extitisse, ut non esset illi, luminibus capto, unde sumptus puero duci posset impendere. Sed expecta pauxillum et videbis nunquid hec fuerit ornata paupertas. Superato Dario, potentissimo atque ditissimo Persarum rege, ab Ale-

muoiono talvolta: alcune infatti, che oggi sono neglette o addirittura abolite, furono per lo addietro in massimo pregio; e così non sempre sono le stesse, come invece si trova essere la poesia. Da ciò, per non dire di più, abbastanza è chiaro che, non scienza devono esser dette le leggi, ma pratica legale; e quanto la scienza stia avanti a qualsivoglia pratica, lo sanno bene i saggi, così antichi, come moderni. Ancora: la poesia concede un lungo bene ai suoi cultori, se è da chiamar «bene» quello che «tutti sembriamo desiderare»: cioè condurre fino a lunga età la vita, se in altro modo non è dato, almeno per la fama. Infatti, come è chiaramente noto, quasi immortali sono i versi dei poeti col nome del compositore; mentre dei giuristi, sebbene un poco per le vesti risplendono, il nome molte volte muore insieme con il corpo. È ben poco aver durato per un secolo, se si annoverino i secoli di Omero! E per venire a ciò che desidero, a nessun saggio parrà dubbio che i poeti abbiano fatto buone scelte, laddove meno prudenti nelle scelte furono i giurisperiti, che diventano stolti quando tentano di ritorcere il vizio, che è loro, su quelli che non lo meritano. Dicono a gran voce i giuristi, attingendo dal fonte che sopra ho detto, che i poeti sono poverissimi, mentre essi, i giuristi, sono ricchissimi; come se la povertà fosse infamante e detestabile. È chiarissimo che i giurisperiti, ricavandolo dalle altrui lacrime, disgrazie e pericoli, e spessissimo anche dalle altrui miserie, come già è stato detto, accumulano molto oro; e poi compaiono, con lungo codazzo di clienti al seguito (così volendo la pazzia degli uomini) indossando vestiti di lusso e con frange, coperti di pelli variopinte e lampeggianti per mazze dorate.

14
15 Che i poeti dunque, non per propria ignavia, ma per la loro innocenza, e di proposito, siano stati poveri, non si può negare; ma — ciò che i giuristi non vogliono — furono bensì notevoli per fama e per gloria perenne. Dimostrarlo con esempi, non sarà difficile. Sappiamo per certo che Omero fu povero al punto da non poter pagare un fanciullo che guidasse lui, privo del lume degli occhi. Ma aspetta un poco e vedrai se questa fu onorifica povertà. Quando il potentissimo e ricchissimo re dei Persiani Dario fu vinto da Alessandro il Macedone, vennero

xandro Macedone, eius in medium venire iocalia, inter que capsula aurea comperta est, artificio et ornatu pretiosissima. Hec tam regis quam procerum consensu unanimes non Alexandri iocalibus, sed Homeri voluminibus servata est.²² Quis unquam tam splendidus faleratis iuristis honor impensus est? Sarsinate Plauto bonorum fortune pauperior nemo fuit. Egestate quippe, ut honeste ventrem pasceret, ad molas manuaras pretio fatigabatur die; noctes in componendis comediis ducebat insomnes, quarum numerositas et artificium egit ut laurea, victorum atque triumphantium imperatorum insigne precipuum, non parvi penderet eius, quantumcunque pauperis, ambire comas.²³ Cuius odor et viriditas in eius nominis decus perseverat usque in hodiernum, ubi legum interpetrum birreta, auro non prohibente, mures et tineae consumpsere. Emnio insuper, brundusino homini, clarissimo tamen vati, adeo tenues fuere substantie, ut in Aventino unius tantum ancillule contentaretur obsequio,²⁴ cuius servitorum penuria honorum abundantia restaurata est. Ex quibus, cum de se famosissimus homo sit, unum tantum apposuisse michi sufficiet. Huius enim, cum diem clausisset, corpus Scipiones, quorum fuerat amicitia usus, suo sepeliri sepulcro voluere, non aspernantes brundusini hominis cineres Corneliorum misceri cineribus.²⁵ Preterea quis Maronem Virgilium pauperem et lutifuguli filium non audivit?²⁶ Fuit illi non amplius in bonis quam patrius agellus unus apud vicum Anden, cui dicunt Pietcola hodierni, haud longe Mantuam, non absque litigio possessus.²⁷ Cuius agentibus studiorum meritis, Octaviani Cesaris, orbi toto presidentis, amicitia usus est; a quo, cum iussisset moriens *Eneidam* igne cremari, ut servaretur poema egregium, omnis legum autoritas pedibus calcata est, et eleganti carmine iussum servari colique.²⁸

18 Quis, precor, legistarum, quantumcunque splendidum indicis lapillis et auro, honor tam magnificus a tam glorioso principe impensus est? Veniebant insuper plurimi leta paupertate

nelle sue mani i gioielli di quello, tra i quali fu trovata una cassetta d'oro, preziosissima per la lavorazione e la decorazione. Questa fu serbata, con l'unanime consenso del re e dei principi, non per collocarvi i gioielli di Alessandro, ma i libri di Omero. Qual mai così splendido onore fu reso ai ben ornati giuristi? Nessuno fu più povero di beni di fortuna, che Plauto da Sarsina. Egli infatti, a causa dell'indigenza, per nutrirsi onoratamente, di giorno lavorava a prezzo per far girare a mano la ruota di un mulino; di notte vegliava a comporre le commedie, il cui numero e la cui qualità artistica fecero sì che l'alloro, insegna speciale al trionfo dei vincitori e degli imperatori, non disprezzò di cingere le sue chiome, per quanto fosse povero. Il verde e il profumo dell'alloro dura a tutt'oggi ad onore del suo nome, laddove le berrette dei giuristi sono consumate dai topi e dalle tignole, non avendo potuto impedirlo le loro ricchezze. Anche di Ennio da Brindisi, poeta famosissimo, furono così modeste le sostanze, che sull'Aventino si accontentava del servizio di una sola ancilla; ma la penuria di servi gli fu compensata dagli abbondanti onori. Fra i quali, poiché Ennio per se stesso è molto famoso, mi basterà di addurne uno solo. Quando morì, gli Scipioni — della cui amicizia aveva goduto — vollero che il suo corpo fosse inumato nel loro sepolcro, non disprezzando che le ceneri di un qualunque uomo di Brindisi fossero mescolate con quelle dei Corneli. Inoltre chi non sa che Virgilio Marone fu povero e figlio di un vasaio? Fra i suoi beni non ebbe più che un campicello dal padre, presso il villaggio di Andes, che oggi chiamano Pietole, non lontano da Mantova, posseduto non senza contrasti. I suoi meriti negli studi gli fecero godere l'amicizia di Ottaviano Cesare, imperatore di tutto il mondo; il quale, mentre il poeta aveva ordinato, morendo, di bruciare la sua *Aeneis*, trascurata ogni autorità di legge, diede ordine, con versi eleganti, che il poema egregio fosse conservato e onorato.

A quale giurista, di grazia, per quanto splendido di pietre preziose e d'oro, fu tributato un così magnifico onore da tanto glorioso principe? Potrebbero ancora presentarsi molti altri, insigni per lieta povertà e per meritati onori; ma occorre por fi-

et honoribus equis conspicui; sed exemplis finis imponendus est, cum tam his quam premonstratis rationibus satis ostendisse arbitrer poetas prudentes et, quantumcunque pauperes, splendorum etiam fuisse, eosque perenni vivere fama, ubi caudicorum opes et nomina tanquam fumus in auras abiere, nec non eisdem rationibus demonstrasse opus hoc, si valent poemata, minime supervacaneum esse, nec sudores meos frivolo componendo.

- 20 Nunc autem post hec libet paululum exire limen, si forte queam obloquentium in paupertatem frenare impetum. Est igitur paupertas, quam multi fugiunt tanquam importabile malum, ut vulgo placet, caducorum bonorum paucitas, esto ego existimem eam animi egritudinem fore, qua etiam abundantes persepe laborant. Prima quippe, si desiderio careat augendi, placida atque optabilis est, et eius infinita sunt commoda; secunda vero pacis et quietis hostis est, misere crucians mentes, quibus inhabitat. Prima poetarum fuit, quos isti pauperes volunt; eis quippe, dum modo esset quod vite sufficeret, satis erat. Hac enim duce libertatem volentes consequimur, animi tranquillitatem et cum his laudabile otium, quibus mediis viventes in terris gustamus celestia. Hec in solido sita est, nec Fortune, mundana versantis, minas aut iacula timet: fulminet ether desuper, concutiat ventorum impetuosa rabies orbem, inundent campos ymbres assidui, diluant flumina, sonet classicum, tumultuosa oriantur bella, discurrant predones undique; hec, ruinas ridens et incendia, dulci securitate letatur. Hec oraculo Apollinis in persona Aglai Sofidii, parvi possessoris agelli, thesauris Gigis regis prelata est.²⁹ Hac delectati, poete ornare virtutibus animum, meditationibus vacare celestium, altisonis carminibus poemata texere, et nomen sibi perpetuum querere
- 22 potuerunt. Hac delectatus. Dyogenes, sui evi splendidissimus erat, Cynicorum princeps, divitias, quarum abundantissimus erat, omnes potuit largiri volentibus atque largitus est, doliumque,

ne agli esempi, poiché ritengo di aver a sufficienza mostrato, sia con essi che con le ragioni prima addotte, che i poeti sono stati saggi e, benché poveri, anche splendidi; e che essi vivono di perenne fama, mentre le ricchezze e i nomi dei caudicidi come fumo svanirono nell'aria; e inoltre mi pare di aver dimostrato, con le stesse ragioni, che quest'opera, se i poemi hanno un valore, non è inutile, né vane sono state le mie fatiche nel comporla.

Ora, dopo questo discorso, mi piace un po' uscire dal limite, 20 per vedere se mai possa frenare l'impeto di coloro che cianciano contro la povertà. È dunque la povertà — che molti fuggono come intollerabile male — scarsenza di beni caduchi (così piace al volgo), sebbene io stimi che essa è malattia dell'animo, per la quale molto spesso anche coloro che abbondano di beni si angustiano. La prima infatti, se è priva del desiderio di accrescere, è piacevole e desiderabile e infiniti sono i suoi vantaggi; la seconda invece è nemica della pace e della quiete e tormenta dolorosamente le menti in cui ha preso dimora. La prima fu dei poeti, che costoro vogliono poveri, poiché ad essi bastava, purché ci fosse quanto occorresse alla vita. Sotto la sua guida 21 infatti, se vogliamo, seguiamo la libertà, la tranquillità dell'animo e, con esse, un lodevole ozio, per mezzo dei quali beni vivendo in terra, gustiamo le cose celesti. Questa povertà è fondata solidamente, né teme le minacce o i dardi della Fortuna, che agita le cose del mondo. Fulmini il cielo dall'alto; agiti il mondo la rabbiosa furia dei venti; inondino i campi piogge continue; tracimino i fiumi; suoni la tromba; sorgano tempestose guerre; facciano scorrerie d'ogni parte i predoni; la Povertà, ridendosi delle rovine e degli incendi, si rallegra in dolce sicurezza. Questa, per l'oracolo di Apollo, fu preferita ai tesori del re Gige, da Aglao Sofidio, possessore di un piccolo campicello. Di essa compiacendosi, poterono i poeti ornare l'animo di virtù, attendere alle meditazioni delle cose celesti, intessere i poemi di versi altisonanti e cercarsi un nome eterno. Di essa 22 compiacendosi, Diogene, splendido principe dei Cinici al suo tempo, poté elargire tutte le ricchezze di cui sovrabbondava a quelli che le volevano; e preferì abitare in una botte, come casa

- quasi versatilem domum, quam palatia habitare maluit et lactucas silvestres, suis lotas manibus, manducare, quam Dyonisio adulari, ut tucctis uteretur regiis.³⁰ Nec voluntaria rerum abiectio et claritas studiorum ad se visendum evocasse potuere superbum iuvenem atque iam animo orbis tenentem imperium, Alexandrum Macedonem, eius amicitiam exquirentem et frustra munera ingentia offerentem.³¹ Hac delectatus, Xenocrates hortulo contentus modico, eiusdem iuvenis animum movisse potuit in desiderium benivolentiae suae, quam insigni legatione atque donis regiis postulavit.³² Hac delectatus. Democritus patrios agros et innumerabiles opes rei publice Atheniensium ultro concessit, satius ducens cum paupertate studiorum libertate letari, quam opum servili cura vexari.³³ Hac delectatus, Anaxagoras, dulcedine tractus philosophiae, potuit ingentia praedia neglexisse, asserens quoniam se ipsum perdidisset, si illa colere voluisset.³⁴ Huius opere Amiclas, pauper nauta, nocte in litore clamantem Cesarem, cuius vocem superbi timebant reges, ad hostium gurgustio pulsantem audivit intrepidus.³⁵ Sic et pauper Arruns, flagrante Italia omni civilis belli incendio, inter marmoreos Luni montes, celi solis luneque prospectans motus, stetit impavidus. Hec non intuentur, qui paupertatem lacerant fugiuntque.³⁶
- ²⁴ Dicant, oro, si oportuisset Homerum de re agraria cum villico litigare, aut de domestica a curatore domus rationem exigere, quando Yliacum excogitasse carmen et nomen suum claritate sydeream floridum in hodiernum usque protendere potuisset? Quando Virgilius, quando reliqui poeticam cum paupertate sectantes?
- ²⁵ Non ergo illam spreverint amicti purpura, eo quod palliastro tenui tecta procedat, nam rite studentium prima gloria est. Nescio quippe, imo scio quid referat corpus ornasse vestibus aureis, si mens vitiorum labe sordescit. Nec, ut arbitrantur, anxia

mobile, che nei palazzi e mangiare lattughe selvatiche, lavate con le proprie mani, piuttosto che adulare Dionigi, per godere di delizie regali; e questo volontario rifiuto delle ricchezze e la fama degli studi poterono incitare a venirlo a vedere un superbio giovane, che già teneva nell'animo l'impero del mondo: Alessandro il Macedone che, in cerca della sua amicizia, invano offriva grandi doni. Di essa sicurezza compiacendosi, Senocrate, contento di un modesto orticello, poté muovere al desiderio della sua benevolenza l'animo dello stesso giovane Alessandro, che la chiese insistentemente con una nobile legazione e con doni regali. Di essa compiacendosi, Democrito cedette spontaneamente allo stato ateniese i campi paterni e innumerevoli ricchezze, ritenendo preferibile rallegrarsi, insieme con la povertà, della libertà degli studi, all'essere travagliato dalla cura servile delle ricchezze. Di essa compiacendosi, Anassagora, attratto dalle dolcezze della filosofia, poté disprezzare vasti poteri, dichiarando che avrebbe perduto se stesso se avesse voluto coltivarli. Per opera della povertà, Amiclate, povero nocchiero, ascoltò intrepido di notte, solo sul lido, Cesare, la cui voce temevano re superbi, mentre gridava e batteva alla porta del suo tugurio. Così anche il povero Aronta — mentre l'Italia tutta bruciava per l'incendio della guerra civile — rimase impavido tra i marmorei monti di Luni a guardare i movimenti del cielo, del sole e della luna. Queste bellezze non contemplano coloro che stracciano o fuggono la povertà.

Mi dicano, di grazia: sarebbe stato opportuno che Omero litigasse con il contadino su affari agricoli, o esigesse dal fattore di casa il rendiconto dell'amministrazione, quando avrebbe potuto inventare il poema dell'*Ilias* e allungare fino ad oggi il suo nome, splendido di luce astrale? Quando mai questi affari avrebbe dovuto trattare Virgilio, quando gli altri, seguaci in povertà della poesia?

Non la povertà disprezzino dunque coloro che sono rivestiti di porpora, per il fatto che essa procede coperta di un manto sottile, poiché giustamente essa è la prima gloria degli studiosi. Non so veramente, anzi so bene, che casa importi ornare il corpo di vesti preziose, se la mente è insozzata dalla macchia dei

comitati turba, sola procedit; hanc vates semper, laureis insigniti, prosequuntur: et sepe nominatus Homerus, Exiodus, Euripedes, Emnius, Terrentius, Virgilius, Flaccus³⁷ aliique plures divinis ornare carminibus. Sic, pompa tamen fulgidiori, palmatis induti tunicis, Camilli, Quintii, Curtii, Fabritii, Scipiones Catonesque, invidia olim et gloria facinorum quam auro ditiores, splendidis comitantur triumphis eamque excelsis preposuere regibus, orbis prefecere imperio. Sic ergo sociatam, sic ornatam solam squalentemque periti iuris dicent incedere?³⁸

26 Secunda insuper paupertas eorum profecto est qui eam tanquam hostem conantur effugere, non advertentes, dum maiori conatu sequuntur divitias, proruant vere paupertatis in premium. Precor, quid aliud paupertas est quam summa in abundantia angere desiderio congregandi? Tantalum ne divitem dicam, si cibus circumdatus et poculis fame sitique pereat?³⁹ Absit, pauperrimus habendus est!

27 Sed concedamus legistis nostris opulentiam Darii,⁴⁰ et, quid exinde voluptatis possint assumere, videamus. Si experientie credimus, assidua ardentique semper premuntur sollicitudine, qui divites nuncupantur. Si appareat in aere nubecula, confestim pluviam suspicatur, et timet anxius ne nimia corrumpantur sata;⁴¹ si ventus excitetur, ne evellantur arbusta aut edificia impellantur pavescit; si suscitetur in terris incendium, ne in suas evolet edes timore labascit; si bellum nascatur, armentis gregibusque superimminere rapinam miser ariolatur; si concordia ex litigiis oriatur, tanquam suum infortunium ingemiscit. Amicorum invidiam, latronum astutiam, raptorum violentiam, affinium insidias, tumultus civicos, socordia vexatus assidua, expavescit. Possem superaddere multa, que non solum divites hos vere pauperes faciunt, sed egenos. In lubrico posita Fortune sunt bona, nullo certo firmata subsidio.

28 Desistant ergo in bene meritos insultum facere miseri, vi-

vizi. Né, come credono costoro, accompagnati da una folla ansiosa, la povertà procede sola; sempre la seguono poeti cinti d'alloro, e spesso il nominato Omero ed Esiodo, Euripide, Ennio, Terenzio, Virgilio, Orazio ed altri molti la ornarono con versi divini. Così, ma indossando con più splendida pompa tuniche ricamate, i Camilli, i Quinzii, i Curzii, i Fabrizi, gli Scipioni, i Catoni — più ricchi, che per l'oro, per l'invidia degli altri, e per la gloria delle loro azioni — l'accompagnano con splendidi trionfi e la hanno preposta ad eccelsi re, e la hanno messa a capo dell'impero del mondo. Così dunque, accompagnata ed ornata, diranno i giurisperiti che ella avanzi sola e squallida?

La seconda povertà invece è certamente di coloro che, come nemica, tentano di sfuggirla, non accorgendosi che, mentre 26 con sfarzo maggiore inseguono le ricchezze, si gettano in braccio alla vera povertà. Prego rispondermi: che altro è la povertà se non l'essere angustiati dal desiderio di accumulare, mentre si nuota nell'abbondanza? Dirò ricco Tantalò se, circondato da cibi e bevande, muore di fame e di sete? Certo no; egli è da ritenere poverissimo.

Ma concediamo pure ai nostri legisti la ricchezza di Dario e 27 vediamo che tipo di piacere ne possano ricavare. Se dobbiamo credere all'esperienza, quelli che sono detti ricchi sono sempre premuti da continua e bruciante preoccupazione. Se appare nel cielo una nuvoletta, subito il ricco sospetta la pioggia e teme ansioso che, se è troppa, siano rovinati i raccolti; se si alza il vento, teme che gli alberi vengano divelti e gli edifici crollino; se in terra si accende qualche fuoco, vacilla per il timore che si appicchi alle sue case; se sorge una guerra, infelice profetizza che una rapina sovrasti agli armenti e alle gregge; se nasce concordia dopo i litigi, si lamenta come di una disgrazia. Tormentato da continua viltà, teme l'invidia degli amici, l'astuzia dei ladri, la violenza dei rapinatori, le insidie dei parenti e i tumulti cittadini. Potrei aggiungere molte cose, le quali non solo fanno poveri questi ricchi, ma anche bisognosi. I beni della fortuna sono posti in bilico, da nessun sicuro aiuto protetti.

Cessino dunque i miseri di insultare coloro che hanno ben 28

deantque, ut litigii causam auferrent omnem, nil secum vates voluisse commune. Illi turbelis immixti et frequentia fori apud rostra insistunt, clamore etiam venali; poete in silvis et solitudinibus ocia meditationibus terunt. Illi sontium crimina cupido exquirunt animo; isti illustrium carmine extollunt clara facinora. Illi totis affectibus cupiunt aurum; isti totis viribus gloriam querunt et inclitam famam; et – ne pluribus instem – satis hec inter se distantia sunt. Que si vos, rerum omnium iudices, movere non possunt ut loquamini moderatius in poetas, moveat vos vestri Solonis autoritas, qui ex amplissimo legum latore in poesim iam senex voluntarius evolavit.⁴²

V. *Qui sint, et quam multa quidam poetis opponant.*

1 Est preterea, serenissime regum, ut tu longe melius nosti, divino munere domus in terris, composita ad instar celestis concilii, sacris tantum studiis dicata. In hac sublimi in solio ex Dei missa gremio phylosophia, rerum magistra, presidet augusta facie et divino splendore conspicua, regiis induta vestibus et aurea insignita corona, nec aliter quam mortalium imperatrix, cum premat sinistra libellos, dextra regale baiulat sceptrum, et disertio sermone audire volentes qui sint laudabiles hominum mores, que nature parentis vires, quid verum bonum et celestia docet arcana. Quam si intres, non est dubium quin sacrarium omni reverentia dignissimum videas, et, si circumspectes, quicquid humana possunt agere studia, quicquid ingenia speculari, quicquid comprehendere intellectus videbis liquido; et adeo miraberis, ut tecum dicas unum totum continens domum esse, imo ipsam fere divine mentis effigiem. Et inter alia, summa veneratione dignissima, sunt ibi post dominam celsiori in sede lo-

meritato e vedano che i poeti – per toglier via ogni motivo di contrasto – nulla vollero in comune con essi. Quelli, mescolati alla folla, se ne stanno, per applausi venali, presso i rostri, nella piazza affollata; i poeti invece nella solitudine dei boschi passano il tempo libero, meditando. Quelli con avido animo cercano i delitti dei colpevoli; questi con i versi esaltano le imprese famose degli uomini illustri; quelli con tutta l'anima bramano il denaro; questi con tutte le forze cercano la gloria e la fama illustre. E – per non insistere troppo – queste condizioni sono assai distanti fra loro. E se non possono indurre voi, giudici di tutto, a parlare più moderatamente contro i poeti, vi muova almeno l'autorità di Solone, il quale, da grandissimo legislatore, qual era, ormai vecchio spontaneamente volò verso la poesia.

V. *Chi siano quelli che si oppongono ai poeti e con quante obiezioni.*

C'è inoltre, serenissimo re, come tu ben meglio sai, una casa sulla terra, fabbricata, per dono divino, al modo di quella del concilio degli dei, e dedicata solo agli studi sacri. In essa sopra un seggio sublime, mandata dal grembo di Dio, regna la filosofia, maestra del mondo, augusta di aspetto, ragguardevole per splendore divino, vestita di panni regali e insignita di una corona d'oro; e, non diversamente che una regina del mondo, nella mano sinistra stringe i libri, con la destra regge lo scettro regale; e, a coloro che vogliono udirla, insegna, con ornato discorso, i segreti celesti e quali siano i lodevoli costumi degli uomini, quali le forze di madre natura e che cosa sia il vero bene. Se tu in questa casa entrassi, non vi è dubbio che vedrai un sacrario ben degno d'ogni riverenza; e se ti guarderai attorno, chiaramente vedrai ciò che possono fare gli umani studi, o che cosa possono speculare gli ingegni o che può comprendere l'intelletto; e te ne farai tale meraviglia da dire a te stesso che quella è una casa che contiene nell'uno il tutto, anzi che quasi è la stessa effigie della mente divina. E tra le altre cose degnissime di somma venerazione, ivi sono collocati in alto seggio, dietro

cati homines, non multi tamen, mites aspectu atque eloquio et morum etiam gravitate, tanta honestate atque vera humilitate spectabiles, ut credas deos potius quam mortales.⁴³ Hi iam presidentis dogmatibus pleni, abunde aliis ingerunt que noverunt,

- 4 Est et alia multitudo perstrepens variarum quidem hominum spetierum, ex qua non nulli, omni abiecta superbia, vigilantes mandatis insistunt, si forte studio queant in altiore devenire gradum. Alii vero sunt qui, fere rerum principiis auditis, elato animo in vestes imperatricis uncas iniciunt manus et, acri violentia quibusdam surreptis particulis, variis insigniti titulis, quos non nunquam extra domum venales comperiunt, non aliter quam si mentem omnem divinitatis perceperint, fastu quodam inflati, ex sacra se proripiunt ede; quanto tamen cum detrimento insipientum, prudentes advertunt. Hi autem, adversus quascunque bonas artes coniuratione unanimi facta, ante alia conantur fingere bonum virum, exterminant autem facies suas, ut appareant vigilantes, incedunt insuper deiectis in terram oculis, ut nunquam a meditationibus separari videantur; tardo tamen feruntur gradu, ut sub pondere sublimium speculationum nimio ab insipidis titubare credantur; honesto vestimentorum utuntur habitu, non quia mens honesta sit, sed ut ficta sanctitate decipiant; perrarus est illis sermo gravisque; rogati, non absque premissis suspirio et tempusculo interposito ac elevatis in celum oculis paululum, responsa concedunt, volentes ex his a circumstantibus arbitrari quia ex longinquo supercelestium sanctorum arcano non absque difficultate verba deducant in labia que dicturi sunt. Pietatem, sanctitatem et iustitiam profitentur, propheticis persepe utentes verbo, scilicet «zelus domus Dei comedit me».⁴⁴ Hinc ad ostentationem sue admirande scientie procedentes, que non noverunt omnia damnant, nec frustra; faciunt enim, seu ut non interrogentur de quibus respondere nescirent, seu ut tanquam vilia et minora
- 5
- 6

l'imperatrice, uomini, non però molti di numero, benevoli nell'aspetto e nel parlare, e anche nella severità dei costumi; e talmente ragguardevoli per onestà e per vera umiltà, che li credono piuttosto dei che uomini. Costoro, già colmi degli insegnamenti della filosofia, abbondantemente comunicano agli altri ciò che hanno appreso.

- 4 Vi è poi un'altra moltitudine schiamazzante di varie specie di uomini, dei quali alcuni, lasciata ogni superbia, vigilanti attendono agli ordini della filosofia, per vedere se mai possano, con lo studio, giungere a più alto livello. Altri però vi sono che, appena uditi i principi delle cose, con animo superbo, infilano le mani adunque nelle vesti dell'imperatrice e, strappatene con aspra forza alcune fila, ornati di vani titoli (che talora trovano in vendita fuori di quella casa), non altrimenti che se avessero inteso tutti i misteri della mente divina, gonfiati di un certo orgoglio, si allontanano dalla sacra sede; ma i saggi avvertono con quanto danno di quegli ignoranti. Costoro poi, fatta unanime congiura contro tutte le buone arti, anzitutto si sforzano di dare ad intendere di essere buoni uomini; poi deformano i loro volti per sembrare attivi ed operosi; camminano inoltre con gli occhi chini a terra, per non sembrare mai divisi dalla meditazione; e vanno però con passo lento, perché gli ignoranti credano che essi vacillino sotto il peso soverchio delle sublimi speculazioni. Vestono un abito onesto, non perché onesta sia la mente, ma per ingannare con finta santità. Rarissimo il loro parlare e grave; interrogati, non danno risposta prima di aver emesso un sospiro e di aver fatto trascorrere un po' di tempo e prima di aver levato un tantino gli occhi al cielo, volendo che gli astanti da ciò credano che, derivandole da un lontano segreto degli spiriti celesti con gran difficoltà, conducano alle labbra le parole che stanno per dire. Professano pietà, santità e giustizia, molto spesso usando la parola del profeta: «Lo zelo della casa di Dio mi divora». Di qui, procedendo all'esibizione della loro scienza meravigliosa, tutto condannano ciò che non conoscono, e non invano; lo fanno infatti, o per non esser interrogati su cose a cui non saprebbero rispondere, o perché sembri che essi le hanno disprezzate e trascurate co-
- 5
- 6

et a se cognita despexisse atque neglexisse videantur et vacasse maioribus. His autem decipulis captivatis insipientum iudiciis, civitates ambire, secularibus se miscere negociis, consilia prestare, connubia tractare, comensationibus interesse, testantium dictare tabulas, testamentorum executiones assumere, et multa minus philosophos decentia agere presumptuose incipiunt atque prosequuntur. Ex quibus fit ut in fumosam vulgi famam quandoque deveniant, ex qua tanta tumiditate turgescunt, ut incedentes cupiant a vulgo digito monstrari; et longe magis audire quia pregrandes magistri sint, videre quod eis assurgant presidentes in triviis, eos «Rabi» vocitent,⁴⁵ salutent, invitent, preponant atque preficiant. Ex his, omni consideratione seposita, audent omnia, nec verentur in alienas messes falces immittere suas;⁴⁶ ex quo fit, dum cetera preter sua ignominiose deturpare conantur, interveniat aliquando de poesi et poetis colloquium, quorum audito nomine, tanto repente accenduntur furore, ut igneos oculos illos habere diceret; nec possunt consistere, fremunt agunturque impetu; demum, quasi adversus eos, non aliter quam in letales hostes coniuratum sit, nunc in scolis, nunc in plateis, nunc in pulpitis, auscultante non nunquam vulgo inertes, in eos insano clamore prorumpunt, ut non de innocuis tantum, sed et de se timeant circumstantes, et aiunt⁴⁷ poesim omnino nullam aut futilem facultatem atque ridiculam, poetas homines esse fabulosos; imo illos, ut despectiori utantur vocabulo, non nunquam «fabulones» appellent, rura, silvas et montana colentes, eo quod moribus nec urbanitate valeant. Preterea eorum poemata esse dicunt obscura nimis atque mendacia, lascivius plena et deorum gentilium nugis atque ineptiis referta, asserentia Iovem, quendam adulterum et spurcidum hominem, nunc deorum patrem, nunc celorum regem, nunc ignem, nunc aerem, nunc hominem, nunc taurum, nunc aquilam,⁴⁸ et huiusmodi inconvenientia: sic et Iunonem et alios infinitos, eos multorum nominum celebres facientia.

II Mentium insuper seductores clamitant esse poetas ac suasores

me vili e piccole, e già da sé conosciute, e che hanno atteso a questioni più grosse. Dopo essersi assicurati con queste trappole il giudizio favorevole degli ignoranti, cominciano, e continuano, ad andare in giro per le città, a mescolarsi agli affari profani, a offrire consigli, a trattar matrimoni, a partecipare a conviti, a dettare note di testamenti ad assumerne l'esecuzione e a comportarsi presuntuosamente, in molti casi in modo sconveniente a filosofi. Da ciò deriva che talvolta giungano alla fumosa stima del volgo, per la quale si gonfiano al punto da desiderare di esser segnati a dito dal popolo stesso quando camminano; e più ancora di sentir dire che sono grandissimi maestri e di vedere che i nobili si alzano nei trivi al loro passaggio e li chiamano «maestri» e li salutano e li invitano e li fanno passare avanti e si mettono al loro seguito. Dopo di che, messa da parte ogni riflessione, osano tutto e non temono di porre le loro falci nelle messi altrui. Così avviene che, mentre tentano di sconciare vergognosamente tutte le altre cose, escluse le loro, parlino talora della poesia e dei poeti; e che, uditone il nome, così improvvisamente si accendano di furore, che diresti quelli aver gli occhi di fuoco. Né possono arrestarsi, fremono e sono agitati dall'impeto. Poi — quasi che contro di essi si fosse congiurato, come contro nemici mortali — ora nelle scuole, ora nelle piazze, ora sui pulpiti — mentre talvolta li ascolta il volgo sfaccendato — cominciano a inveire contro i poeti con gridi tanto pazzi che gli astanti temono, non solo per gli innocenti, ma anche per se stessi; e vanno dicendo che la poesia è un assoluto nulla, oppure un'arte vana e ridicola e che i poeti tutti sono uomini ricchi di favole, anzi li chiamano talvolta — usando un più sprezzante vocabolo — «ciarlatani», che abitano i campi le selve e i monti, perché non sono dotati né di costumi, né di civiltà. Inoltre dicono che i loro poemi sono troppo oscuri e menzogneri, pieni di lascivie e delle ciance e sciocchezze degli dei pagani, perché vi si asserisce che Giove, uomo adultero e sozzo, ora è il padre degli dei, ora il re dei cieli, ora fuoco, ora aria, ora uomo, ora toro, ora aquila e simili assurdità; e così anche dicono che Giunone e infiniti altri vi si fanno illustri di molti nomi. Inoltre vanno proclamando che i poeti sono seduttori delle menti e

criminum, et, ut turpiori, si possint, commaculent nota, predicant eos phylosophorum symias esse; firmantes inde poetarum libros legisse aut tenere pregrande piaculum ac, nulla facta distinctione, autoritate, ut aiunt, fulcti Platonis,⁴⁹ eos nedum e domibus, sed ex urbibus esse pellendos, et eorum «scenicas meretriculas», Boetio approbante «in exitum usque dulces»,⁵⁰

12 detestabiles fore atque eiciendas et renuendas omnino. Quid multa? Longum nimis esset omnia in medium deducere, que illis exitiale odium, infestante invidia, dicenda furentibus parat. Ad hos tam celebres iudices, tam equos, tam mites, tam favorabiles satis credendum est, princeps inclite, deveniet opus nostrum, quod, scio, circumdabunt more leonis famelici, ut invenient quid devorent,⁵¹ et, quoniam omne poeticum est, non expecto mitiorem sententiam, quam irati fulminent in poetas; nec scio quibus spiculis pectus opponam nisi eis que vetus

13 odium demonstravit illa conabor repellere. O bone Deus, sis tam indiscretis, tam inconsideratis clamoribus obvius, et horum admentium obsiste furori! Et tu etiam, rex optime, quoniam ad triarios ventum est,⁵² generosi pectoris tui viribus assis, fer opem militanti tibi,⁵³ nunc animis opus est, «nunc pectore

14 firmo». ⁵⁴ Acuta et venenata, nec modici roboris tela istorum sunt; nam, si inepti sint iudices, alias tamen valent; et ideo horreo et tremisco, nisi Deus primo, qui non deserit sperantes in se,⁵⁵ et tu inde faveris. Tenues michi vires sunt et ingenium debile, sed spes ingens subsidii, qua fretus, in eos irruam, comitante iustitia; cordi iam ingerere audaciam sentio.

VI. *Poesim esse utilem facultatem.*

1 Gymnasium pusillus intraturus homo has adversus gigantes moles, firmantes autoritate, qua possunt, aut nullam aut furi-

persuasori di delitti; e per macchiarli, se possibile, di più vergognosa infamia, predicano che essi sono scimmie dei filosofi; affermando inoltre che leggere, o tenere in casa, i libri dei poeti è grandissimo sacrilegio; e senza alcuna distinzione, poggiando – come dicono – sull'autorità di Platone, dichiarano che i poeti devono esser cacciati, non pur dalle case, ma dalle città; e che le loro «sceniche puttanelle, rovinosamente dolci», sono, con l'approvazione di Boezio, detestabili e da cacciare e rifiutare in assoluto, insieme con essi. Perché insistere? Troppo lungo sarebbe presentare tutte le minacce che l'odio esiziale, spinto dall'invidia, fa pronunciare a quei pazzi. A questi così illustri, così giusti, così miti, così benevoli giudici si deve credere, inclito principe, che giungerà l'opera mia; ed essi, ben lo so, a guisa di leoni famelici, la circondaeranno per trovarvi qualcosa da divorare; e poiché essa verte quasi tutta sulla poesia, non mi aspetto più benigna sentenza di quella che essi nell'ira scagliano, come fulmini, contro i poeti; e non so a quali dardi opporre il petto, se non a quelli che l'antico odio mi ha indicato; e quelli mi sforzerò di ricacciare. O buon Dio, opponiti tu a questi indiscriminati e sconsiderati clamori; e resisti al furore di questi pazzi! E anche tu, ottimo re, poiché siamo giunti ai ferri corti, assisti ed aiuta, con le forze del tuo cuore generoso, chi guerreggia per te: «Ora occorrono coraggio e petto saldo». Aguzze e avvelenate e terribili sono le frecce di questi tali; poiché, se i giudici non sono accorti, in altro modo possono avere vigore; e io perciò vivo nell'orrore e tremo di paura, a meno che prima Iddio – che non abbandona coloro che in Lui sperano – e poi tu, non mi siate favorevoli. Deboli sono le mie forze e il mio ingegno, ma grande la speranza di aiuto; e in essa confidando, mi precipiterò contro di loro; e, avendo per compagna la giustizia, già sento riempirsi il mio cuore di audacia.

VI. *La poesia è un'arte utile.*

Nel momento di entrare in campo, io piccolo uomo, contro questi pezzi di giganti, che affermano, con l'autorità che posso-

lem facultatem fore poesim, si perconter ante alia quidnam sit poesis, seu circa quod eius versetur officium, nil aliud fecisse reor quam «in scirpo quesisse nodum».⁵⁶ Sed quoniam faciendum est, queso ut id aperiant hi facultatum omnium preceptores egregii, ut appareat circa quod nostrum velint versari certamen. Scio: obstinata fronte, nullo unquam perfusa rubore, ridentes inquit quod paulo ante male dictum est. O bone Deus assis, et has ridiculas obiectiones adverte, et in melius eorum dirige gressus! Dicunt igitur, damnantes poesim, eam omnino nullam esse. Quod si sic est, scire velim: unde iam dudum tot illustres viri sibi poete quesivere nomen? Unde poematum multa volumina? Unde nomen hoc poesis ortum est, si poesis nichil est? Certe, si responsuri aliquid sint, per ambages ituros reor, cum nil queant iure respondere quam quod adversum inanam positionem suam sit. Certissimum enim est (ut post hec suo loco monstrabitur) hanc, ut ceterae discipline, a Deo, a quo sapientia omnis,⁵⁷ initium habuisse; et, uti reliquae, ab effectu nomen sortita est, a quo demum celebre poetarum nomen derivatum, et inde poematum a poetis. Quibus stantibus, non omnino nichil, ut aiebant, videtur esse poesis. Que si scientia est, quid inquit sophyste clamosi? Credo paululum retrahent pedem, vel potius, in secundam obiectionis partem ob disgregativam copulam⁵⁸ transvolantes, inquit: «Si facultas est, futilis facultas est».⁵⁹ O ridiculum rancidulum! Satis tacuisse fuerat, quam verbis frivolis in errorem sese precipitasse maiorem. Nonne vident ignari ipsum nominis huius, «facultatis» scilicet, significatum semper aliqualem plenitudinem demonstrare?

6 Sed de hoc alias. Et queso expriment, elegantes hi viri, quo iure poesis facultas dicenda sit futilis, cum eius instigatione, opitulante divina gratia, tot extant clara volumina, tot memoranda poemata tot inventa perlucida atque peregrina. Omutescent equidem, si patietur inanis ostentationis uredo. Sed

no, non essere arte la poesia, o essere un' arte vana, se chiederò anzitutto che cosa sia la poesia o attorno a quali oggetti si svolga il suo ufficio, credo che null'altro avrò fatto che cercare «il nodo nel giunco». Ma poiché questo si deve fare, io chiedo che questi egregi maestri di tutte le arti manifestino la loro risposta, in modo che sia chiaro il tema intorno al quale vogliono si svolga la nostra contesa. So che con fronte ostinata, mai cospersa di alcun rossore, diranno, ridendo, ciò che poc' anzi malamente è stato detto. O buon Dio assistimi e poni attenzione alle loro 2
ridicole critiche e drizza i loro passi a miglior cammino! Dicono dunque, condannando la poesia, che essa è assolutamente nulla. Se è così, vorrei sapere: donde finora tanti illustri uomini hanno cercato per sé il nome di poeta? Donde i tanti volumi di 3
poemi? Donde è sorto questo nome della poesia, se essa è nulla? Se qualcosa si accingeranno a rispondere, certamente credo che lo faranno in modo ambiguo, poiché nulla possono ragionevolmente rispondere, se non ciò che sia contrario alla loro vana posizione. Certissimo è infatti – come poi sarà a suo luogo dimostrato – che la poesia, come le altre discipline, prese il principio da Dio, dal quale deriva ogni sapienza; e, come le altre, ha preso il nome dall'effetto, dal quale poi è derivato il celebre nome dei poeti e dei loro poemati. Così stando le cose, è manifesto che la poesia non è – come essi dicevano – un nulla. E, se invece è scienza, che cosa diranno questi sofisti brontoloni? Credo che un po' ritrarranno il piede, o piuttosto, 4
passando alla seconda parte della loro critica per la copula disgiuntiva, diranno: «Se è arte, è arte futile». O frase ridicola e rancida! Meglio sarebbe stato tacere che, con parole frivole, precipitarsi in un errore più grande. Non vedono, gli ignoranti, che lo stesso significato di quel nome, cioè «arte», dimostra sempre una certa pienezza? 5

6 Ma di ciò in altro luogo. Epperò, prego, questi degni uomini mi dicano: per qual ragione la poesia dovrebbe dirsi arte futile, dal momento che, per sua ispirazione, e coll'aiuto della divina grazia, vi sono tanti illustri volumi, poemati così memorabili, tante invenzioni splendide e peregrine? Invero ammutoliranno, se lo permetterà il bruciore della loro vana ostentazione.

quid? Omutescent, dico? Mori mallent quam veritatem ne-
 dum extremis labiis, sed taciturnitate fateri. In diverticulum
 aliud irruent, et suo interpretantes iudicio dicent hunc adiecti-
 vum «futilem» intelligendum fore «damnosum atque detesta-
 bilem», eo quod poemata, a poesi venientia, deorum suorum
 7 cantent illecebra et infanda suadeant. Esto possit hec interpre-
 tatio reprobati, cum futile non sit quod est illecebris plenum,
 poterat tamen equo animo tolerari, si quod ob eam volunt pos-
 set ratione fateri, cum confitear ultro non nulla fore poemata
 id, quod asserunt, exprimentia; quam ob rem vicissent, si mala
 species posset bono derogare generi. Sed deprecor, si Praxiti-
 les aut Phydias, sculptura doctissimi, impudicum sculpsissent
 Priapum in Yolem nocte tendentem⁶⁰ potius quam spectabi-
 lem honestate Dianam, aut si pingat Apelles, seu noster Ioctus,
 quo suo evo non fuit Apelles superior, Martem se Veneri im-
 miscentem⁶¹ potius quam Iovem diis ex throno iura preben-
 tem, has artes damnandas fore dicemus? Stolidissimum esset
 8 fateri! Lascivientium quippe ingeniorum culpa hec est. Equo
 modo iam dudum non nulli fuere poete, si tales poete dicendi
 sunt qui, seu ratione questus, seu ad gratiam populi promeren-
 dam, sic eo exquirente seculo et illecebrati suadente lascivia, qui,
 honestate omissa, in has ineptias corruere. Que quidem dan-
 nande, detestande et abiciende sunt, ut latius post dicetur. Ob
 hoc tamen quorundam fingentium scelus non est universalis
 damnanda poesis, a qua tot in virtutes suasiones et poetarum
 monita atque documenta legimus, ab his quibus cure fuit cele-
 stes meditationes sublimi ingenio ac summa cum honestate, et
 9 stili atque verborum ornatu describere. Sed quid multa? Est
 non solum aliquid, sed scientia veneranda poesis, et, ut sepius
 in precedentibus visum est et in sequentibus apparebit, non fu-

Ma che? Ammutoliranno, ho detto? Preferirebbero morire che
 ammettere, col silenzio, non dico a denti stretti, la verità. En-
 treranno in un altro sentiero e, dando un'interpretazione a mo-
 do loro, diranno che questo aggettivo «futile» dovrebbe essere
 inteso come «dannoso» o «detestabile»; perché i poemi, che
 vengono dalla poesia, cantano le vergogne dei loro dei e indu-
 cono ad allettamenti o ad atti scellerati. Questa interpretazio-
 7 ne, sebbene possa essere confutata con l'argomento che non è
 futile ciò che è pieno di lusinghe, si sarebbe tuttavia potuta tol-
 lerare con animo sereno, se si potesse ragionevolmente ammet-
 tere ciò che per essa i critici vogliono conseguire; dal momento
 che io spontaneamente riconosco che ci sono alcuni poemi che
 esprimono ciò che essi dicono. E perciò avrebbero vinto, se la
 cattiva specie potesse annullare il genere buono. Ma prego ris-
 spondere: se Prassitele o Fidìa, scultori espertissimi, avessero
 scolpito un impudico Priapo che di notte aggredisce Iole, piut-
 tosto che Diana, spettabile per la sua onestà; o se Apelle, o il
 nostro Giotto, al quale al suo tempo Apelle non fu superiore,
 avessero dipinto Marte che si congiunge con Venere, piuttosto
 che Giove che dal suo trono offre leggi agli dei, forse che do-
 vrebbero queste arti essere condannate? Sarebbe estrema stol-
 tezza ammetterlo. Scolpire infatti, o dipingere, soggetti osceni,
 8 sarebbe colpa di ingegni lascivi. Allo stesso modo, già vi furo-
 no alcuni poeti (se tali uomini possono esser detti poeti) i qua-
 li, o per motivi di lucro, o per guadagnarsi il favore del popolo
 — a richiesta del secolo, o per la persuasione della seducente la-
 scivia — tralasciata l'onestà, incorsero in queste sconcezze. E ta-
 li sconcezze sono invero da condannare, da detestare e rigetta-
 re, come poi sarà più ampiamente detto. Ma per colpa di alcu-
 ni poeti, non deve essere condannata tutta la poesia, dalla qua-
 le leggiamo che tanti consigli derivano e ammonimenti e inse-
 gnamenti per le virtù; dico da parte dei poeti che ebbero cura
 di descrivere, con sublime ingegno, con somma onestà e orna-
 mento di parole e di stile, le meditazioni celesti. Ma perché in-
 sistere? La poesia non solo è qualcosa di reale, ma è una scien-
 9 za venerabile e — come si è visto nelle pagine precedenti, e ap-
 parirà nelle seguenti — non è arte futile, anzi piena di vigore per

tilis, sed succiplena facultas est, sensus volentibus ex fictionibus ingenio premere. Et sic patet, ne longius protrahamus sermones, primo certaminis ingressu, duces hos terga dedisse, eosque modico labore nostro aream liquisse duelli. Sed quid poesis sit, explicandum est, ut ipsi videant quam stolide opinentur illam futilem facultatem.

VII. *Quid sit poesis, unde dicta, et quod eius officium.*

I Poesis enim, quam negligentes abiciunt et ignari, est fervor quidam exquisite inveniendi atque dicendi, seu scribendi quod inveneris. Qui, ex sinu Dei procedens, paucis mentibus, ut arbitror, in creatione conceditur, ex quo, quoniam mirabilis sit, rarissimi semper fuerunt poete. Huius enim fervoris sunt sublimes effectus, ut putamentem in desiderium dicendi compellere, peregrinas et inauditas inventiones excogitare, meditata ordine certo componere, ornare compositum inusitato quodam verborum atque sententiarum contextu, velamento fabuloso atque decenti veritatem contegere. Preterea, si exquirat inventio, reges armare, in bella deducere, e navalibus classes emictere, celum, terras et equora describere, virgines sertis et floribus insignire, actum hominum pro qualitatibus designare, irritare torpentes, desides animare, temerarios retrahere, sonites vincere, et egregios meritis extollere laudibus; et huiusmodi
2 plura. Si quis autem ex his, quibus hic infunditur fervor, hec minus plene fecerit, iudicio meo laudabilis poeta non erit. Insuper, quantumcunque urgeat animos, quibus infusus est, per raro impulsus commendabile perficit aliquid, si instrumenta, quibus meditata perfici consueverat, defecerint, ut puta grammaticae precepta atque rethorice, quorum plena notitia opportuna est, esto non nulli mirabiliter materno sermone iam scripse-

coloro che vogliono coll'ingegno spremere i significati dalle favole. E così è chiaro – per non protrarre più a lungo il discorso – che, al primo entrare nella battaglia, questi nostri comandanti ci hanno voltato le spalle e che, con modesta fatica da parte mia, hanno abbandonato il campo della tenzone. Ma bisogna spiegare che cosa sia la poesia, perché essi stessi vedano con quanta stoltezza giudichino essere quella un'arte futile.

VII. *Essenza, origine e funzione della poesia.*

I La poesia – che gli ignoranti e i negligenti rifiutano – è un certo fervore di trovare pensieri eletti e di dire e descrivere ciò che si è trovato. Questo fervore, procedendo dal grembo divino, a poche menti – come credo – è concesso nella creazione; e perciò, poiché è mirabile, i poeti furono sempre rarissimi. Sublimi sono infatti gli effetti di questo fervore: come, ad esempio, spingere la mente al desiderio di esprimere o immaginare rare e mai intese invenzioni, comporre in ordine determinato quelle già immaginate, ornare la composizione con una certa insolita tessitura di parole e di concetti, coprire la verità sotto il velo di favole leggiadre; inoltre, se la invenzione lo richieda, armare i re, condurli alla guerra, far uscire le navi dagli arsenali, descrivere il cielo, le terre e i mari, cingere le vergini di corone di fiori, illustrare gli atti degli uomini secondo le qualità, scuotere i torpidi, animare i pigri, frenare i temerari, mettere le catene ai colpevoli e innalzare con meritate lodi gli illustri; e molte altre cose di questo genere. Ma se qualcuno di questi, ai
2 quali è infuso questo fervore, eseguirà meno pienamente tali compiti, a mio giudizio non sarà un poeta lodevole. Inoltre, per quanto il fervore prema gli animi nei quali è infuso, molto raramente colui che è da esso ispirato compone qualche opera degna di menzione, se sian venuti meno gli strumenti, coi quali le immagini pensate di solito vengono espresse: come, ad esempio, i precetti della grammatica e della retorica, dei quali è opportuna una buona conoscenza, sebbene alcuni già abbiano scritto mirabilmente nel volgare e abbiano perseguito i singoli

3 rint et per singula poesis officia peregerint.⁶² Hinc et liberalium
 aliarum artium et moralium atque naturalium⁶³ saltem novisse
 principia necesse est; nec non et vocabulorum valere copia, vi-
 disse monimenta maiorum, ac etiam meminisse et hystorias na-
 tionum et regionum orbis, marium, fluviorum et montium di-
 spositiones. Preterea delectabiles nature artificio solitudines
 opportune sunt, sic et tranquillitas animi et secularis glorie ap-
 petitus, et persepe plurimum profuit etatis ardor; nam si defi-
 ciant hec, non nunquam circa excogitata torpescit ingenium.
 4 Et quoniam ex fervore hoc, ingeniorum vires acuate atque il-
 lustrante, nil nisi artificiatum procedit, *ars* ut plurimum vocata
 poesis est. Cuius quidem poesis nomen non inde exortum
 est, unde plurimi minus advertenter existimant, scilicet a *poio*
pois, quod idem sonat quod *finigo finigis*, quin imo a *poetes*: ve-
 tustissimum Grecorum vocabulum latine sonans *exquisita locu-*
cutio.⁶⁴ Nam primi, qui, hoc inflati spiritu, exquisite rudi adhuc
 seculo cepere loqui, ut puta carmine, tunc omnino loquendi
 genus incognitum, ut sonorum auribus audientium etiam vide-
 retur, illud pensatis moderavere temporibus, et, ne delectatio-
 nem nimia brevitate subtraheret, aut longitudine plurima luxu-
 rians tedium videretur inferre, certis mensuratum regulis atque
 infra diffinitum pedum et sillabarum numerum coercuere. Sane
 quod ex hoc tam accurato dicendi ordine prosilibat, non di-
 cebatur *poesis* amplius, sed *poema*.⁶⁵

5 Et sic, ut iam diximus, tam arti quam artificiato ab effectu
 nomen consecutum est. Inquiet forsitan isti obiurgatores per-
 lucidi, etsi dixerim scientiam hanc ex Dei sinu recentibus
 adhuc animabus infundi, se nolle verbis meis satis prestare fi-
 dei, quibus satis roboris equis animis que videmus assidue po-
 6 terant prestitisse; sed adhuc egemus testibus. Si ergo legerint
 quid Tullius Cicero, homo phylosophus non poeta, dixerit ea
 in oratione, quam apud senatum habuit pro Aulo Licinio Archia,
 in fidem forsitan faciliores devenient. Dicit enim sic: «At-
 que sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus: cete-

compiti della poesia. Di qui la necessità di conoscere almeno i
 principi delle altre arti liberali morali e naturali; e inoltre di es-
 ser esperti di gran copia di vocaboli, di conoscere le memorie
 degli antenati e di ricordarsi anche le storie delle nazioni e le
 posizioni delle regioni del mondo, dei mari, dei fiumi e dei
 monti. Inoltre sono opportune le solitudini, dilettevoli per arti-
 ficio di natura; e così anche la tranquillità dell'animo e il desi-
 derio di una gloria secolare; e assai spesso molto giovò l'ardore
 dell'età; poiché, se queste cose manchino, talora l'ingegno s'in-
 torpidisce attorno alle cose pensate. E poiché da questo fervore,
 che acuisce ed illumina le forze dell'ingegno, nulla deriva
 che non sia fatto a regola d'arte, la poesia per lo più è stata
 chiamata «arte». E il nome di questa poesia non è nato da dove
 molti inavvertitamente credono, cioè da *poio*, *pois* — che suona
 come *finigo*, *finigis* — ma da *poetes*, antichissimo vocabolo greco,
 che significa in latino *exquisita locutio*. Infatti coloro che per
 primi, animati da questo spirito, cominciarono a parlare in mo-
 do raffinato al secolo ancora rozzo, come ad esempio in versi
 (genere allora del tutto sconosciuto), regolarono quello, affinché
 sembrasse anche sonoro alle orecchie degli uditori, con
 tempi determinati; e per non togliere il diletto con la eccessiva
 brevità, o portare sovrabbondante tedio con esagerata lun-
 ghezza, lo costrinsero nella misura di regole determinate e nei
 limiti di un metro definito di piedi e di sillabe. Ora, ciò che
 sgorgava da un così accurato ordine di parlare, non più era
 detto *poesia*, ma *poema*.

5 E così (come già abbiamo detto) dal loro effetto è derivato il
 nome, sia all'arte che all'artificio. Diranno forse, questi lucidis-
 simi censori, di non voler prestare sufficiente credito alle mie
 parole, sebbene io abbia affermato che questa scienza proviene
 dal seno di Dio nelle anime ancor tenere, e sebbene alle mie
 parole avrebbe potuto assicurare, per animi sereni, bastante
 autorità ciò che coi nostri occhi di continuo vediamo. Ma ab-
 6 biamo ancora bisogno di testimoni. Se dunque essi leggeranno
 quello che Tullio Cicerone, filosofo, non poeta, disse in quel-
 l'orazione che tenne in senato a favore di Aulo Licinio Archia,
 forse verranno più agevolmente a credermi. Egli dice infatti:

7 rarum rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare, poetam natura ipsa valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari» etc.⁶⁶ Ergo, ne orationem longius protraham, satis apparere potest piis hominibus poesim facultatem esse, et ex Dei gremio originem ducere, et ab effectu nomen assumere, et ad eam insignia atque fausta multa spectare, quibus ipsimet negantes utuntur assidue. Si querant, ubi vel quando, in promptu est. Fateantur ipsi quo duce, cuius opere fictiones suas ipsi componant, dum scalas gradibus distinctas in celum erigunt, dum proceras arbores ramorum fecundas eque ad astra producant, dum montes in excelsum usque circuitibus ambiunt. Dicent forsitan, ut huic a se incognite detrahant, quo utuntur rethorice opus esse, quod ergo pro parte non inficiat. Habet enim suas inventiones rethorica; verum apud integumenta fictionum nulle sunt rethorice partes; mera poesis est, quicquid sub velamento componimus et exponitur exquisite.

VIII. *Qua in parte orbis prius effulserit poesis.*

1 Si, mi rex, qua sub celi plaga, quibus seculis, cuius opere hec primo comparuerit in terris exquiras, vix credo satis certum posse dari responsum. Quidam autem existimantes sunt hanc cum sacris et cerimoniis veterum originem habuisse,⁶⁷ et sic apud Hebreos exortam⁶⁸, eo quod ab eis primo Deo sacrificium oblatum *Sacre* testentur *Lictere*; in quibus legitur Caym et Abel, fratres et primos natos orbe homines, deo sacrificasse;⁶⁹ sic et a Noe, undis cataclismi cessantibus, eo arcam exeunte, Deo sacrum fuisse confectum;⁷⁰ preterea et ab Abraham, superatis hostibus, dum Melcisedech sacerdoti vinum obtulit atque panem.⁷¹ Sane cum ex his quod queritur non sumatur, dato vaticinantes potius quam probantes asserant minime arbi-

«E così abbiamo appreso da uomini sommi e dottissimi che lo studio delle altre discipline è costituito di dottrina, precetti ed arte; ma che il poeta vale per la stessa natura ed è mosso dalle forze dell'ingegno e quasi ispirato da un certo afflato divino» ecc. Dunque, per non prostrarre oltre il discorso, abbastanza può apparire ad uomini giusti che la poesia è un'arte e prende origine dal seno di Dio e riceve il suo nome dagli effetti; e che ad essa molte cose insigni ed eccelse appartengono, delle quali gli stessi che ciò negano continuamente si servono. Se cerchino dove e quando, la cosa è chiara. Confessino essi stessi con quale guida e per opera di chi compiano le loro invenzioni, mentre innalzano verso il cielo le scale, divise in gradini, mentre ugualmente spingono fino alla stelle alberi ricchi di rami, mentre percorrono, aggirandoli, i monti fino alla cima. Diranno forse, per togliere credito a questa poesia che non conoscono, che ciò che usano è opera di rethorica; e io in parte non lo contesterò. La rethorica infatti ha le sue invenzioni, ma non ha a che fare col velo delle finzioni poetiche. È pura poesia tutto ciò che componiamo sotto il velo dell'allegoria e ciò che accuratamente si espone.

VIII. *In qual parte del mondo sia prima rifulsa la poesia.*

Se tu, mio re, cercassi in qual parte del mondo, in che tempo, per opera di chi, primieramente la poesia sia comparsa in terra, credo che a stento si possa dare una risposta abbastanza sicura. Alcuni sono dell'opinione che essa abbia avuto origine comune con le sacre cerimonie degli antichi; e così sia nata presso gli Ebrei, perché le sacre scritture attestano avere essi per primi fatto sacrifici a Dio. In esse si legge che i fratelli Caino e Abele, primi figli nati nel mondo, sacrificavano a Dio; e così Noè, quando cessò il cataclisma del diluvio, uscendo dall'arca, fece un sacrificio a Dio; così anche Abramo quando, vinti i nemici, offrì al sacerdote Melchisedec vino e pane. Ma poiché da questi fatti non si consegue l'oggetto della ricerca, dal momento che costoro, piuttosto vaticinando che provando,

trandum sacra hec absque ulla verborum prolatione confecta, subiungunt a Moyse, cum sicco pede una cum populo Israel Rubrum superasset mare, integre peractum, cum legamus eum sacra et sacerdotes et tabernaculum, ad instar futuri templi erectum et orationes, quibus placaretur divinitas, invenisse.⁷²

3 Quibus inspectis, videbitur non ante Moysis, ducis Israelitarum, tempus poesim apud Hebreos habuisse principium. Qui quidem circa finem vite Marathii, regis Sicyoniorum, qui diem obiit anno mundi iii dc lxxx, populum eduxit et sacra confecit.⁷³ Sunt et alii gloriam hanc Babiloniis largiri volentes. Quos inter Venetus, puteolanus episcopus, hystoriarum investigator permaximus, erat asserere consuetus dicacitate prolixa,⁷⁴ poesim Moyse longe antiquiorem, ut puta Nembroth temporibus ortam; dicebat enim eum primum ydolatrie inventorem, eo quod cum ignem mortalibus accommodum vidisset, ac ex motibus eius atque murmurationibus variis futura quedam cognosceret, eum deum fore firmabat, et ob id loco dei non solum coluit Caldeisque suasit, verum illi templa construxit, sacerdotes ordinavit, et precatones etiam adinvenit. Quibus in precatationibus ostendebat eum exquisito usum eloquio. Quod possibile est, esto, unde sumpserit, non explicaret liquido. Ego autem, etsi sepiissime legerim apud Assyrios religionis cultum, phylosophie studium et armorum gloriam primo fuisse,⁷⁵ non tamen absque alio fide digniori testimonio facile credam apud barbaras et adeo immanes nationes originem habuisse artificium tam sublime. Greci insuper apud se exortam poeticam autumant, ut totis viribus affirmat Leontius.⁷⁶ In quam credulitatem ergo paululum trahor, memor aliquando ab inclito preceptore meo audisse⁷⁷ penes priscos Grecos tale huic fuisse principium. Nam cum primo inter rudes adhuc homines non nulli celsioris ingenii cepissent nature parentis opera admirari, et inde per meditationes sensim intrare credulitatem, aliquem

4

affermano non potersi credere che questi sacrifici siano stati fatti senz'alcuna emissione di parola, soggiungono che Mosè, dopo aver a piedi asciutti passato il Mar Rosso, insieme con il popolo d'Israele, compì interamente il sacrificio; poiché leggiamo che egli istituì sacerdoti e sacrifici e fondò il tabernacolo eretto a guisa del futuro tempio e inventò le orazioni con cui placare la divinità. Ciò visto, apparirà che la poesia non ebbe principio presso gli Ebrei prima di Mosè, capo degli Israeliti. E invero Mosè condusse fuori dall'Egitto il suo popolo e celebrò sacrifici al tempo dell'ultima parte della vita di Marazio, re dei Sicioni, che morì nell'anno del mondo 3680. Altri invece vogliono attribuire questa gloria ai Babilonesi. Fra essi quel Veneto, vescovo di Pozzuoli, sommo investigatore della storia, soleva affermare, con lunghe chiacchierate, che la poesia nacque molto prima di Mosè, come, ad esempio, al tempo di Nembrot. Diceva infatti che egli fu il primo inventore dell'idolatria; perché, avendo visto che il fuoco era utile agli uomini, e conoscendo, dai movimenti e dai vari rumori di quello, le cose future, affermava che il fuoco era un dio; e perciò, non solo lo adorò come dio, e ne convinse i Caldei, ma gli costruì dei templi, ordinò sacerdoti e inventò anche le preghiere. E il vescovo pozzuolano affermava che in queste preghiere Nembrot aveva usato un linguaggio raffinato; il che è possibile, sebbene il vescovo non mostrasse chiaramente la fonte della sua testimonianza. Io da parte mia, sebbene abbia letto molto spesso che gli Assiri per la prima volta ebbero il culto della religione, lo studio della filosofia e la gloria delle armi, non crederò tuttavia facilmente, senza un'altra testimonianza più attendibile, che presso popoli così barbari e incivili possa aver avuto origine un'arte così sublime. Inoltre i Greci sostengono che la poesia è nata presso loro, come con tutte la sue forze afferma Leonzio. Anch'io mi lascio un po' trarre a questa opinione, ricordando di aver talvolta udito dal mio illustre maestro [Francesco Petrarca] che la poesia ebbe tal principio presso gli antichi Greci. Infatti poiché per la prima volta tra uomini ancor rozzi, alcuni di più alto ingegno avevano cominciato ad ammirare l'opera di madre natura, e di qui ad entrare a poco a poco, col meditare,

3

4

unum esse, cuius opere et imperio gubernarentur et ordinarentur concta que cernerent, et eum unum vocavere deum; deinde existimantes eum non nunquam terras incolere, arbitrati sanctum fore ut diverticula suo nomini dicata veniens inveniret, ei sacras edes erexere et sumptu permaximo construxere, quas nos templa dicimus hodie. Inde, ut eum erga se propitium facerent, quosdam honores precipuos excogitaverunt, illi statutis temporibus fiendos, quos dixere sacra. Demum, quoniam quantum ceteris prevalere divinitate rati sunt, tantum pre ceteris honorandam, constituendas eius in sacris argenteas mensas et aureas fialas, candelabra et aurea quecunq; vasa; et ex prudentioribus atque nobilioribus populi homines, quos dixere postea sacerdotes, eosque in sacris conficiendis non vulgaribus, quin imo preciosissimis vestibus et thyaris atque lituis insignes esse voluere. Tandem, quoniam videretur absurdum mutos tacitosque pontifices deitate exhibere sacra, voluerunt verba componi, per que ipsius deitatis laudes et magnalia monstrarentur, et populi vota exprimerentur, et preces secundum oportunitates hominum porrigerentur eidem. Et quoniam appareret incongruum, non aliter quam si cum villico, aut servulo, seu contubernali amico loquereris,⁷⁶ divinitatem alloqui, voluere prudentiores ut exquisitus loquendi modus inveniretur, quem excogitandum sacerdotibus commisere. Ex quibus aliqui, pauci tamen (quos inter fuisse creduntur Museus, Lynus, et Orpheus),⁷⁷ quadam divine mentis instigatione commoti, carmina peregrina mensuris et temporibus regulata finxere, et in dei laudem invenere. In quibus, ut amplioris essent autoritatis, sub verborum cortice excelsa divinatorum misteria posuere, volentes ob hoc ne talium veneranda maiestas ob nimiam vulgi notitiam in contemptus precipitium efferretur. Quod artificium, quoniam mirabile visum est et eo usque inauditum, ut prediximus, ab effectu vocavere *poesim* seu *poetes*, et qui composuerant poete vocati sunt; et quoniam nomen etiam favet effectui, creditur, ut omictamus additum carminibus cantum et reliqua, apud Grecos originem habuisse poesim. De

nella opinione che ci fosse Uno, per opera e a comando del quale tutte le cose che vedevano fossero governate ed ordinate, quell'uno chiamarono Dio. In seguito, stimando che talora il dio abitasse in terra e che fosse cosa santa che, venendovi, trovasse una dimora dedicata al suo nome, gli eressero sacri edifici e li costruirono con grandissima spesa; e questi noi oggi chiamiamo templi. Poi per farsi il dio più propizio, escogitarono alcuni speciali onori che dovevano essergli resi in tempi determinati e che dissero «sacrifici». Finalmente, poiché ritennero che, quanto per divinità egli prevaleva sugli altri, tanto sopra gli altri dovesse essere onorato, vollero che, nei sacrifici a lui dedicati, fossero costruite mense d'argento e vasi d'oro e candelabri e arredi tutti d'oro; e che fra i più saggi e nobili fossero scelti uomini del popolo, che poi chiamarono «sacerdoti»; e vollero che, nella celebrazione dei sacrifici, non da vesti volgari, anzi fossero distinti dagli altri da preziosissime vesti, da tiare e da bastoni ricurvi. Infine, poiché sembrava assurdo che i pontefici presentassero i sacrifici senza parola, vollero che fossero composte parole per mezzo delle quali fossero espresse le lodi e le meraviglie di Dio e i voti del popolo; e gli fossero indirizzate preghiere secondo le necessità degli uomini. E poiché appariva sconveniente parlare alla divinità, non diversamente che con un fattore o con un servo o con un amico comune, vollero i più saggi che si trovasse un raffinato modo di parlare e ne affidarono la formulazione ai sacerdoti. Alcuni di essi, pochi tuttavia, fra i quali si crede fossero Museo, Lino ed Orfeo, mossi da un certo impulso della mente divina, foggiarono versi nuovi, regolati con metri e tempi, e li inventarono in lode di dio. In essi, per renderli più autorevoli, posero, sotto la cortecchia delle parole, alti misteri divini, con ciò volendo che la loro veneranda maestà, per esser troppo nota al volgo, non cadesse in disprezzo. Poiché questo artificio parve meraviglioso, e fino ad allora inauditum, dal suo effetto lo chiamarono — come si è detto — *poesim* o *poetes*; e quelli che lo avevano composto furono detti poeti. E poiché, ancora, il nome favorisce il successo, si crede che la poesia (lasciamo stare il fatto che ai versi fosse aggiunto il canto e tutto il resto) abbia avuto origine presso i

- 8 tempore vero ambigitur plurimum. Dicebat enim Leontius a Barlaam, calabro preceptore suo, et ab aliis eruditis viris in talibus audisse sepius, temporibus Phoronei, Argivorum regis, qui anno mundi $\text{m} \text{ccc} \text{lxxxv}$ regnare cepit, Museum, quem ex inventoribus carminum unum diximus, insignem apud Grecos fuisse virum, et eodem fere tempore floruisse Lynum, de quibus adhuc fama satis celebris est, que eos apud nos etiam testatur sacris prefuisse veterum; et his etiam Orpheus additur traxit, et ob id primi creduntur theologo.⁸⁰ Paulus autem Perusinus longe iunior poesis esse dicebat, non mutatis autoribus, asserens Orpheum, qui ex antiquis inventoribus scribitur unus, temporibus Laomedontis, Troianorum regis, claruisse, circa annos mundi $\text{m} \text{ccccx}$, eumque Orpheum ex Argonautis fuisse, et non solum successorem Museo, sed eiusdem Musei Eiumolphi filii fuisse magistrum;⁸¹ quod etiam in *libro Temporum* testatur Eusebius.⁸² Ex quo patet, ut dictum est, longe iunior quam diceretur apud Grecos esse poesis. Attamen ad hec respondebat Leontius arbitrari a doctis Grecis plures fuisse Orpheos atque Museos, verum illum veterem Museo veteri atque Lino contemporaneum grecum fuisse, ubi traxit iunior predicatur. Sane quoniam iunior hic Bachi orgia adinvenit et Menadum nocturnos cetus, et multa circa veterum sacra innovavit, et plurimum oratione valuit, ex quibus apud coevos ingentis extimationis fuit, a posteris primus creditus est Orpheus.
- 10 Cui opinioni forsitan adherendum est, cum quorundam veterum testimonio constet etiam ante natum Iovem Cretensem non nullos fuisse poetas, cum post raptam a Iove Europam per Eusebium constet claruisse Orpheum tracem.⁸³ Cum igitur inter se sic discordantes sint, nec ullum satis validum testimonium ex antiquis autoribus ad roborandas opiniones suas inducant,
- 11 non satis certum habeo cui fides prestanda sit, apud Grecos temporibus descriptis, si Leontio credendum sit, apud Grecos prius quam apud Hebreos, etsi Veneto,⁸⁴ apud Caldeos prius quam apud Grecos comparuisse poesis. Si vero Paulo fi-

Greci. Molto tuttavia si dubita sul tempo. Diceva Leonzio di aver saputo da Barlaam, suo maestro, e da molti altri in tali argomenti eruditi, che ai tempi di Foroneo, re d'Argo (cominciò a regnare nell'anno del mondo 3385) ci fu presso i Greci un uomo insigne di nome Museo (che già abbiamo nominato, come uno degli inventori dei versi); e che nello stesso tempo fiorì un Lino. Di essi è ancora abbastanza illustre la fama, la quale ci attesta che quel Museo e quel Lino furono ministri dei sacrifici degli antichi. Ad essi si aggiunge anche il tracio Orfeo. E tutti tre sono perciò ritenuti i primi teologi. Invece Paolo Perugino diceva che la poesia è molto più recente (senza però cambiarne gli inventori), asserendo che Orfeo, il quale è descritto appunto come uno di essi, fiorì al tempo di Laomedonte, re di Troia, circa nell'anno del mondo 3910; e che questo Orfeo fu uno degli Argonauti, e non solo successore di Museo, ma anche maestro di altro Museo, figlio di Eiumolfo [Eumolpo]; e ciò anche Eusebio attesta nel suo *Chronicon*. Da ciò è manifesto che — come si è detto — la poesia è molto più recente di quello che dicevano i Greci. A questi argomenti però rispondeva Leonzio che i dotti Greci ritenevano esserci stati più Orfei e Musei, ma che quello Orfeo antico, che fu contemporaneo al vecchio Museo e a Lino, fu greco, mentre quello più recente è detto tracio. Ma poiché quest'ultimo inventò le orge di Bacco e i notturni convegni delle Menadi e molte cose innovò nei sacrifici degli antichi e molto valse nell'orazione, per i quali meriti fu molto stimato tra i contemporanei, fu creduto dai posteri essere stato il primo Orfeo. Forse questa opinione è da accettare, poiché consta, dalla testimonianza di autori antichi che alcuni furono poeti prima della nascita di Giove cretese, mentre si sa da Eusebio che l'Orfeo tracio fiorì dopo il rapimento di Europa da parte di Giove. Essendo dunque gli autori tra loro così discordi e poiché non adducono alcuna testimonianza abbastanza valida tratta dagli antichi per confermare le loro opinioni, io non ho per certo a chi si debba prestar fede. È chiaro tuttavia che dai tempi di cui si è detto, se si deve credere a Leonzio, la poesia comparve presso i Greci prima che presso gli Ebrei e che, se si deve credere a Paolino da Venezia, la poesia comparve

dem prestare velimus, sequetur Moysem primo quam Babilonios aut Grecos eiusdem fuisse magistrum. Ego autem quantumcunque Aristoteles dicat, ratione forsan superiori tractus, poetas primos fuisse theologos,⁸⁵ existimans eos Grecos intellexisse, (quod aliquale adminiculum opinioni Leontii videtur afferre) non credam huius poesis sublimes effectus, sinamus in belua illa Nembroth, sed nec in Museo, seu Lyno, vel Orptheo quantumcunque vetustissimis poetis (nisi, ut arbitrantur aliqui, Museus et Moyses unus et idem sint)⁸⁶ primo infusos; quin imo in sacratissimis et Deo dicatis prophetis, cum legamus Moysem, hoc percitum, ut reor, desiderio, *Pentatheuci* partem maximam non soluto stilo, sed heroico scripsisse carmine, Spiritu Sancto dictante.⁸⁷ Et sic alios non nullos equo modo magnalia Dei sub metrico velamine licterali, quod poeticum nuncupamus, finxisse. Quorum ego, nec forsan insipide, reor poetas gentiles in componendis poematibus secutos vestigia; verum ubi divini homines Sancto pleni Spiritu, eo impellente, scripsere, sic et alii vi mentis, unde *vates* dicti,⁸⁸ hoc urgente fervore, sua poemata condidere. Tu autem, rex inclite, cum nihil aliud circa huius originem quid dicam habeam, tue Serenitatis iudicio sume quod libet.

IX. *Composuisse fabulas apparet utile potius quam damnosum.*

1 Asserunt insuper, hi boatores magnifici, poetas fabulosos homines esse, et, ut deiectioni seu detestando magis utantur vocabulo, stomachantes illos aliquando vocitant *fabulones*. Nec dubitem quin ignatis execranda plurimum talis videatur obiectio, ast ego flocci facio. Non habet aliquorum lingue spurcicies illustrium virorum gloriosum nomen inficere. Doleo quod videns hos livore percitos in innocuos sese infrenes efferre. Sed quid tandem? Concedo fabulosos, id est fabularum

prima presso i Caldei che presso i Greci. Se invece vogliamo prestar fede a Paolo, ne conseguirà che Mosè, prima dei Babilonesi e dei Greci, fu maestro di poesia. Io però, benché Aristotele, forse tratto dalla ragione sopra detta, scriva che i primi poeti furono teologi, stimando che egli abbia inteso dire che fossero Greci – il che sembra dare qualche sostegno all'opinione di Leonzio – non crederei che i sublimi effetti di questa poesia fossero prima infusi, non dico in quella bestia di Nembroth, ma neanche in Museo Lino od Orfeo per quanto antichissimi poeti (a meno che – come altri credono – Museo e Mosè non siano una sola persona); piuttosto penso che siano stati infusi nei santissimi profeti dedicati a Dio, poiché leggiamo che Mosè incitato, come credo, da questo desiderio, scrisse la maggior parte del *Pentateuco*, non in prosa, ma in versi esametrici, dettati dallo Spirito Santo. E così leggiamo che alcuni altri, sotto il velo metrico della lettera, che noi chiamiamo poetico, hanno descritto le grandi opere di Dio. Ed io penso, e non forse stoltamente, che i poeti pagani nel comporre i poemi abbiano seguito le loro orme; ma mentre i profeti scrissero pieni di Spirito Santo e sotto la sua spinta, gli altri composero i loro poemi con la forza della mente (e da ciò son detti «vati») spinti da questo fervore. Tu poi, o re illustre, poiché non altro ho da dire sull'origine della poesia, prendi quello che ti piace, secondo il giudizio della tua Serenità.

IX. *Appare utile piuttosto che dannoso comporre favole.*

Questi magnifici tromboni affermano inoltre essere i poeti uomini che amano le favole; e talvolta irritandosi li chiamano «ciarlatani», per usare un vocabolo più vile o detestabile. Io non avrei dubbi che tale accusa non appaia molto esecrabile agli ignoranti; ma me ne rido; non può la lordura della lingua di alcuni macchiare il nome glorioso di uomini illustri. Mi dolgo solo perché vedo questi, spinti da livore, scagliarsi sfrenatamente sugli innocenti. Ma che infine? Ammetto che i poeti sia-

compositores, esse poetas. Nec hoc ignominiosum existimo, nisi uti formasse phylosopho silogismum; nam si ostendatur quid sit fabula, et que fabularum sint species, et quibus hi fabulones usi sint, reor non adeo pregrande piaculum videbitur, ut hi volunt, fabulas condidisse.

3 Fabula igitur ante alia a *for faris* honestam sumit originem,⁹⁰ et ab ea *confabulatio*, que nil aliud quam *collocutio* sonat; quod satis per Lucam in *Evangelio* demonstrantur, dum dicit de duobus discipulis post Christi passionem euntibus in castellum cui nomen Emaus sic aiens: «Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus, que acciderant, et factum est, dum *confabularentur* et secum quererent, et ipse Christus appropinquans ibat cum illis» etc.⁹⁰ Et si *confabulari* sanctis hominibus non imputatur in vicium, non erit fabulas composuisse peccatum. Sed cedamus paululum his: supervacaneum est composuisse fabulas, non inficiar, si simplices tantum poetas fabulas composuisse concesserim; verum nusquam legetur quin ab intelligenti homine cognoscatur aliquid magni sub fabuloso cortice palliatum. Et ob id consuevere non nulli fabulam diffinire: «Fabula est exemplaris seu demonstrativa sub figmento locutio, cuius amoto cortice, patet intentio fabulantis».⁹¹ Harum quadruplicem fore speciem credo;⁹² quarum prima omnino veritate caret in cortice, ut-puta-quando animalia bruta aut etiam insensata inter se loquentia inducimur. Et autor harum permaximus fuit Esopus, vir grecus antiquitate ac etiam gravitate venerabilis.⁹³ Et dato his non solum civile vulgus, sed etiam agrestes utantur, ut plurimum non fastidivit aliquando suis libris inserere Aristotiles, celestis ingenii vir et Perypatheticorum princeps phylosophorum.⁹⁴

6 Secunda autem species in superficie non nunquam veritati fabulosa commiscet, ut si dicamus Mincei filias nentes spernetesque orgia Bachi in vespertilionibus versas.⁹⁵ Has autem a primo vetustissimi invenere poete, quibus cure fuit divina et

no amanti delle favole, cioè compositori di racconti. E ciò non stimo vergognoso, se non come sarebbe per un filosofo formare un sillogismo. Se infatti sia mostrato cosa è una favola e quali le specie delle favole e di quali questi ciarlatani abbiano fatto uso, stimo che non parrà un così grande sacrilegio – come questi vogliono – aver narrato favole.

3 La favola dunque, avanti tutto, prende onesta origine da «for - faris»; e da essa deriva *confabulazione*, che nient'altro significa che *colloquio*; e ciò assai si dimostra da Luca nell'*Evangelium*, quando scrive dei due discepoli che, dopo la passione di Cristo, andavano in un castello chiamato Emaus, così dicendo: «Ed essi discorrevano insieme di tutti gli ultimi avvenimenti e accadde che, mentre *confabulavano* fra loro e si ponevano domande, lo stesso Cristo si avvicinava e camminava con loro» ecc. E se *confabulare* non è imputato a colpa ad uomini santi, 4 non sarà dunque peccato comporre favole. Se poi vogliamo cedere un poco a costoro, io non contesterò che comporre favole sia inutile, se ammetterò che i poeti abbiano composto solo semplici favole. Ma non saranno mai letti, senza che da un uomo intelligente si comprenda che, sotto la cortecchia della favola, è nascosto qualcosa di grande. E perciò alcuni furono soliti definire così la favola: «La favola è un'espressione esemplificativa o dimostrativa sotto il velo della finzione; e, rimossane la cortecchia, è manifesta l'intenzione di colui che favoleggia». 5 Credo che di quattro specie siano queste favole. La prima è tutta priva di verità nella cortecchia, come, ad esempio, quando introduciamo gli animali, o anche le cose insensibili, a parlare tra loro. E massimo autore di queste fu Esopo, uomo greco, venerabile per antichità e anche autorità. E ammesso che queste usino, non solo il popolo civile, ma anche i contadini, molte volte non dispiacquero includerle nei suoi libri ad Aristotele, uomo di celeste ingegno e principe dei filosofi peripatetici.

6 La seconda specie poi mescola talora, in superficie, le cose favolose con quelle vere, come se dicessimo che le figlie di Minia, filando e disprezzando le orge di Bacco, furono trasformate in pipistrelli. Queste favole fin dai primi tempi inventarono gli antichissimi poeti, i quali ebbero cura di coprire ugualmen-

me usus est Christus Ihesus, Dei filius, Salvator noster, dum esset in carne, quanquam non eo, quo poete vocabulo *Sacre* vocitent *Lictere*, quin imo vocavere *parabolam*;¹⁰² non nulli *exemplum* dicunt, eo quod ratione dicatur exempli.

11 Quod autem quarta damnetur, cum a nullo satis congruo videatur principio moveri, neque alicuius artis vallari suffragio, aut in finem ordine deduci debitum, non magni facio, non enim in aliquo cum fabulis poetarum conveniunt, esto credam redargutores hos arbitrari poeticas ab illis in nullo differre.

12 Nunc queso: nunquid Sanctum Spiritum *fabulonem*, nunquid Christum Deum dicturi sunt, qui ambo sub eadem divinitate fabulas edidere? Non credam, si sapiunt. Ego autem, si liberet in sermonem longum excedere, optime nominum diversitatem non obesse, si stili qualitates convenient, demonstrarem; sed ipsi videant. Fabulis quippe, quas isti ob vocabulum ita despiciunt, non nunquam legimus incitatos insano fervore animos fuisse sedatos et in mansuetudinem redactos pristinam; ut-puta-dum a Memnio Agrippa gravissimo viro, romana plebs a patribus dissidens, e Sacro monte in patriam per fabulam revocata est.¹⁰³ Fabulis fessis illustrium virorum circa maxima

13 animis vires persepe restitute sunt, quod non tantum exemplo veteri, sed assiduis demonstratur. Cernimus enim principes, et maximis occupatos rebus, quasi rerum natura docente, post regnorum suorum sublimes dispositiones in melius, ut fessas in nervum revocent vires, convocare, qui iocosis confabulationibus recreent animos fatigatos. Fabulis laborantibus sub pondere adversantis fortune non nunquam solamen inpensum est, quod apud Lucium Apuleium cernitur.¹⁰⁴ Quem penes Carithes, generosa virgo, infortunio suo apud predones captiva, captivitatem suam depolorans, ab anicula fabule Psychis lepidi-

molto spesso si servì Gesù Cristo, figlio di Dio e Salvatore nostro, mentr'era incarnato, sebbene le Sacre Scritture non la chiamino col nome usato dai poeti, ma con il termine «parabola» e alcuni con «esempio», perché la si è detta a modo di esempio.

11 Che poi sia condannata la quarta specie, per il fatto che non sembra mossa da alcun congruo principio, né difesa dal riparo di alcuna arte, né ordinatamente condotta ad un debito fine, non ne faccio gran conto, perché questa specie niente ha a che fare con le favole dei poeti, sebbene io ben sappia codesti censori credere che appunto quelle favole di vecchiette in nulla differiscano dalle favole dei poeti.

Ora io chiedo: forse che chiameranno ciarlatano lo Spirito 12 Santo e Cristo Dio che, sotto una stessa divina ispirazione, parlarono per mezzo di favole? Io non lo credo, se essi sono in senno. Per parte mia, se piacesse eccedere in un lungo discorso, dimostrerei ottimamente che la diversità dei termini non nuoce, se le qualità dello stile si accordano; ma questo lo vedano loro. Veramente leggiamo che dalle favole, che costoro così disprezzano, a causa del vocabolo, furono talvolta acquetati gli animi accesi di pazzo furore e ridotti alla mansuetudine di prima; come, ad esempio, quando la plebe romana, dissidente coi senatori, fu ricondotta in patria dal monte Sacro per mezzo di una favola detta da Menenio Agrippa, uomo autorevolissimo. Con le favole molte volte sono state ridate forze agli animi di 13 uomini illustri, stanchi per le loro gravi occupazioni; il che si può dimostrare con esempi non solo antichi, ma anche frequenti. Vediamo infatti i principi, pur occupati in grandi impegni — come se li ammaestrasse la natura — dopo aver dato alti ordini per migliorare la situazione dei loro regni, far chiamare persone che sappiano confortare con piacevoli discorsi gli animi stanchi, per ridar nerbo alle forze indebolite. Con le favole talora è stato dato conforto a coloro che sono travagliati sotto il peso dell'avversa fortuna; e ciò si può vedere presso Lucio Apuleio. Nella sua opera si legge che Carites, nobile donzella, prigioniera per sua disgrazia di certi predoni, piangendo la sua cattività, fu un po' consolata da una vecchietta con la lepidezza della favola di Psiche. Sappiamo ancora che con le favole sono

tate paululum refocillata est.¹⁰⁵ Fabulis labantium in desidiam mentium in meliorem frugem lapsus revocatos iam novimus. Et, ut de minoribus et me ipso sinam, audivi iam dudum illustrem virum Iacobum de Sancto Severino, Tricarici et Clarimontis comitem,¹⁰⁶ dicentem se a patre habuisse suo, Robertum, Karoli regis filium, postea inclitum Ierusalem et Sycilie regem, tam torpentis ingenii puerum fuisse, ut non absque maxima demonstrantis difficultate prima licterarum elementa perciperet; et, cum fere de eo hac in parte amici desperarent omnes, pedagogi ingenium eius, solerti astutia rimantis fabellis Esopi in tam grande studendi sciendique desiderium tractus est, ut brevi non tantum domesticas has nobis liberales artes didicerit, verum ad ipsa usque sacre phylosophie penetrabilia mira perpicacitate transiret; talemque de se fecisse regem, ut a Salomone citra regum nullum doctiorem mortales agnoverint.

15 Quid multa? tanti quidem sunt fabule, ut earum primo contextu oblectentur indocti, et circa abscondita doctorum exercentur ingenia, et sic una et eadem lectione proficiunt et delectant.¹⁰⁷ Non ergo tam erecta cervice, tam fastidiosa sententia nauseantes hi livorem et ignorantiam suam evomant in poetas; suas, si satis sani sunt, primo curent illecebras, quam alienos splendores maledictorum nebulis offuscare conentur. Videant, videant censores hi, quibus et quam perniciosus ad excitandum muliercularum risum non nunquam utantur scomatibus, et dum se ipsos purgaverint, aliorum purgare conentur fabellas, memores Christum mandasse, ex accusatoribus is primus, qui innocens esset, primum sumeret lapidem in adulteram mulierem.¹⁰⁸

X. *Stultum credere poetas nil sensisse sub cortice fabularum.*

1 Sunt ex his non nulli tante temeritatis, ut, nulla autoritate suffulti, non vereantur dicere stolidissimum arbitrari clarissimos poetas sensum aliquem suis supposuisse fabellis, quin imo

14 stati richiamati a miglior frutto gli errori di animi tentennanti verso l'inerzia. E — per tralasciare i minori e me stesso — udii già raccontare dall'illustre Jacopo dei Sanseverino, conte di Tricarico e Chiaramonte, che aveva sentito da suo padre che Roberto, figlio di re Carlo (che fu poi inclito re di Gerusalemme e di Sicilia) fu da ragazzo così torpido d'ingegno, che non senza gravi difficoltà del precettore poté apprendere i primi elementi delle lettere; e che, mentre tutti gli amici disperavano di lui per questa parte, un pedagogo insinuandosi con le favole di Esopo nel suo animo con solerte astuzia, lo trasse a così gran desiderio di studiare e sapere, che in breve tempo, non solo apprese le arti liberali a noi domestiche, ma anche con mirabile perspicacia passò fino ai penetrabili della sacra filosofia e fece di sé un re tale che, eccetto Salomone, gli uomini non ne conobbero alcuno più dotto di lui.

15 Perché insistere? Tanto valgono le favole, che gli indotti si diletano del primo tessuto di esse e gli ingegni dei dotti si esercitano sulle verità in esse nascoste; e così con una sola e medesima lettura profittano e diletano. Non vomitano dunque, questi critici nauseabondi con la fronte eretta e con così noiosa sentenza, il loro livore e la loro ignoranza contro i poeti; e curino, se sono in senno, le loro pazzie, prima di sforzarsi di offuscare con nuvole di insulti gli splendori di altri. Vedano, vedano questi censori quale e quanto dannoso sarcasmo talora usino per muovere il riso delle femminette; e solo dopo essersi discolpati, tentino di correggere le favole altrui, ricordandosi che Cristo ordinò agli accusatori dell'adultera che contro di essa scagliasse la prima pietra chi fosse senza peccato.

X. *È stolto credere che i poeti nulla abbiano inteso dire sotto la scorza delle favole.*

1 Tra questi critici ce ne sono alcuni così temerari che, non appoggiandosi ad alcuna autorità, non si peritano di dire che è stolidissimo credere che i più famosi poeti hanno nascosto qual-

illas fecisse ostensuri quam magna possent eloquentie sue vires, et potissime, dum, eis agentibus, crederentur ab insipidis falsa pro veris. O iniquitas hominum! O ridenda stoliditas! O ineptum facinus! Dum alios deprimunt, se putant ignorantes extollere. Quis preter ignaros dicat: «Fecerunt fabulas poete vacuas et inanes, solo valentes cortice, ut eloquentiam demonstrarent?». Quasi circa vera vis eloquentie non possit ostendi!

- 2 Male profecto noverunt Quintiliani sententiam, cuius maximi oratoris opinio est circa falsa nullum eloquentie nervum posse consistere.¹⁰⁹ Sed de hoc alias. Quis enim, ut ad hos veniam, tam demens tamque vecors erit, qui, legens in *Buccolicis* Virgilii: «Namque canebat uti magnum per inane coacta»,¹¹⁰ una cum non nullis in hanc sententiam sequentibus carminibus; et in *Georgicis*: «Esse apibus partem divine mentis et haustus»¹¹¹ cum applicitis ad hoc; et in *Eneida*: «Principio celum et terras camposque liquentes»¹¹² cum annexis, ex quibus merus phylosophie succus exprimitur, non videat liquido Virgilium fuisse phylosophum et arbitretur eruditissimum hominem ob ostentandam eloquentiam suam, qua profecto plurimum valuit, Aristeam pastorem in penetralia terre ad Cyrenem matrem deduxisse,¹¹³ aut Eneam, ut patrem videret, ad inferos,¹¹⁴ absque abscondito sub fabuloso velamine intellectu scripsisse? Quis tam sui inscius, qui, advertens nostrum Dantem sacre theologie implicitos persepe nexus mira demonstratione solventem, non sentiat eum non solum phylosophum, sed theologum insignem fuisse?¹¹⁵ Et si hoc existimet, qua fultus ratione arbitrabitur eum bimembrem gryphem, curram in culmine severi montis trahentem, septem candelabris et totidem sociatum nynphis, cum reliqua triumphali pompa, ut ostenderet quia rithimos fabulasque sciret componere?¹¹⁶ Quis insuper adeo insanus erit, ut putet preclarissimum virum atque christianissimum Franciscum Petrarcam, cuius vitam et mores omni sanctitate laudabi-
- 3
- 4

che significato sotto le loro favole; anzi che le hanno composte per dimostrare quanto possano le forze dell'eloquenza; e specialmente quando, per mezzo delle favole, le cose false erano credute vere dagli ignoranti. Oh iniquità d'uomini, oh ridicola stoltezza, oh vana malizia! Mentre abbassano gli altri, gli ignoranti credono d'innalzare se stessi. Chi, all'infuori degli ignoranti, potrebbe dire: «i poeti hanno composto favole vuote ed inutili, valide solo per la loro superficie, per dimostrare di essere eloquenti?» Quasi che la forza dell'eloquenza non possa essere mostrata nelle cose vere! Certo male conoscono l'opinione di Quintiliano, massimo oratore, che nessun nerbo di eloquenza possa esserci nelle cose false. Ma di ciò altra volta. Chi dunque — per venire a costoro — sarà così demente e sconsiderato da non accorgersi, leggendo nei *Bucolica* di Virgilio: «infatti cantava come se (i principi delle cose) si fossero aggregati per l'immenso vuoto»; insieme con alcuni versi seguenti di questo tenore nei *Georgica*: «una parte della mente divina e uno spirito attinto dal cielo essere nelle api»; con i concetti aggiunti a questi; e nell'*Aeneis*: «In primo luogo il cielo, la terra e le distese del mare», con quanto segue (da cui sgorga il puro succo della filosofia); chi dunque così stolto da non accorgersi che Virgilio fu filosofo e da credere che quell'uomo dottissimo, solo per dimostrare la sua eloquenza — nella quale certamente molto valse — abbia condotto il pastore Aristea nei penetrali della terra alla madre Cirene, o Enea per vedere il padre all'inferno; e che abbia scritto, senza intenzioni di nascondere qualcosa sotto il velo della favola? Chi è così ignaro di sé, che, vedendo il nostro Dante molte volte sciogliere con meravigliosa dimostrazione i nodi intricati della teologia, non si accorga lui essere stato non solo sommo filosofo, ma anche insigne teologo? E se ciò stimasse, su qual fondamento potrà ritenere che egli abbia inventato che un grifone bimembre trascini il carro sulla cima dell'aspro monte, accompagnato da sette candelabri e altrettante ninfe, insieme con il corteggio trionfale, solo per dimostrare che sapeva comporre rime e favole? E chi inoltre sarà così sciocco da credere che quell'illustrissimo e cristianissimo uomo che fu Francesco Petrarca (della cui vita e dei cui

2

3

4

les vidimus ipsi, atque, prestante Deo, diu videbimus, et quo neminem magis redimentem non dicam tempus tantum, sed quoscumque temporis labentis athomos noscimus, expendisse tot vigilias, tot sacras meditationes, tot horas, dies et annos, quot iure possimus existimare inpenso, si *Buccolici* sui carminis gravitatem, si ornatum, si verborum exquisitum decus pensamus, ut Gallum fingeret Tyrheno calamos exposcentem,¹¹⁷ aut iurgantes invicem Panphylum et Mitionem et alios delirantes eque pastores?¹¹⁸ Nemo edepol sui satis compos assentiet, et longe minus qui viderunt que scripserit soluto stilo in libro *Solitarie vite* et in eo, quem titulavit *De remediis ad utramque fortunam*,¹¹⁹ ut alios plures omittam. In quibus, quicquid in moralis phylosophie sinu potest sanctitatis aut perspicacitatis assumi, tanta verborum maiestate percipitur, ut nil plenus, nil ornatus, nil maturius, nil denique sanctius ad instructionem mortalium dici queat. Possem preterea et meum *Buccolicum carmen* inducere,¹²⁰ cuius sensus ego sum conscius, sed omittendum censi, quia nec adhuc tanti sum ut inter prestantes viros misceri debeam, et quia propria sunt alienis linquenda sermonibus.

7 Taceant ergo blateratores inscii, et omutescant superbi, si possunt, cum, ne dum insignes viros, lacte Musarum educatos et in laribus phylosophie versatos atque sacris duratos studiis, profundissimos in suis poematibus sensus apposuisse semper credendum sit, sed etiam nullam esse usquam tam delirantem aniculam, circa foculum domestici laris una cum vigilantibus hibernis noctibus fabellas orci, seu fatarum, vel Lammiarum, et huiusmodi, ex quibus sepiissime inventa conficiunt, fingentem atque recitantem, que sub pretextu relatorum non sentiat aliquem iuxta vires sui modici intellectus sensum minime quandoque ridendum, per quem velit aut terrorem incutere parvulis, aut oblectare puellas, aut senes ludere, aut saltem Fortune vires ostendere.

costumi, lodevoli per ogni santità, siamo noi stessi testimoni, e lo saremo ancora a lungo con l'aiuto di Dio, e del quale nessuno conosco che con maggiore impegno abbia guadagnato, non dico solo il tempo, ma ciascun attimo del tempo che fugge) abbia speso tante veglie, tante sante meditazioni, tante ore, giorni e anni, quanti a ragione possiamo stimare abbia speso – se del suo *Bucolicum carmen* misureremo la gravità del verso e la squisita eleganza delle parole – solo per immaginare e rappresentare Gallo che domanda a Tirreno la sua zampogna; o Panfilo e Mitione in lite fra loro, e altri pastori ugualmente deliranti? Nessuno davvero, che sia in senno, vi assentirà; e molto meno vi assentiranno quelli che hanno veduto ciò che egli ha scritto in prosa nel libro *De vita solitaria*, o in quello che ha intitolato *De remediis ad utramque fortunam*, per lasciarne molti altri. Nei quali, quanto di santità o di perspicacia può essere assunto nel seno della filosofia morale, con tale maestà di linguaggio viene colto, che nulla di più pieno, di più ornato, di più maturo, e infine di più santo, possa essere detto per istruzione degli uomini. Potrei anche addurre il mio *Buccolicum carmen*, del cui significato sono io consapevole; ma ho creduto bene tacerne, perché non ancora sono così importante da essere mescolato con uomini eccellenti; e perché le cose proprie devono essere lasciate ai discorsi degli altri.

7 Tacciano adunque questi Cianciatori ignoranti e ammutoliscono, se possono, i superbi, poiché è da credere che, non solo gli uomini illustri, nutriti dal latte delle Muse e vissuti nelle case della filosofia e temprati dagli studi sacri, abbiano sempre messo profondissimi significati nei loro poemi, ma anche che non ci sia in alcun luogo così delirante vecchietta, attorno al focherello di casa, a veglia insieme con altri, nelle notti invernali, che inventi e racconti favole di orchi, di fate o di streghe o simili (di cui molto spesso sono piene quelle favole), senza sentire, sotto l'ornamento dei racconti – e secondo le forze del suo modesto intelletto – un significato, talvolta per nulla da riderne, per il quale voglia, o incutere paura ai fanciulli, o dilettere le donzelle, o prendere in giro i vecchi, o almeno mostrare il potere della Fortuna.

XI. *Ob meditationis commodum solitudines incoluere poete.*

1 Dixi hos obstrepentes insuper dicere poetas rura, montes et
 silvas incolere, eo quod urbanitate et moribus non valerent.¹²¹
 O ignavum hominum genus! Non advertunt furore perciti
 quia, dum volunt veritatem falso approbare suffragio, se men-
 daces faciant. Ego autem poetas rura, silvas et montes colere
 non solum confiteor, quin imo, nisi ipsi dixissent, ego dicturus
 eram (et forte iam dixi!),¹²² sane non ob eam causam quam in-
 flati asserunt, quod scilicet urbanitate non valeant, cum eos va-
 2 lere satis testentur poemata. Quibus si fidem prestare negli-
 gant, volvant veterum scripta, phylosophorum annales perle-
 gant, nec dubitem quin crebro comperiant poetas regum et no-
 bilitium amicitiiis atque convictu usos, dum libuit, que sordidis
 aut ineptis hominibus non prestantur. Nec in testimonium ve-
 ritatis huius desunt occurrentia quedam. Possem nempe, si vel-
 lem, ostendere Euripedem, poetam Archelai, Macedonum reg-
 is, contubernalem,¹²³ Emnium brundusinum Scipionum do-
 mesticum,¹²⁴ Virgilium Octaviani Cesaris amicissimum.¹²⁵ Et, si
 sordent vetera, non desunt presentia. Dantes noster Frederico
 Aragonensi, Scyelidum regi, et Cani della Scala, magnifico Ve-
 ronensium domino, grandi fuit amicitia iunctus.¹²⁶ Scimus in-
 3 super, et fere orbi toto notissimum est, Franciscum Petrarcam
 Karoli imperatoris, Iohannis, Francorum regis, et Roberti,
 eque Ierusalem et Scyilie regis, ac summorum pontificum plu-
 rium dilectissimum atque familiarissimum fuisse et vivorum esse,
 dum velit.¹²⁷

4 Ast si nesciunt susurrones hi, ob id solitudines incolunt et
 coluere poete, quia non in foro cupidinario, non in pretoriis,
 non in theatris, non in capitoliis aut plateis publicisve locis ver-
 santibus, seu turbelis civicis immixtis, vel mulierculis circum-
 datis sublimium rerum meditatio prestat, absque qua fere
 assidua nec percipi possunt, nec perfici percepta poemata.
 5 Quid insuper? Vix credam ista dixissent, si sana mente legis-

XI. *I poeti, per aver agio a meditare, abitarono i luoghi solitari.*

Dissi più sopra che questi critici schiamazzando affermano
 1 inoltre che i poeti abitano nei campi, sui monti o nelle selve,
 perché non sono capaci di civiltà e sono rozzi nei costumi. O
 vil razza di gente! Spinti dal furore, non avvertono che, mentre
 con falsi argomenti vogliono provare la verità, si fanno bugiar-
 di. Io invece, non solo ammetto che i poeti abitino nei campi,
 nelle selve e sui monti, ma anzi, se essi non lo avessero detto, io
 stesso lo avrei dichiarato (e già forse lo ho scritto); ma non per
 la ragione che quei superbi adducono: cioè perché i poeti non
 sono capaci di civiltà, che anzi del loro valore sono buoni testi-
 moni i loro poemi. Ai quali poeti, se essi si rifiutano di prestare
 2 fede, consultino gli scritti dei filosofi antichi, leggano e rilegga-
 no gli annali; e io non dubito che spesso troveranno che i poeti,
 quando a lor piacque, fruiroo dell'amicizia e della convivenza
 con re e nobili; beni che non si offrono a uomini rozzi ed ineti.
 Né, a prova di questa verità, mi mancano alcuni esempi. Potrei
 infatti, se volessi, esibire il poeta Euripide, familiare di Arche-
 lao, re Macedone; Ennio da Brindisi, intimo degli Scipioni;
 Virgilio, amicissimo di Cesare Ottaviano. E se siano disprezzati
 gli esempi antichi, non mancano i contemporanei. Il nostro
 Dante fu unito da grande amicizia a Federico d'Aragona, re di
 Sicilia, e a Cane della Scala, magnifico signore di Verona. Sap-
 3 piamo inoltre (ed è notissimo quasi a tutto il mondo) che Fran-
 cesco Petrarca fu carissimo e familiarissimo dell'imperatore
 Carlo, di Giovanni re di Francia, e ugualmente di Roberto, re
 di Gerusalemme e di Sicilia e di molti sommi pontefici; e, pur-
 ché oggi lo voglia, lo può essere di viventi.

Ma se non lo sanno questi mormoratori, i poeti abitano ed
 4 abitarono nei luoghi solitari, perché a coloro che si aggirano
 nei mercati dei fannulloni, o stanno nei pubblici palazzi, o nei
 teatri, o nella rocca, o nella piazza, o in luoghi pubblici, o si
 mescolano a confusioni cittadine, o circondati da femminette,
 non è concessa la meditazione delle cose sublimi; e senza di es-
 sa, se non sia quasi continua, non possono essere né intesi, né
 5 composti i poemi concepiti. E che ancora? Appena crederei

sent, que scribit Horatius Floro. Qui, postquam eleganter more suo enumeravit quedam urbium impedimenta, dicit interrogans: «[me] Rome ne poemata censes Scribere posse inter curas atque labores?» Volens ob hoc ut intelligatur minime posse. Nec his contentus, superadditis aliis inconvenientiis, quibus civitates agitantur continue, quasi commotus ait: «I nunc, et versus tecum meditare canoros!». Tu me inter strepitus nocturnos atque diurnos Vis canere, et contracta sequi vestigia vatum?». Nec multum post superaddit indignans: «Hic ego rerum Fluctibus in mediis et tempestatibus urbis Verba lyre motura sonum commictere digner?».¹²⁸ Ex quibus, ne plura super imponam, satis apparet cur petant et incolant silvestria loca poete. Quod etiam Paulum heremitam, Antonium, Maccarium, Arsenium aliosque plures venerabiles atque sanctissimos homines non ob urbanitatis defectum, sed ut liberiori animo deo servirent fecisse legimus.¹²⁹ Esto non adeo detestabile sit, ut hi arbitrari videntur, habitare silvas, cum in eis nil fictum, nil fucatum, nil menti noxium videatur.

7 Simplicia quidem omnia sunt nature opera. Ibi in celum erecte fagi et arbores ceterae, opacitate sua recentes porrigentes umbras; ibi solum viridantibus herbis contextum atque mille colorum distinctum floribus, limpidi fontes et argentei rivuli, lepido cum murmure ex ubertate montium declinantes; ibi pictae aves cantu frondesque lenis aere motu resonantes, bestiole ludentes; ibi greges et armenta, ibi pastoria domus, aut gurgustiolum, nulla domestica re sollicitum et omnia tranquillitate et silentio plena.¹³⁰ Que non solum, satiatis oculis attribusque deliciis suis, animum mulcent, verum mentem in se colligere et ingenium, si forte fessum sit, in vires revocare, atque illud videntur impingere in desiderium meditationis sublimium et aviditatem etiam componendi; que mira exhortatione sua

che avessero detto tali cose, se con mente sana avessero letto ciò che scrive Orazio a Floro. Dopo avergli elencato elegantemente, secondo il suo uso, alcuni impedimenti delle città, egli gli dice interrogandolo: «Credi dunque che io possa scrivere poemi a Roma in mezzo a tante cure e fatiche?»; volendo con ciò intendere che non si può davvero. Né contento di ciò, aggiungendovi altri disturbi, dai quali le città sono continuamente tormentate, dice quasi sdegnato: «Va ora e medita teo versi sonori!». Quasi dicesse: «non potrai»; e poi, seguendo, gli chiede: «Tu vuoi che canti fra gli strepiti notturni e diurni e segua le orme impresse dai poeti?». Né molto dopo soggiunge sdegnato: «Qui dunque in mezzo ai flutti tempestosi degli affari della città avrò piacere di mettere insieme parole destinate a suscitare il suono della lira?». Dai quali versi, per non aggiungerne altri, abbastanza appare perché i poeti cerchino ed abitino i luoghi silvestri. E ciò leggiamo ancora aver fatto gli eremiti Paolo, Antonio, Macario, Arsenio, e molti altri venerabili e santissimi uomini; e non per difetto di civiltà, ma per servire a Dio, con animo più libero. E poi non è così detestabile — come essi sembrano credere — abitare le selve, poiché non si vede in esse alcunché di falso, di artificioso, di nocivo alla mente.

7 Tutte le opere della natura sono davvero genuine. Ivi i faggi eretti verso il cielo e gli altri alberi che, con la loro opacità, porgono ombre fresche; ivi la terra coperta di erbe verdeggianti e distinta da fiori di mille colori; ivi limpidi fonti e argentei ruscelli che declinano con mormorio piacevole dai monti ubertosi; ivi uccelli variopinti che cantano; e fronde che risuonano, mosse da una leggera auretta e animalletti che giocano; ivi le gregge e gli armenti, ivi le capanne dei pastori o i tuguri liberi da ogni domestica preoccupazione; ivi tutte le cose piene di tranquillità e di silenzio. E questi spettacoli non solo, saziando gli occhi e le orecchie delle loro delizie, addolciscono l'animo, ma anche sembra che raccolgano la mente in se stessa e facciano riprendere forza all'ingegno, se mai fosse stanco; e lo conducano al desiderio di meditare cose sublimi e anche alla brama di comporre; e a questi comportamenti ci persuadono, con

dent libellorum societas et canori circum choreas agentes Musarum chori.

- 8 Que omnia si rite consideremus, quis studiosus homo civitatibus solitudines non preponat? Sane non poetarum crimen solitudinis, etiam si crimen merito dici possit, hos movet insolentes viros in redargutionem, quin imo eorum infecta mens ambitione damnabili, a qua discrepantes, poetas execrabiles aiunt esse viros. Mos enim hominum damnatorum morum est summe cupere sibi ceteros esse conformes, ut sua alieno crimine aut pallient, aut defendant. Erubescant igitur et omutescant, si prout ipsi poete non factitant! Horrent quippe et detestabile ducunt viri spectabiles ficto pallore deformare faciem, et inessu tardo verrere assiduis circutionibus civitates. Horrent atque recusant turpi atque deformi ypocrisi inertis vulgi mercari gratiam laudesque, et ab ignaris monstrari digito. Horrent fasces nedum exposcere, sed optare, aulas ambire regum, aut procerum quorumcunque assentatores fieri, auro pontificum infulas aucupari, ut ventri et inerti ocio latius indulgere queant, blandiri mulierculis, ut deposita subtrahant, pecunia quesituri quod meritis quesisses non poterant. Horrent preterea et totis detestantur affectibus Caturcenses¹¹ ob pecuniam in celos evehere, et iuxta muneris quantitatem eis exhibere sedes. Quin imo, quos isti blasfemant, tenui contenti victu brevique somno, speculatione continua et exercitio laudabili componendo scribendoque, sibi famosam gloriam et per secula duraturam exquirunt. O species hec hominum conviciis deturpanda, o detestanda solitudo talium! Sed quid verbis insto? Haberem equidem multa que dicerem, ni spectabilis candor, ni virtus egregia, ni laudabilis vita poetarum illustrium adversus tales se ipsam longe validiori robore tueretur.

mirabili esortazioni la compagnia dei libri e i canti armoniosi delle Muse danzanti.

- Tutte queste cose, se nel debito modo si considerassero, quale uomo studioso non preferirebbe alla città i luoghi solitari? Ma non la colpa dei poeti, di volere essere soli (se colpa può, a ragione, essere detta) muove questi insolenti uomini al rimprovero; piuttosto la loro mente infetta di deplorabile ambizione; e dicono che i poeti sono da evitare proprio perché da questa dissentono. È infatti uso di uomini di cattivi costumi sommamente desiderare che tutti gli altri siano a loro conformi, per coprire, o difendere, le proprie colpe con quelle di altri. Si vergognino dunque e ammutoliscono, se i poeti non si comportano come loro! Invero gli uomini degni di rispetto stimano detestabile contraffare la faccia con finto pallore e con lento passo percorrere in continui giri le città. Essi aborriscono e rifiutano di comprare il favore e le lodi del volgo ozioso, con ipocrisia vergognosa e disonorevole; e di essere mostrati a dito dagli ignoranti. Sdegnano non solo di chiedere, ma di desiderare il potere; di aggirarsi per le regge e di diventare adulatori di qualunque potente; di dar la caccia con l'oro alle insegne sacerdotali, per poter indulgere più largamente al ventre e all'ozio vile; di blandire le donnette per sottrarre loro i depositi e ottenere col denaro ciò che non avevano saputo conseguire coi loro meriti. Sdegnano inoltre, e detestano con tutto il cuore, di portare al cielo, per denaro, gli usurai e di offrire loro un posto, secondo la consistenza del compenso. Al contrario, quelli che costoro oltraggiano, contenti di un vitto moderato e di un sonno breve, continuamente meditando e con lodevole esercizio componendo e scrivendo, cercano la gloria di una fama che duri per i secoli. O che sorta d'uomini è questa che debba esser offesa con ingiurie! O solitudine detestabile di questi tali! Ma perché insisto nel mio discorso? Avrei molte cose da dire se il candore mirabile, l'egregia virtù e la vita lodevole dei poeti illustri, con ben più valida forza, non la difendessero contro questi accusatori.

XII. *Damnanda non est obscuritas poetarum.*¹³²

1 Obscura aiunt cavillatores hi esse persepe poemata, et hoc
 poetarum vicio, id agentium ut, quod inextricabile est, artifi-
 ciosius videatur esse compositum; idque egisse volunt, imme-
 2 mores veteris oratorum iussus, quo cavetur planam atqua luci-
 dam orationem esse debere.¹³³ O perverse mentis iudicium!
 Quis enim preter dolosam animam in cogitationem tam nephari-
 am declinasset, ut, quod ei inaccessible est, non solum odio
 habeat, sed falsa, si possit, criminatione deturpet? Fateor non
 nunquam obscuros esse poetas; sed prebeant, si volunt, ipsi re-
 sponsum nubquid phylosophorum, quorum numero ipsi im-
 pudice se miscent, contexta comperiant adeo plana, adeo per-
 lucida, ut debere dicunt orationem incedere. Si asserant, men-
 3 tiantur, cum inter scripta Platonis et Aristotilis, ut de ceteris si-
 leam, perplexiones adeo innodate sint, ut nondum, a multis
 perspicacibus viris ab eorum seculo in diem usque hunc exami-
 nate, potuerint satis lucide concordi sententia explicari.¹³⁴

4 Sed quid de phylosophicis dico? Nonne divinum eloquium,
 cuius ipsi professores haberi cupiunt, a Spiritu Sancto prola-
 tum, obscuritatum atque ambiguitatum plenissimum est? Est
 equidem, et, si negent, ipsa manifesta veritas approbabit, teste-
 sque plurimi sunt. Quos inter, si libet, interrogent Augusti-
 num, sanctissimum atque eruditissimum hominem, et cuius inge-
 nii tam grandes fuere vires, ut artes multas et quicquid de
 decem cathategoriis tradidere phylosophi, absque, ut ipse fate-
 tur, preceptore, perceperit, nec tamen erubuit confiteri se
 Ysaie principium intelligere nequivisse.¹³⁵

5 Non ergo obscuritates solis poematibus insunt. Quid ergo
 non inculat phylosophos ut poetas? Quid non dicunt Spiritu
 Sanctum operibus suis, ut artificiosiora apparerent, obs-
 curas implicuisse sententias? Quasi non rerum omnium subli-
 mis ipse sit artifex!¹³⁶ Non dubitem quin illis tanta temeritas in-
 sit ut facerent ni scirent esse phylosophis defensores et in Spiritu

XII. *L'oscurità dei poeti non deve essere condannata.*

Questi sofisti vanno dicendo che i poemi sono spesso oscuri, 1
 e ciò per difetto dei poeti; i quali lo fanno affinché appaia esse-
 re più artisticamente composto ciò che è intricato; e vogliono
 ch'essi facciano questo, immemori dell'antico precetto degli
 oratori, per il quale si dispone che l'orazione debba essere piana 2
 e limpida. O giudizio di mente perversa! Chi altro infatti,
 eccetto un'anima colpevole, si sarebbe piegata a così scellerato
 pensiero, da aver in odio quello che le è inaccessible, ma anche,
 macchiarlo, se possa, con falsa accusa? Ammetto che i
 poeti talora siano oscuri; ma mi rispondano, se vogliono, questi
 censori, se trovino testi di filosofi – nel numero dei quali im-
 pudicamente si mescolano – così piani e limpidi come dicono
 dover procedere l'orazione. Se ciò affermeranno, mentiranno, 3
 perché tra gli scritti di Platone e Aristotele – per tacere degli
 altri – le oscurità sono tanto intricate, che non ancora si sono
 potute abbastanza chiaramente, con concorde opinione, spie-
 gare da parte di molti uomini perspicaci, dal loro tempo fino al
 giorno d'oggi. Ma che dico dei filosofi? Non forse il linguaggio 4
 divino, del quale essi desiderano essere creduti pubblici maestri,
 pur suggerito dallo Spirito Santo, è tutto pieno di oscurità
 e ambiguità? Lo è davvero; e se essi lo negassero, la verità stes-
 sa chiaramente lo proverà; e molti sono i testimoni. Fra questi,
 se piace loro, interrogolino Agostino, uomo santissimo e dottis-
 simo, le forze del cui ingegno furono così grandi che egli appre-
 se molte arti e tutto ciò che intorno alle dieci categorie tramanda-
 rono i filosofi, senza precettore (come egli stesso attesta);
 eppure non arrossì di confessare che non aveva potuto intender-
 e il principio del libro del profeta Isaia.

Dunque le oscurità non sono solo nei poemi. E perché allora 5
 non accusano i filosofi, come i poeti? Perché non dicono che lo
 Spirito Santo nelle sue opere implicò oscure sentenze, affinché
 apparissero più piene di artificio? Come se Egli stesso non fosse
 l'artefice di tutte le cose. E pur non dubiterei che la temerarietà
 in loro è tale che accuserebbero i filosofi e lo Spirito Santo,
 se non sapessero che esistono difensori dei filosofi e che

tum Sanctum loquentibus apparata supplicia; et id circo in
 poetas prosiliunt, quia eos cernunt defensore carentes existi-
 mantes preterea nullam ibi culpam fore, ubi confestim pena
 6 non sequitur.¹⁷⁷ Debuerant hi vidisse non nulla obscura videri,
 cum clarissima sint, intuitis vicio (lusco quidem illucescente
 sole, qui limpidus est, nebulosus videtur aer); quedam alia de
 natura sui adeo profunda esse, ut non absque difficultate acies
 etiam egregii intellectus possit in earum abditum penetrare, uti
 7 in solis globo, antequam eum possint contingere, non nun-
 quam perspicacissimi retunduntur oculi. Quedam vero, etsi
 natura sui forsant sint lucida, tanto sunt fingentium palliata ar-
 tificio, ut egre etiam quis possit ingenio verum ex illis excerpe-
 re sensum, ut persepe inter nubila conditum solis pregrande
 8 corpus etiam doctissimi queant astrologi, qua celi vagetur in
 parte, comprehendere punctaliter oculorum intuitu. Et ex his
 esse non nunquam vatum poemata non inficior. Verum non ob
 id, ut isti volunt, iure damnanda, cum inter alia poete officia sit
 non eviscerare fictionibus palliata, quin imo, si in propatulo
 posita sint memoratu et veneratione digna, ne vilescant familia-
 ritate nimia, quanta possunt industria tegere et ab oculis tor-
 pentium auferre. Et si, quod ad eos spectat, fecere solertes,
 9 non execrandi, sed commendandi potius poete venient. Et
 ideo, ut iam dictum est, fateor illos non nunquam obscuros esse,
 sed extricabiles semper, si sanus ad eos accesserit intellectus;
 verum reor his querulis noctue oculos esse potius quam
 humanos. Nec sit quis existimet a poetis veritates fictionibus
 invidia conditas, aut ut velint omnino absconditorum sensum
 negare lectoribus, aut ut artificiosiores appareant, sed ut,
 10 apposita viluissent, labore ingeniorum quesita et diversimode
 intellecta comperta tandem faciant cariora. Quod longe magis

supplizi sono destinati a coloro che parlano contro lo Spirito
 Santo. E perciò assalgono i poeti, vedendoli privi di difensore,
 stimando inoltre che non c'è colpa alcuna a cui subito non segua
 6 la pena. E poi costoro avrebbero dovuto vedere che alcune
 cose, mentre sono chiarissime, sembrano oscure, per il difetto
 di chi vede (e infatti a chi è cieco d'un occhio, quando brilla il
 sole, appare nuvoloso il cielo sereno); e altre cose sono, per natura
 loro, tanto profonde che un loro segreto possa, non senza
 difficoltà, penetrare anche l'acutezza di un alto intelletto – come
 nel globo del sole talvolta anche gli occhi più penetranti si
 7 annebbiano, prima di potervisi affisare. Ma altre cose ancora,
 sebbene per natura loro siano poco chiare, vengono coperte in
 modo tale dall'artificio degli autori, che a mala pena uno ne
 possa coll'ingegno trarre il vero significato: come spesso anche
 i dottissimi astrologi possono appena intendere puntualmente
 con la vista in qual parte del cielo si giri il gran corpo nascosto
 tra le nubi. Io non contesto che questo oscuro contenuto ab-
 8 biano talora i poemi dei vati. Ma i poemi non devono essere a
 ragione condannati per questo motivo – come costoro vogliono
 – poiché, tra gli altri compiti del poeta, vi è anche quello di non
 svelare le verità coperte dalle finzioni poetiche; ed anzi, se sono
 troppo scoperte cose degne di ricordo e di venerazione, il poeta
 dovrà con tutto lo zelo possibile coprirle e sottrarle alla vista
 dei torpidi d'intelletto, affinché quelle verità non inviliscano
 per eccessiva familiarità. E dunque, se i poeti fecero con diligen-
 9 za ciò che loro spetta, non dovranno essere biasimati, ma al
 contrario lodati. Io perciò – come già ho detto – ammetto che
 essi talora sono oscuri, ma dichiaro insieme che sono sempre
 comprensibili, se si avvicini loro un intelletto acuto. E invece
 ritengo che questi criticoni abbiano occhi di nottola, piuttosto
 che di uomini. Non ci sia poi chi ritiene che i poeti abbiano nascosto
 il vero sotto le favole, o per invidia, o perché vogliono
 del tutto negare ai lettori il senso delle cose nascoste, o per apparire
 più abili nell'artificio. Essi lo hanno fatto affinché le cose che,
 messe innanzi con facilità sarebbero invilite, cercate invece
 dalla fatica degli ingegni e diversamente interpretate e alla
 fine ritrovate, siano tenute più care. E che ciò abbia fatto lo
 10

Sanctum fecisse Spiritum unusquisque, cui sana mens est, debet pro certissimo arbitrari. Quod per Augustinum in libro *Celestis Ierusalem* XI firmari videtur, dum dicit: «Divini sermonis obscuritas etiam ad hoc est utilis, quod plures sententias veritatis parit et in lucem notitiae producit, dum alius eum sic, alius sic intelligit». Et alibi Augustinus idem *super Psalmo CXXVI* dicit: «Ideo forte obscurius positum est ut multos intellectus generet, et ditiores discendant homines, qui clausum inveniunt quod multis modis aperiretur, quam si uno modo apertum invenirent». Et ut eiusdem Augustini testimonio adhuc adversus recalcitratores amplius utar, ut sentiant quoniam, quod ipse pro obscuritatibus Sacrarum Litterarum tuendis, ego pro obscuritatibus poematum intelligi velim, dico eum scribere *super Psalmo CXLVI* sic: «Perversum nichil est, obscurum autem aliquid est, non ut tibi negetur, sed ut exercentur accepturum» etc.¹³⁸ Et, ne ampliori utar sacrorum hominum circa hoc attestatione, nolo fastidium ducant hi audire quoniam idem velim de obscuritatibus poetarum sentiri, quod de divinis ab Augustino sentitur; quin imo ut, exfricata paululum fronte, volo considerent obsistentes quanto magis de his sentiendum sit, que respective paucis apponuntur, si de *Sacris Litteris*, que omnibus sunt apposite nationibus, sentiuntur. Si forsitan velint duriciem textus, figuras dictionum, aut orationum colorem et peregrinorum vocabulorum incognitam a se pulchritudinem damnassee, et hinc poetas obscuros dixisse, quid aliud dicam non habeo, nisi ut gramaticales iterum scolas repetant, pedagogi ferulam subeant, studeant discantque quid veterum autoritate¹³⁹ circa talia poetis licentie datum, scrupulosiusque scrutentur, preter vulgaria atque domestica, que sint etiam peregrina. Sed quid talibus insto? Paucioribus dixisse poteram: «Agant ut, exuto veteri, novum atque generosum ingenium induant,¹⁴⁰ et quod eis nunc videtur obscurum, tunc familiare videbitur et apertum». Nec indigestam intellectus sui grossiciem

Spirito Santo, deve tenere per cosa certissima chiunque abbia la mente sana. Il che sembra confermato da Agostino nel libro XI del *De civitate Dei*, là dove scrive: «L'oscurità del divino sermone è utile anche per il fatto che produce molte sentenze di verità, e le pone innanzi alla luce della conoscenza, mentre uno intende in un modo e uno in altro modo». E altrove lo stesso Agostino nelle *Enarrationes in Psalmos*, al capitolo CXXVI scrive: «La cosa oscura forse è stata posta perché generi molte conoscenze e gli uomini che hanno trovato chiuso ciò che in molti modi si sarebbe potuto aprire, siano maggiormente arricchiti che se lo avessero trovato aperto in un solo modo». E inoltre, per usare ancora della testimonianza di Agostino contro questi recalcitranti (affinché si rendano conto che quanto egli adduce in difesa dell'oscurità della *Sacra Scriptura*, io vorrei fosse inteso per l'oscurità dei poemi) dico che sopra il *Psalms* 146 scrive così: «Qui niente è cattivo, ma qualche cosa è oscura, non perché si sia negata, ma perché si eserciti chi abbia intenzione di comprenderla». E, per non utilizzare su questo argomento più ampia autorità di uomini santi, non voglio che costoro ritengano fastidioso udire che io vorrei che dell'oscurità dei poeti si intendesse ciò che Agostino intende delle cose divine; voglio anzi che i miei oppositori, stropicciatasi un po' la fronte, considerino quanto più sia da intendere delle cose che a pochi sono proposte, se lo stesso si comprende della *Sacra Scriptura* che a tutti i popoli è diretta. Se forse volessero condannare la durezza del testo, le figure retoriche, gli ornamenti delle orazioni e la bellezza di vocaboli peregrini ad essi sconosciuta, e perciò chiamare oscuri i poeti, io non ho altro da dire, eccetto che di nuovo ritornino alle scuole di grammatica, subiscano la bacchetta del pedagogo, studino e imparino quale licenza, per l'autorità degli antichi, sia al proposito concessa ai poeti; e più diligentemente cerchino, oltre le materie volgari e domestiche, quali siano anche le peregrine. Ma perché insisto su tali argomenti? Più brevemente avrei potuto dire: «facciano in modo, spogliatisi del vecchio ingegno, di indossarne uno nuovo e nobile; ed allora, cioè che ora par loro oscuro, vedranno familiare e chiaro». Né credano di coprire la

15 palliare se credant priscorum oratorum precepto, cuius non dubitem semper memores fuisse poetas, sed advertant quoniam perorando aliter quam fingendo verborum ordo procedat, et fictiones in fingentis arbitrio relictas fore tanquam opus alterius speciei. In quibus summopere a poetis servatur stili
 16 maestas, et eiusdem dignitas retinetur, ut ait *Contra medicum* in libro *Invectivarum III* Franciscus Petrarca. Nec, ut ipsi arbitrari videntur, carpere nequentibus invidetur «sed, dulci labore preposito, delectationi simul memorieque consulitur; cariora sunt enim, que cum difficultate quesivimus, accuratiusque
 17 servantur» ut idem, ubi supra, Franciscus testatur.¹⁴¹ Quid multa? Si his obtusum ingenium est, inertiam suam, non poetas redarguant, nec adversus eos frivolis insistant latratibus, a quibus secum optime actum est. Primo enim in limine, ne frustra fatigent ignari, ab ipsa rerum facie terror iniectus est; retrahant ergo gradum in tempore, potius quam, torpore ingenii fatigato incedentes, patiantur cum rubore repulsam. Et ut iterum dixerim, volentibus intelligere et nexus ambiguos enodare legendum est, insistendum vigilandumque atque interrogandum, et omni modo premende cerebri vires. Et si non una via potest quis pervenire quo cupit, intret alteram, et, si obstant obices, arripiat aliam, donec, si valiture sint vires, lucidum illi appareat quod primo videbatur obscurum. Sanctum enim canibus dare divino prohibemur monitu, et hoc eodem ante porcos proicere margaritas.¹⁴²

XIII. *Poetas non esse mendaces.*

1 Mendaces preterea insultantes hi dicunt esse poetas, et hunc locum conantur validis, si possint, firmare rationibus, aientes, quod sepe dictum est, eos in suis fabulis mendacia scribere - ut puta - hominem in lapidem versum,¹⁴³ quod omnino apparet

durezza del loro grosso intelletto col precetto degli antichi oratori, del quale non dubiterei che i poeti siano sempre stati memorì; anzi avvertano che l'ordine delle parole diversamente procede nella orazione che nella poesia; e che le invenzioni sono lasciate all'arbitrio di chi fa poesia, come opera di specie diversa. In esse i poeti molto osservano la maestà dello stile
 15 mantengono la dignità dello stesso, come dice Francesco Petrarca nel terzo libro delle *Invective contra medicum*. Né, come essi sembrano credere, la poesia si nega a quelli che non possono afferrarla, «anzi preponendo la dolce fatica, si provvede insieme al diletto e alla memoria; perché sono più care e con maggior cura si serbano le cose che abbiamo acquisito con difficoltà»; come lo stesso Francesco, sopra citato, afferma. A che
 16 dir molto? Se hanno l'ingegno rozzo, biasimino non i poeti, ma la propria inettitudine e non perseguitino, con vani latrati, quelli che si sono ottimamente comportati. Sulla prima soglia delle cose infatti viene gettato terrore dallo stesso loro aspetto, affinché gli ignoranti non si affatichino invano. Si ritirino dunque
 17 in tempo, piuttosto che, volendo avanzare coll'ingegno intorpidito e stanco, debbano subire vergognosa ripulsa. E per ripetermi, a chi vuole capire e sciogliere i nodi dell'ambiguità, occorre leggere, star sopra ai testi, vegliare, interrogare e in ogni modo premere le forze del cervello. E se per una via non si possa pervenire dove si desidera, si entri per un'altra; e se si frappongano ostacoli, se ne prenda una terza, fino a tanto che, se basteranno le forze, appaia chiaro quello che prima sembrava oscuro. Dal precetto divino ci è infatti vietato di dare ai cani ciò che è santo e, allo stesso modo, gettare le perle dinnanzi ai porci.

XIII. *I poeti non sono mendaci.*

1 Oltre a ciò questi petulanti dicono che i poeti sono bugiardi; e si sforzano di provare, se possano, con validi argomenti, questa tesi, affermando ciò che spesso è stato detto: cioè che quelli nella loro favole scrivono menzogne, come sarebbe di uomo

veritati contrarium. Preterea asserunt poetas mendaciter dicere multos esse deos, cum constet veritate certissima unum tantum esse et illum verum atque omnipotentem, addentes Virgilium, latinorum poetarum principem, recitasse Didonis hystoriam minus veram,¹⁴⁴ et huius modi quedam alia etiam inserentes.

2 Credo vicisse putent, vicissentque, ni esset qui eorum vociferationes insipidas veritate retunderet. Quid ergo? Rebar in precedentibus loco huic respondisse satis,¹⁴⁵ dum, quid sit fabula, quot fabularum species, et quibus usi poete sint, et propter quid, satis late descripsi. Sed si in hanc materiam iterum redeundum est, dico poetas, uti isti volunt, non esse mendaces. Est enim mendacium iudicio meo fallacia quedam simillima

3 veritati, per quam a non nullis verum opprimitur, et exprimitur quod est falsum. Huius octo fore species asserit Augustinus,¹⁴⁶ ex quibus, etsi graviore reliquis non nulle sint, nulla tamen scientes uti possumus absque peccato atque infamie nota, qua dicimur esse mendaces. Cuius diffinitionis intentum si equo animo prospectent poetici nominis hostes, redargutionem hanc, qua mendaces asserunt esse poetas, viribus carere cognoscent, cum poetarum fictiones nulli adhereant specierum mendacii, eo quod non sit mentis eorum quenquam fingendo fallere; nec, uti mendacium est, fictiones poetice, ut plurimum, non sunt nedum simillime, sed nec similes veritati, imo valde dissonae et adverse. Et dato species fabularum una, quam videri potius hystoriam quam fabulam diximus,¹⁴⁷ sit veritati simillima, antiquissimo omnium nationum consensu a labe mendacii immunis est, cum sit consuetudine veteri concessum ea quis uti posse ratione exempli, in quo simplex non exquiritur veritas,

4 nec prohibetur mendacium. Et si spectetur poetarum officium, non nunquam in superioribus demonstratum,¹⁴⁸ vinculo huic astricti non sunt, ut veritate utantur in superficie fictionum, et, si auferatur eis vagandi per omne fictionis genus licentia, eorum officium omnino resolveretur in nichilum.

mutato in sasso, cosa che pare del tutto contraria alla verità. Aggiungono poi che i poeti falsamente affermano l'esistenza di molti dei, mentre è ben certo che non ve n'è che uno e quello vero e onnipotente; e aggiungono che Virgilio, principe dei poeti latini, narrò una storia di Didone men che vera, e inseriscono altri argomenti di questo genere. Credo che essi ritengano di aver così vinto; e avrebbero vinto in effetti, se non vi fosse chi con la verità rintuzzasse le loro stolte affermazioni. Che dunque? Credo di aver abbastanza risposto nelle precedenti pagine a questa parte, dove ho con sufficiente ampiezza descritto che cosa sia favola e quante ne siano le specie, e di quali, e perché, si siano serviti i poeti. Ma se occorre ritornare su questa materia, dico che i poeti non sono mendaci, come costoro vogliono. Mendacio è infatti, a mio giudizio, una certa fallacia molto simile alla verità, con la quale da alcuni si copre il vero e si pone in evidenza il falso. Del mendacio afferma

3 Agostino esserci otto specie; delle quali, sebbene alcune siano più gravi delle altre, di nessuna tuttavia possiamo consapevolmente servirci, senza peccato o senza marchio d'infamia, per cui siamo detti mendaci. Se i nemici della poesia osserveranno serenamente l'intento di questa definizione, riconosceranno che questo biasimo di essere mendaci, rivolto ai poeti, manca di valore, dal momento che le invenzioni dei poeti non si accostano ad alcuna specie di mendacio, non avendo essi intenzione alcuna di ingannare poetando; né le invenzioni poetiche sono somigliantissime, anzi neppure somigliano alla verità, come invece è il mendacio; e invece profondamente ne discordano; e ammesso che una specie delle favole – che già abbiam detto apparire piuttosto storia che favola – sia molto simile alla verità, per consenso antichissimo di tutti i popoli, essa è immune dalla macchia di menzogna, essendo concesso per antica consuetudine che ci si possa servire di quella, a modo di esempio, nella quale né si cerca la pura verità né si vieta la bugia. E se si osservi l'ufficio dei poeti, più volte sopra indicato, essi non sono obbligati a questo vincolo di usare la verità nella superficie delle loro invenzioni; e se venisse loro tolta la licenza di vagare per ogni genere d'immaginazione, il loro ufficio si risolverebbe

4

5 Quid plura? Si omnia que dicta sunt in reprobationem meritam deiciantur, quod fieri posse non arbitror, hoc inreprobabile superest: nemo suum iure exercens officium in notam potest ob hoc infamie devenire. Pretor, esto in legem male meritis capitali multet supplicio, non iure tamen dicitur homicida; sic nec miles, agrorum hostium populator, dicitur predo; nec iuris consultus, etiam si minus equum clientulo prestet consilium, dum modo a iuris limite non separetur, falsidici nomen merebitur; sic et poeta, quantumcunque fingendo mentiatur, mendacis ignominiam non incurrit, cum suum officium, non ut fallat, sed ut fingat iustissime exequatur. Si tamen velint in hoc instantiam facere: quod verum non est, mendacium (qualitercunque dictum sit) est, si factum non sit, non tamen ulterius vires ad internicionem huius obiectionis apponam, sed queram ut videam quid responsuri sint, quo nomine vocanda sint ea, que per Iohannem Evangelistam in Apocalipsi¹⁴⁹ mira cum maiestate sensuum, sed omnino persepe prima facie dissona veritati. Quo ipse Iohannes? quo alia aliique, qui eodem stilo Dei magnalia velavere?

6 Ego quidem mendacia aut mendaces, etiam si liceret, dicere non auderem. Scio tamen: dicent quod egomet in parte dicturus sum, si roger, Iohannem scilicet aliosque prophetas veracissimos fuisse viros, quod iam concessum est. Preterea superaddent ab eis scripta fictiones non esse, sed potius esse *figuratas*, et sic nuncupari debere, et per consequens *figuratores* eandem scriptores. O ridendum diffugium! Quasi credituri simus, quod simillimum est in cortice, mutatione seu diversitate nominis effectus habeat diversos efficere! Sed in hoc minus questionis sit: figure sunt; nunquid habeant in licterali cortice veritatem expriment, queso. Si me hoc velint credere, nil aliud

proprio nel nulla. Che più? Se tutto il resto, affermato a giusta confutazione degli obiettori, fosse respinto (e ciò non credo possa accadere), questo argomento irrefutabile rimane: nessuno che eserciti il suo ufficio legittimamente, può per questo esser coperto da macchia d'infamia. Sebbene il giudice condanni alla pena capitale quelli che hanno violato la legge, non tuttavia a ragione può per questo esser detto omicida; così il soldato, che saccheggia i campi nemici, non può esser definito predone; e l'avvocato, anche se presti al cliente un consiglio meno giusto (purché non sia oltre il limite del diritto) non meriterà il nome di mendace. Così anche il poeta, per quanto mentisca nell'invenzione, non incorre nell'onta di mendacio, quando esegua onestamente il suo compito, che è non di ingannare, ma di inventare. Se però, nonostante tutto, i miei avversari volessero opporre: ciò che non è vero, è mendacio (in qualunque modo sia detto), se non sia fatto, allora io non applicherò le mie forze più oltre per distruggere questa obiezione; ma cercherò di vedere che cosa essi possano rispondere alla domanda: con che nome sono da chiamare le cose scritte da Giovanni Evangelista nell'*Apocalypsis*, con mirabile maestà di significati, ma del tutto, almeno a prima vista, ben spesso discordanti dalla verità? E con che nome lo stesso Giovanni? E con qual nome le altre cose e gli altri che con lo stesso stile hanno coperto con un velo le meraviglie compiute da Dio?

Io davvero, anche se fosse lecito, non oserei chiamarle menzogne e definir loro bugiardi. Ma so che questi critici diranno (ciò che anch'io in parte sono per affermare, se ne sarò interrogato): «Giovanni e gli altri profeti sono stati uomini veracissimi»; e ciò è già stato ammesso. Inoltre aggiungeranno che da Giovanni e profeti non sono state scritte invenzioni, bensì piuttosto «figure»; e così dover esser chiamate e di conseguenza «figuratori» gli scrittori di quelle. O ridicola scappatoia! Come se potessimo credere che ciò che è del tutto simile, visto alla superficie, abbia forza di produrre effetti diversi per il cambio o la diversità del nome! Ma sia pure in ciò minor ragione di contrasto: sono «figure»; e allora mi dicano, di grazia, se nella scorza della lettera esprimano verità. Se vogliono che io

erit quam mendacio velare michi oculos intellectus, uti illa velant suppositam veritatem. Sane cum mendaces hi dicendi nec habendi sint, quia non sunt, sic nec poete, qui pro viribus eorum innituntur vestigiis in fingendo. Multos autem deos scripsisse poetas, cum unus tantum sit Deus, negari non potest, sed minime illis in mendacium imputandum, quia non credentes neque firmantes, sed more suo fingentes scripsere.¹⁵⁰ Quis enim sui tam inscius sit, ut existimet quemque in laribus philosophie versatum tam dementis esse sententiae, ut credat deos esse quam plurimos? Si satis sani sumus, facile debemus credere eruditos viros studiosissimos fuisse veritatis investigatores, eosque eo usque, quo humanum potest penetrare ingenium, attingisse et absque ambiguitate novisse unum tantum Deum esse, ad quam notitiam devenisse poetas eorum in operibus percipitur liquido. Lege Virgilium, et orantem invenies: «Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis» etc.¹⁵¹ Quod epythetum nemini deorum alteri datum comperies. Reliquam autem deorum multitudinem non deos, sed dei membra aut divinitatis officia putavere, quod Plato, quem theologum nuncupamus, etiam opinatur.¹⁵² Talibus autem, ob venerationem officio contentis, deitatis dedere nomen. Sed infestos hos his non acquieturos existimo; clamabunt nempe dicentes, poetas de vero Deo et unico, quem novisse dicimus, multa scripsisse mendacia, et ob id merito nuncupari mendaces. Ego autem non dubito poetas gentiles de vero Deo minus recte sensisse, et sic de eo non nunquam quod minus verum fuerat scripsisse, et sic, ut isti volunt, mendacium; sed ob id mendaces esse dicendos non puto. Sunt enim mendacium hominum saltem species duo; ex quibus primi scientes et advertentes mentiuntur, ut ledant, aut ut non ledant, seu ut prosint. Et hi non *mendaces* tantum dicendi sunt, sed proprii vocabulo *mentientes*. Secundi sunt, qui, ignorantes se mendacium dicere, mendacium dixere tamen. Et inter hos oportuna cadit distinctio. Sunt enim ex his aliqui,

questo creda, ciò non sarà altro che con la menzogna velar mi gli occhi dell'intelletto, così come con la «figura» velano la verità ivi sottesa. E dunque poichè costoro non devono esser detti né ritenuti bugiardi (perché non lo sono), così neanche i poeti, i quali, secondo le loro forze, calcano le loro orme quando inventano. Certo non si può negare che i poeti scrissero di molti dei, sebbene esista, un solo Dio; ma ciò non è da imputar loro come menzogna, perché lo scrissero, non per fede o per convinzione, ma solo inventando secondo la loro usanza. Chi mai può esser così ignorante da stimare che uno, versato negli studi di filosofia, sia di opinione tanto folle da credere che vi siano molti dei? Se siamo abbastanza sani d'intelletto, facilmente dobbiamo credere che gli uomini dotti furono ardenti ricercatori di verità e giunsero fin dove può penetrare l'ingegno umano; e senza dubbio conobbero che esiste un solo Dio; alla conoscenza del quale esser giunti i poeti, chiaramente si apprende dalle loro opere. Leggi Virgilio e lo troverai in preghiera: «Giove onnipotente, se tu puoi esser piegato da qualche preghiera» ecc. E questo aggettivo tu non troverai mai dato ad alcun altro degli dei. La rimanente moltitudine degli dei, non dei (i poeti) stimarono, ma membra di Dio e al servizio della divinità; e ciò opina anche Platone che chiamiamo teologo. A questi per devozione diedero il nome di dei, conforme al loro ufficio. Ma io credo che questi avversari non si acquieteranno di fronte a tali argomenti. Certamente grideranno che i poeti, del Dio vero e unico, che noi diciamo aver essi conosciuto, hanno scritto molte menzogne e che perciò devono esser detti mendaci. Io per parte mia non dubito che i poeti pagani abbiano meno rettamente inteso il Dio vero e che pertanto abbiano talora scritto di Lui cose meno vere, e quindi false (come vogliono questi); ma non perciò stimo debbano esser detti mendaci. Ci sono infatti almeno due specie di uomini mendaci: dei quali, i primi consapevolmente mentiscono, o per offendere, o per non offendere, o per giovare; e questi non solo devono esser detti *mendaci*, ma, con termine più proprio, *mentitori*. I secondi sono quelli che, non sapendo di dire bugia, pure l'hanno detta. E fra questi cade opportuna una distinzione. In-

quorum ignorantia intolerabilis est, nec excusationem recipit aliquam, (ut puta: "Cavetur lege publica ne quis civis civem privato servet in carcere"; "Gaius Sempronium debitorem suum detinuit, et a multa tutari vult ignorantia legis"), que, quoniam supina videtur et crassa, civem scilicet leges publicas ignorare, nocuum defensare non potest. Sic et Christianus homo etate integer ab articulorum fidei ignorantia tutari non debet. Sunt et alii, quorum videtur ignorantia excusanda, ut 10 pueri, si phylosophiam non noverint, montanus homo, si non noverit nauticam, et cecus natus, si licterarum non noscat characteres, et huiusmodi. Quos inter numerari possunt poete gentiles, qui, et si liberales artes, si poeticam, si phylosophiam noverint, christiane religionis veritatem novisse non poterant. Nondum enim lux illa veritatis eterne in terris effulserat, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum»,¹⁵ nondum ad Agni cenam invitantes peragraverant orbem, quoscunque vocantes;¹⁵⁴ Israelitis solis hoc donum erat desuper datum ut Deum verum et iuste cognoscerent et rite colerent. Hi nedum quenquam ad communicandum secum convivium tam celebre invitabant, sed nec accedentes, si qui fuissent exteri, admictebant. Et sic, si minus vera sentientes scripserunt de vero Deo, se vera scribere arbitantes, hac acceptabili ignorantia excusati, non sunt dicendi mendaces.

11 Dicent, scio, quacunquē ignorantia mendacium dictum sit, mendax est dicens: quod negari non potest, esto non eadem nota labefactandi sint, qui ignorantia excusabili peccavere, quam qui crassa et supina, ut dictum est, cum illos non solum equitas, sed etiam legum austeritas habeat excusatos; et, si sic est, notam mendacii non incurrunt. Et si velint eos omnino quomodocunque mendaces, ego illis socios addam phyloso-

fatti in alcuni di essi l'ignoranza è intollerabile e non riceve scusa alcuna (come, ad esempio nelle sentenze: «la legge pubblica proibisce che un cittadino tenga altro cittadino in carcere privato»; oppure «Gaio ha detenuto Sempronio suo debitore, e vuole difendersi dalla pena con l'ignoranza della legge»); e l'ignoranza, poiché appare trascurata e grossolana se afferma che il cittadino non conosce le leggi pubbliche, non può difendere chi ha colpa. E così anche il cristiano di età adulta non deve difendersi con l'ignoranza degli articoli di fede. Ma ci sono 10 altri, l'ignoranza dei quali sembra essere scusata; come i fanciulli, se non conoscano la filosofia; un montanaro, se non conosca la nautica; un cieco nato, se non conosca le lettere dell'alfabeto; e altri simili. Fra questi possono essere annoverati i poeti pagani, i quali, sebbene abbiano conosciuto le arti liberali e l'arte poetica e la filosofia, non potevano conoscere la verità della religione cristiana. Non ancora infatti era rifusa in terra quella luce di verità eterna «che illumina ogni uomo che viene in questo mondo»; e non ancora coloro che invitano alla cena dell'agnello avevano percorso il mondo, chiamandovi ciascuno. Solo agli Ebrei questo dono era stato dato dall'alto, affinché il Dio vero giustamente conoscessero e convenientemente venerassero. Essi non solo non invitavano alcuno a partecipare con loro a così solenne convito, ma neanche ammettevano che uno vi si accostasse, se fosse stato straniero. E così se i poeti, intendendo cose meno vere, scrissero del vero Dio, pensando di narrare cose vere, scusati da questa accettabile ignoranza, non devono essere detti mendaci.

11 So che i miei critici diranno essere bugiardo chi dice bugia, per qualunque ignoranza sia detta; e ciò non si può negare; benché non siano da bollare con lo stesso marchio d'infamia coloro che hanno peccato per scusabile ignoranza e quelli che hanno peccato per ignoranza — come si è detto — trascurata e crassa; essendo i primi scusati, non solo dalla giustizia, ma anche dalla severità delle leggi; e se è così, essi non incorrono nell'infamia del mendacio. E se vogliono che quelli in assoluto e in ogni modo siano mendaci, io aggiungerò loro, per compagni, i filosofi Aristotele, Platone, Socrate e molti altri da loro som-

phos Aristotilem, Platonem, Socratem aliosque, quos ipsi summe colunt, eodem sontes crimine. Extollent, reor, hi censores optimi iterum voces in celum, in psalterio psallentes et cithara, quoniam non satis plene particula unica hius obiectionis reiecta videatur. O insipidi! Si militi uno parma confracta sit, non dum loco mota est acies integra. Non ergo exultent, sed meminerint quoniam sepe contusi nolentes cesserint.

12 Quod autem Virgilio obiciunt, falsum est. Noluit quippe vir prudens recitare Didonis hystoriam;¹⁵⁵ sciebat enim, ut talium doctissimus, Didonem honestate precipuam fuisse mulierem, eamque manu propria mori maluisse, quam infixum pio pectori castimonie propositum secundis inficere nuptiis. Sed, ut artificio et velamento poetico consequeretur quod erat suo operi oportunum, composuit fabulam in multis similem Didonis hystorie; quod, ut paulo ante dictum est, veteri instituto poetis conceditur.

13 Posset tamen quis dignus responsione et forsitan tu ipse, princeps, perquirere: ad quid hoc necessarium erat Virgilio? Cui ut digne responsum sit, dico eum in hoc a quadruplici causa tractum.

14 Primo, ut in eo stilo, quem in *Eneida* sumpserat, poeticum sequeretur morem, et potissime Homeri, cuius fuit in eo poemate imitator. Nam poete non, ut hystoriographi faciunt, qui a quodam certo principio opus exordiuntur suum, et continua atque ordinata rerum gestarum descriptione in finem usque deducunt (quod cernimus fecisse Lucanum, quam ob causam multi eum potius metricum hystoriographum quam poetam existimant),¹⁵⁶ verum artificium quodam longe maiori aut circa medium hystorie, aut aliquando fere circa finem inchoant quod intendunt, et sibi adveniunt causam recitandi, quod ex precedentibus omisisse videbantur; ut in *Odyssea* Homerus, qui quasi circa finem errorum Ulixis eum naufragum in litus Pheycum delatum scribit, et ibidem Alcinoi regi recitantem quicquid illi ante diem illam post discessum a Troia contigerat, inducit.¹⁵⁷ Quod volens Virgilius facere, cum *Eneam* a litore

15 troiano fugientem scripsisset post erutam civitatem, non adin-

mamente venerati, ma colpevoli dello stesso peccato. Innalzeranno poi questi ottimi censori di nuovo le voci al cielo, come credo, suonando il salterio e la cetra, perché non con sufficiente pienezza sembrerà loro respinta una particella di questa loro obiezione. O stolti! Se ad un soldato sia spezzato lo scudo, non ancora l'intera schiera è cacciata dalla posizione. E non esultino dunque, ma ricordino che, molto spesso battuti, si sono ritirati senza volerlo.

Ciò che poi rinfacciano a Virgilio è falso. Non volle davvero, 12 quel savio, raccontare la storia di Didone; poiché sapeva, come dottissimo in tale materia, che Didone era stata donna di spiccata onestà e che aveva voluto uccidersi piuttosto che insozzare con le seconde nozze il proposito di castità, fisso nel suo cuore; ma, per conseguire con l'artificio e il velo poetico ciò che era utile all'opera sua, compose una favola in molte parti simile alla storia di Didone; il che, come poc' anzi è stato detto, è concesso per antica usanza ai poeti.

Eppure qualcuno degno di risposta (e forse tu stesso, o prin- 13 cipe), potrebbe ricercare per qual motivo ciò fosse necessario a Virgilio. Per rispondere degnamente a chi ponesse il quesito, affermo che Virgilio fu condotto a ciò da quattro cause.

Anzitutto per seguire, nello stile che aveva assunto nell'*Ae- 14 neis*, il costume poetico, e specialmente di Omero, di cui fu in quell'opera imitatore. I poeti infatti non fanno come gli storici, i quali da un certo principio cominciano la loro opera e con una continua e ordinata descrizione dei fatti la conducono fino alla fine (e ciò vediamo aver fatto Lucano, per cui molti lo stimano piuttosto storico in versi che poeta); ma con artificio molto più sottile, o circa a metà della storia, o talora quasi alla fine, incominciano a dire ciò che hanno in animo e trovano a se stessi occasione di raccontare ciò che nelle parti precedenti sembravano avere ommesso; come nell'*Odyssea* fece Omero, il quale, quasi alla fine dei viaggi di Ulisse, lo descrive sbattuto come naufrago sul lido dei Feaci e gli fa ivi raccontare al re Alcino tutto ciò che dal giorno della sua partenza da Troia in poi gli era accaduto. Questo procedimento volendo seguire an- 15 che Virgilio, avendo descritto Enea in fuga dal lido troiano,

venit aptiorem locum, ad quem eum deduceret, ante quam Ytaliam intraret, africano litore; eo enim usque semper inter grecos hostes navigaverat.¹⁵⁸ Et cum litus affrum in tempus usque illud a rusticis et agrestibus atque barbaris hominibus incoleretur, ut eum ad personam veneratione dignam deduceret, et a qua reciperetur, et cuius hortatu Troianorum casus suosque recitaret, nec aliam preter Didonem, que, et si non tunc, multa tamen post secula loca illa incoluisse creditum est, comperiens, Didonem, tanquam si iam venisset, eius hospitam fecit, et, ut legimus, eius iussu sua suorumque infortunia recitavit.

- 16 Secundo, quod sub velamento latet poetico, intendit Virgilius per totum opus ostendere quibus passionibus humana fragilitas infestetur, et quibus viribus a constanti viro superentur.¹⁵⁹ Et cum iam non nullas ostendisset, volens demonstrare quibus ex causis ab appetitu concupiscibili in lasciviam rapiamur, introducit Didonem generositate sanguinis claram, etate iuvenem, forma spectabilem, moribus insignem, divitiis abundantem, castitate famosam, civitati sue et populo imperantem, prudentia atque eloquentia conspicuam, et viduam, quasi ab experientia Veneris concupiscentie aptiorem.¹⁶⁰ Que omnia generosi cuiuscunque hominis habent animum irritare, nedum exulis atque naufragi et in incognitam regionem deiecti atque subsidio indigentis. Et sic intendit pro Didone concupiscibilem et attractivam potentiam, oportunitatibus omnibus armatam. Eneam autem pro quocunque ad lubricum apto et demum capto. Tandem ostenso quo trahamur in scelus ludibrio, qua via in virtutem revehamur, ostendit, inducens Mercurium, deorum interpretem, Eneam ab illecebra increpantem atque ad gloriosa exhortantem. Per quem Virgilius sentit seu conscientie proprie morsum, seu amici et eloquentis hominis redargutionem, a quibus, dormientes in luto turpitudinum, excitamur, et in rectum pulchrumque revocamur iter, id est ad gloriam. Et tunc nexum oblectationis infauste solvimus, quando, armati fortitudine, blanditias, lacrimas, preces, et huius modi

dopo la distruzione della città, non trovò luogo più adatto a cui condurlo, prima di entrare in Italia, che il lido africano; infatti fino ad allora aveva sempre navigato tra i Greci nemici. E poiché il lido africano, fino a quel tempo, era stato sempre abitato da genti rozze e selvagge e barbare; per condurlo a persona degna di riverenza, dalla quale fosse accolto e per invito della quale raccontasse le sventure dei Troiani e le sue; non trovando altro personaggio che Didone (la quale, sebbene non allora, tuttavia si crede che dopo molti secoli abitasse quei luoghi), Virgilio fece che Didone ospitasse Enea, come se già altre volte fosse giunto; e, come leggiamo, per suo invito Enea le raccontò i travagli suoi e dei compagni.

In secondo luogo (e ciò si nasconde sotto il velo della poesia) 16 Virgilio intende mostrare in tutta l'opera da quali passioni sia turbata l'umana fragilità e con quali forze siano vinte dall'uomo costante. Di queste passioni, dopo averne già indicate alcune, volendo dimostrare per quali ragioni siamo trascinati dall'appetito concupiscibile alla lascivia, Virgilio introduce Didone, illustre per nobiltà di sangue, giovane d'età, spettabile per la bellezza, insigne per i costumi, abbondante di ricchezze, famosa per la castità, signora della sua città e del suo popolo, notevole per prudenza ed eloquenza, e vedova, quasi più propensa, per averla provata, alla concupiscenza di Venere. Tutte queste cose hanno forza di incitare l'animo, non dico di un esule che è stato sbattuto in una regione sconosciuta e che ha bisogno d'aiuto, ma anche di ogni uomo generoso. E così, per Didone, Virgilio intende la potenza concupiscibile e attrattiva, armata di tutte le opportunità; e in Enea rappresenta qualunque uomo atto al rischio, e poi da esso preso. Finalmente, dopo averci mostrato da quale illusione siamo trascinati alla colpa, ci indica la via per ritornare alla virtù, introducendo Mercurio, interprete degli dei a rimproverare ad Enea le lascivie e ad esortarlo ad imprese gloriose. E per esso Virgilio intende, o il rimorso della propria coscienza, o il rimprovero di un amico e di un uomo facondo, dai quali noi, addormentati nel fango delle vergogne, siamo svegliati e ricondotti alla retta e giusta via, cioè alla gloria. Allora sciogliamo il nodo del vergognoso

in contrarium trahentes, constanti animo spernimus, ac vili-
pendentes omictimus.

17 Tercio curat Virgilius in laudibus Enee ad honorem Octa-
viani Caesaris Iuliorum genus extollere;¹⁶¹ quod peragit, dum il-
lum lascivias et immunditias carnis et muliebres delicias robore
mentis spernentem atque calcantem ostendit.

18 Quarto intendit sublimare romani nominis gloriam, quod
satis facit, dum execrationes moriture Didonis describit.¹⁶²
Nam per eas bella Cartaginensium cum Romanis et triumpho,
quos ex eis Romani consecuti sunt, intelliguntur, in quibus ro-
manum nomen satis extollitur. Et sic non mendax fuit Virgi-
lius, ut minime intelligentes existimant, nec alii etiam, si qui
sint, eo modo fingentes.

XIV. *Stulte damnatur, quod minus sane intelligitur.*

1 Volunt insuper atque clamitant, execrantes poeticum no-
men, omnino abolenda esse poetarum carmina, eo quod lascivi-
is et nugis deorum gentilium referta sint; nec modo aliquo
tolerabile quod uni eidemque deo plures attribuantur forme
2 atque nomina, ut poete faciunt suo Iovi vel aliis. Stulti militis
more certamen intrant adversarii nostri, qui tanto nocendi ho-
stibus fertur impetu, ut sibi ipsi non videat, ex quo sepe fit ut,
quos in alterum parat ictus, inermis ipse suscipiat. Ego autem
his obiectionibus, in unum coacervatis involucrum, satis esse
responsum in precedentibus arbitrabor, in quibus scriptum se-
pissime memini sub formis variis, lascivias et nugis atque nomi-
3 nibus honestos ac sapidos claudi sensus. Quos etiam pro viri-
bus ingenii mei, amoto fabuloso cortice, aperuisse recorder.¹⁶³
Actus vero deorum illecebres, quocumque modo a poetis, comi-
cis potissime, descriptos, nec laudo nec commendo, quin
imo detestatus sum, et tam scriptores in hoc quam ipsos actus
vituperandos existimo. Amplissima quidem fingendi est area,

diletto, quando, armati di forza, disprezziamo con animo
costante le carezze, le lacrime, le preghiere e altre simili cose
che ci traggono al male e, non curandole, le lasciamo perdere.

In terzo luogo Virgilio cura di innalzare con le lodi di Enea
17 la famiglia Giulia in onore di Cesare Ottaviano; e ciò mentre
mostra Enea che disprezza lascivie e sozzure della carne o con
la forza della mente sdegnata e calpesta le delizie femminili.

In quarto luogo Virgilio intende innalzare la gloria del nome
18 romano; il che ben ottiene, mentre descrive le maledizioni di Di-
done vicina a morte. Per esse si intendono le guerre dei Cartagi-
nesi coi Romani e i trionfi che i Romani ne riportarono, nei quali
si esalta il nome romano. Così Virgilio non fu mendace, come
stimano quelli che poco intendono; e neppure lo furono altri, se
mai ce ne siano, che alla sua maniera abbiano poetato.

XIV. *Stoltamente si condanna ciò che meno bene s'intende.*

Vogliono inoltre, e gridano, questi che detestano il nome
1 poetico, che i versi dei poeti debbono essere del tutto cancellati
perché sono pieni zeppi di lascivie e di bazzecole degli dei
pagani; e che non è in alcun modo tollerabile che all'unico e
medesimo Dio siano attribuiti più forme e nomi, come i poeti
2 fanno al loro Giove o ad altri. I nostri avversari entrano in
combattimento come uno stolto soldato; il quale si lascia por-
tare da tale impeto di nuocere al nemico, che non guarda a se
stesso; onde spesso accade che, inerme, prenda lui i colpi che
prepara contro l'altro. Io poi a queste obiezioni, raccolte in un
solo involucro, credevo di avere a sufficienza risposto nelle pa-
gine precedenti, nelle quali ricordo di aver più volte scritto
che, sotto varie forme, lascivie e bagatelle e nomi, sono nascosti
3 onesti e saggi significati. E questi io ricordo di avere aperto,
secondo le forze del mio ingegno, rimuovendo la favolosa corteccia.
Invece non lodo né approvo le gesta disoneste degli dei
pagani in qualunque modo descritte dai poeti, specialmente
comici; ché anzi le ho detestate; e in ciò stimo che debbano es-
sere biasimati i poeti e le gesta stesse. Amplissimo è davvero lo

et pleno semper fictionum cornu poesis incedit; non ergo deficiabant quibuscunque sensibus honestissima tegumenta. Sane querela hec iam diu sublata est atque sopita. Nam que in scenis atque theatris a mimis et histrionibus atque parasitis et huiusmodi hominibus enormia caneantur olim, omnino abstulere atque reprobavere Romani veteres, Cicerone teste, et ipsam scenam et artem ludicram damnavere, agentesque nota multaverunt censoria, et eos amovere tribubus.¹⁶⁴ Sic etiam pretorum edicto cautum est qui artis ludicre pronuntiandi causa in scenam prodirent, ipso facto haberentur infames. Porro post Constantinum cesarem et Silvestrum pontificem¹⁶⁵ pullulante undique et in dies excrescente fide catholica, talium comicorum seu scenicorum carmina, absolverunt a seculo, et remanserunt illustrium et laudabilium libri et opuscula poetarum, qui res gestas et naturales augustiore stilo, artificioso scomate, facundiore locutu sub congruo fictionum et ymaginum tegmine protulerunt. Et sic, quos semideus Plato urbe pellendos iusserat,¹⁶⁶ et adversus quos hi nostri veritatis ignari clamitant, iam exterminati sunt et abiecti. Verum ut aliquid his reprehensoribus nostris particule obiectionis altere¹⁶⁷ responsum sit, dico, si ante initam pugnam prudentes, quibus in locis feriri possent acutius inspexissent, vidissent profecto quod ipsi poetis gentilibus obiciunt in se retorqueri telum; nec Iovem nunc celi deum, nunc etheris ignem, nunc aquilam, nunc hominem,¹⁶⁸ seu quibus mavis formis a poetis descriptum mirarentur, si meminissent ipsum verum et unicum Deum nunc solem, nunc ignem, nunc leonem, nunc serpentem, nunc agnum, nunc vermem, nunc etiam lapidem¹⁶⁹ a *Sacris* describi *Licteris*. Et eodem modo venerandissimam matrem nostram Ecclesiam, quam aliquando mulierem amictam sole, aliquando mulierem indutam varietate, aliquando currum, aliquando navim, aliquando ar-

spazio dell'invenzione; e la poesia cammina sempre col corno pieno di favole; e dunque non potevano mancare onestissimi rivestimenti a qualunque significato. Ma questa accusa già da tempo è stata tolta e sopita. Quelle cose scandalose infatti che una volta recitavano nelle scene e nei teatri i mimi, gli istrioni e i parassiti e simili, i Romani antichi del tutto tolsero e riprovarono, come attesta Cicerone; ed anzi condannarono lo stesso teatro e il mestiere dei commedianti e, procedendo contro di essi, li colpirono col marchio della censura e li espulsero dalle tribù. Così anche con editto dei pretori fu provveduto che coloro che salissero sul palco per farvi gli istrioni o gli imbonitori, per ciò stesso fossero ritenuti spregevoli. Inoltre, dopo l'impero di Costantino e il pontificato di Silvestro, mentre da ogni parte pullulava, e di giorno in giorno cresceva, la fede cattolica, i versi di questi comici e teatranti furono esclusi dal mondo; e rimasero i libri e gli opuscoli dei poeti lodevoli e illustri, i quali proposero le azioni naturali con stile più solenne, con abile espressione e con più faconda elocuzione sotto conveniente velo di invenzioni e di immagini. E così coloro che il semidio Platone aveva ordinato fossero cacciati dalla città, e contro i quali questi nostri, ignari di verità, vanno gridando, già furono sterminati e respinti. Ma per dare qualche risposta all'altra particella di obiezione di questi nostri censori, dico che se, da prudenti, prima di entrare in battaglia, avessero meglio considerato in quali parti potessero essere colpiti, avrebbero certo visto che il dardo che essi scagliano contro i poeti pagani, si rivolge contro di loro; e non si meraviglierebbero che Giove sia stata descritto dai poeti, ora come dio del cielo, ora come fuoco dell'aria, ora come aquila, ora come uomo, o nelle forme che si preferiscano, se avessero ricordato che il vero e unico Dio è descritto nella *Sacra Scriptura*, ora come sole, ora come fuoco, ora come leone, ora come serpente, ora come agnello, ora come verme o anche come pietra. E così dicasi della nostra venerandissima madre, la Chiesa, che i libri santi rappresentano, ora come donna vestita di sole, a volte come donna indossante vestiti di diversi colori, ora come carro, a volte come nave, o arca, o casa, o tempio e simili; il che ricordo di avere spessissimo let-

8 cam, domum, templum¹⁷⁰ et huius modi vocari sacra demonstrant volumina, quod et de Virgine genitrice et de humani generis hoste memini legisse sepiissime.¹⁷¹ De nominum multiplicitate quod dicam habeo istud idem: innumerabilia fere apud nostros Deo attribuuntur, et totidem Marie Virgini atque Ecclesie, et hec non absque misterio facta sunt, sicuti nec poete fecerunt. Quid ergo inadvertentes hi rugiunt? Livore quidem impellente, stare nollent quod ipsi non noscunt.

XV. *Detestabile nimis de incognitis iudicare.*

1 Porro zelantes hi suosores criminum poetas affirmant. Qua in accusatione si distinguerent, forsitan pro parte concederem eos esse victores. Constat enim satis non nullos iam dudum inhonestos fuisse comicos, seu eorum scelesto sic suadente ingenio, seu sic evo tunc exquirente corrupto; nec non et Naso-
2 nem pelignum clari, sed lascivientis ingenii poetam, *Artis amatorie* composuisse librum, in quo, et si multa suadeantur nepharia, nil tamen minus opportunum, cum nemo sit tempestate hac adeo demens iuvenculus aut simplex puellula, que movente illecebri appetitu ingenium, longe, ut in id veniat, quod exoptat, acutiora non noverit quam is, qui se talium preceptorum fore precipuum arbitratu est, doceat. Si igitur minus hi, quos non nunquam abiciendos diximus, honestatem facultatis poetice servavere, quid alii, splendido rubore conspicui, hanc incurrere meruere notam, et una cum turpibus accusari? Equidem patiendum non est. Et ob id, ut pateat cur ab his accusentur illustres, queso dicant nunquid Homerì carmen unquam legerint, nunquid Exioidi, Virgillii, Horatii, Iuvenalis, et aliorum huius modi plurium; et, si se legisse fateantur, expriment quorsum has criminum suasiones invenerint, ut, ipsi videntes

to della Vergine Madre e di Satana, nemico del genere umano. La stessa cosa ho da dire della molteplicità dei nomi, quasi innumerevoli, che dai nostri vengono attribuiti a Dio e altrettanti a Maria Vergine e alla Chiesa; e tali cose accaddero non senza mistero, così come neppure fecero i poeti. Che dunque sconsigliatamente essi vanno tagliando? Spinti dall'odio, non vorrebbero che esistesse ciò che non conoscono.

XV. *È molto riprovevole voler giudicare di cose non conosciute.*

1 Questi zelanti censori anche affermano che i poeti persuadono al peccato. Se in questa accusa sapessero fare una distinzione, forse in parte ammetterei che vincono. È infatti abbastanza noto che ci furono in passato comici disonesti, o perché a ciò li invitasse il loro tristo ingegno, o perché lo richiedesse l'età allora corrotta; ed è noto che il peligno Ovidio, poeta di chiaro, ma lascivo ingegno, compose un libro dell'*Ars amandi* nel quale, sebbene si consiglino molte cose disoneste, non vi è però alcunché di inopportuno, dal momento che in questo nostro tempo non c'è alcun giovincello così sciocco né donzella così ingenua che — quando l'appetito lascivo solleciti la loro sensibilità — non conoscano, per arrivare ad appagare il loro desiderio, mezzi di gran lunga più efficaci di quelli che può insegnare colui che ritenne di essere in tali argomenti singolare maestro. Se adunque quelli che abbiamo detto dover essere talora rifiutati non serbarono l'onestà dell'arte poetica, perché altri, ragguardevoli per splendida verecondia, meritano di incorrere in questo biasimo e di essere accusati insieme coi turpi? Davvero non è ammissibile. E perciò, affinché sia chiaro il motivo per cui da costoro sono accusati i poeti famosi, mi dicano, di grazia, se abbiano letto le opere in versi di Omero Esiodo Virgilio Orazio Giovenale e di molti altri di questo livello; e se confessino di averli letti, mi dicano in che parti abbiano trovato questi incitamenti al peccato, affinché, vedendo noi ciò che non abbiamo ancora veduto, condanniamo, insie-

3 quod nondum vidimus, cum eis male meritos condemnumus. Attamen rogare superfluum est. Quis autem, accusatione audita, non percipiat quia nunquam legerint? Cum liquido debeamus credere, si vidissent, in tam stolidam sententiam non venissent. Arbitror tamen ex questione tali hos scelus sceleri addituros; nequeunt enim tacere, tanto pavore tenentur ne ob taciturnitatem minus omnia novisse credantur, dicentque elata facie, totis loquentes buccis, et omni frontis amoto rubore, quasi ex hoc summe laudandi veniant: «Quid has nugas viderimus? Uaph! nec vidimus, nec vidisse volumus; maioribus operam damus!»

4 O bone Deus, ab eterno opere tuo, si velis, pausam sumere potes, et, si divinitatis tue appeterent oculi, posses in somnare, si velles; rem tuam isti curant! Tibi noctes insomnes hi dicunt, tibi suos sudores impendunt! Primum quippe mobile moveant reor, dum maioribus operam prestant. Magnum est, multum est, et talium, si pateris, dignus labor. O ignave hominum mentes! Non advertunt, dum alios tam prudenter flocci faciunt, quam misere suam ignorantiam detegant. Possumus etenim nos, si stultioreis eis non simus, videre satis quam iusta sit eorum accusatio, quam sancta atque toleranda sententia. Sane ne sit qui arbitretur me responsum hoc futurum ex meditatione frivola vaticinari, confiteor quoniam in hoc a certissima coniectura deducar. Audivi iam dudum interrogationi simili non nullos etiam fastidiosius respondentes, et – quod michi gravius fuit – virum quendam, etate venerabilem et sanctitate et doctrina precipuum, non respondentem, sed motu proprio longe exacrabilius obloquentem. Non mentiar, Deus novit, rex inclite! Erat, ut tunc visum est, vir iste adeo poetici nominis hostis infestus, ut illud non nisi stomachans proferre videretur, quod, ubi minus honestati sue oportunitum erat, ostendit. Nam mane quodam in generali Studio nostro, legens in cathedra sa-

me con essi, coloro che hanno meritato il biasimo. Tuttavia è 3
superfluo interrogarli. E chi poi, udita l'accusa, non comprenderebbe che non li hanno mai letti? Poiché chiaramente dobbiamo credere che, se li avessero visti, non sarebbero caduti in così stolta opinione. Eppure mi immagino che su tale questione costoro aggiungeranno colpa a colpa, poiché non possono tacere, essendo presi da grande paura che per il loro silenzio si creda non aver essi conosciuto tutti gli argomenti. E a viso aperto e a tutte lettere e senza alcuna vergogna in fronte, diranno, come se perciò fossero molto da lodare: «Perché avremmo dovuto vedere queste ciance? Puah! Non le abbiamo vedute, né le vogliamo vedere: a cose maggiori attendiamo!».

O buon Dio, se tu lo voglia, puoi concedere una pausa alla 4
tua opera eterna e, se lo desiderassero gli occhi della tua divinità, potresti abbandonarti al sonno, se lo volessi: poiché costoro hanno cura delle cose tue! Per te vegliano insonni le notti, per te spendono le loro fatiche! Credo davvero che muovano il primo mobile, mentre danno opera a cose maggiori. Gran cosa è ed importante e (se lo sopporti) degna fatica di costoro. O fiacche menti di uomini! Non si accorgono, mentre così giudiziosamente disprezzano gli altri, quanto miseramente scoprono la loro ignoranza. Noi possiamo infatti, se non siamo più stolti di quelli, vedere abbastanza quanto sia giusta la loro accusa, quanto santa e tollerabile la loro opinione. Ma acciocché non sia alcuno che stimi che io vada indovinando con frivola meditazione la futura risposta, confesso che sono guidato a ciò da certissima congettura. Già da tempo infatti ho sentito alcuni rispondere con dispetto a tale domanda e (cosa che mi è stata 5
più grave) un cert'uomo di età venerabile e ragguardevole per santità e dottrina, non solo rispondere come costoro, ma di propria volontà biasimare ben più implacabilmente. Non mentisco, e lo sa Iddio, o inclito re. Era costui (come allora mi parve) tanto minaccioso nemico del nome di poeta, che pareva non pronunciarlo se non con disgusto; e ciò mostrò, proprio dove era meno conveniente alla sua onestà. Infatti una certa mattina nel nostro Studio generale, leggendo in cattedra il san-

crum *Iobannis Evangelium* auditoribus multis, cum fortuito in hoc incidisset nomen, accensa facie, flammeis oculis et altiori solito voce, totus frendens multa in poetas enormia dixit; et postremo, ut eius appareret iustitia, inquit et fere iuramento firmavit se neque vidisse, nec unquam aliquem ex poetarum libris videre voluisse.¹⁷²

7 O sancte Deus! Quid ignari dicturi sunt, si sic alias eruditus homo, annis gravis et autoritate, locutus est? Poterat ne loqui stultius ab insano? Vellem ego scire: si non viderunt, si non cognoverunt, si maioribus vacant hi censoros egregii, unde poetas criminum suasores agnoscunt? Quid circa eis incognita laturant? Quid non ydonei iudices, de incognitis laturi sententiam, rostra descendunt? Quid nedum inaudita, sed nec retiam, rostra descendunt? Quid nedum inaudita, sed nec requisita parte sententias fulmant? Forte inquit Sacro inspirante Spiritu tam severum se in poetas ferre decretum. Possibile dicerem, si crederem Sanctum Spiritum tam spurcidas nedum inhabitare, sed intrare animas. O scelus impium, o execrabile malum, o detestanda temeritas, audere cecum natum in propatulo de coloribus ferre sententiam! Sic olim, ut isti presides venerandi faciunt, audivi Phoroneum apud Argivos, Lygurgum apud Lacedaemones, Minoem apud Cretenses, et apud Myrmidones Eacum factitare solitos.¹⁷³

9 Sed, ut eo veniam quo fert animus, quicquid isti reverendi iudices blaterent, non sunt, ut ipsi volunt, poete criminum suasores; quin imo, si sana mente et non livore insano perciturum legantur volumina, impulsos invenientur nunc suavissimi
10 nunc acerrimi, pro exigentia temporis, in virtutes. Quod ne tam paucis verbis videar probasse contentus, liber ante obstrepentium oculos apponere saltem pauca, ex quibus possint veritatem hanc, si velint, agnoscere. Et, omissis Homeri monitis, qui ob greca licteras Latinis minus familiaris est, si velint, legant et perlegant que sint in *Eneida* ad patientiam laborum emergentium exhortationes Enee ad socios, quis ardor illi pul-

to *Evangelium* di Giovanni a molti uditori, avendo per caso incontrato il nome «poeta», con il volto acceso, gli occhi infiammati e la voce più alta del solito, tutto fremendo, disse molte enormità contro i poeti; ed infine, per fare più evidente il suo giudizio, disse, e confermò quasi con giuramento, di non aver mai visto e di non voler neanche vedere alcun libro dei poeti.

O Santo Iddio, che cosa diranno gli ignoranti, se un uomo, in altre cose erudito, grave d'anni e di autorità, ha così parlato? Avrebbe potuto un demente parlare con maggiore stoltezza? Io vorrei sapere: se questi egregi censori non hanno visto e riconosciuto i poeti, attendendo a cose più grandi, da che li riconoscono persuasori di peccati? Perché latrano su cose che ignorano? Perché, non essendo giudici competenti, salgono in tribunale per emettere sentenze su argomenti che non conoscono? Perché sparano i loro giudizi senza aver udito, anzi neppure cercato, una delle parti? Diranno forse che, ispirati dallo Spirito Santo, emettono un così severo decreto contro i poeti. Direi che è possibile, se credessi che lo Spirito Santo possa entrare, non dico abitare, in anime così sporche. O empio delitto, o male esecrabile, o detestabile temerarietà: un cieco nato osare di proferire pubblicamente sentenza sui colori! Così un tempo ho inteso che, come fanno questi venerandi censori, erano soliti fare Foroneo tra i Greci, Licurgo tra gli Spartani, Minosse tra i Cretesi, Eaco tra i Mirmidoni.

Ma per arrivare dove mi porta l'animo — e blaterino pure ciò che vogliono questi reverendi giudici — i poeti non sono, come essi dicono, persuasori di peccati; anzi, se con la mente sana e non animati da odio folle si leggano i loro libri, si troverà che essi sono, secondo richiedono le circostanze, ora dolcissimi, ora acerrimi promotori di virtù. E affinché non sembri che io mi sia accontentato di dar prove con così poche parole, mi piace di porre davanti agli occhi di questi, che importunamente strillano, almeno pochi argomenti, dai quali possano, se vogliono, comprendere questa verità. E lasciati gli ammonimenti di Omero, che è meno familiare ai Latini, per avere scritto in greco, leggano e rileggano, se vogliono, le esortazioni che nell'*Aeneis* Enea rivolge ai compagni per sopportare le fatiche incon-

chre per vulnera mortis pro salute patrie fuerit, que erga patrem pietas, quem humeris per arduos undique domos et ruentia templa, perque medios hostes et mille volantia tela devexit in tutum, que in Achimenidem hostem clementia, quod robur animi ad illudendas frangendasque amoris petulci catenas, que iustitia atque munificentia circa amicos et externos in exhibendis muneribus bene meritis, ludis in anniversario Anchisis patris apud Acestem peractis, que prudentia, quanta circumspexio in descensu ad inferos, que genitoris ad eum susceptiones ad gloriam, que eius in iungendis amicitias solertia, quam grandis comitas fidesque in conservandis susceptis, quam pie in Pallantis amici morte lacrimae, que eius ad filium

11 persepe monita.¹⁷⁴ Quid multa referam? Assint oro, assint hi in poetico ponderent et, si patitur animus, fructum ex his, qui potest, exprimant; et, si Deo gratum erit, videbunt nunquid poeta hic

12 in malam frugem suasor sit. Profecto si rite deum novisset et coluisset Virgilius, nil fere preter sanctum eius in volumine legeretur. Et si dicant leges non pati quicquam approbari testimonio unius, venusinum insuper Flaccum suscipiant, Persium vulterranum, Iuvenalem aquinatem, quorum satyricum carmen tanto virtutis impetu in vicia viciososque invehitur, ut eos exterminare videatur.¹⁷⁵ Si hi ergo plures satis sunt, taceant isti, qui suasores criminum poetas accusant, et rabiem suam mansuetudine doment, nec dedignentur discere, prius quam velint aliorum labores ridendo iudicare iudicio, ne, dum in alios sue stolidae iniquitatis tela coniciunt, in se ultionis divine fulmina provocent.

trate; che ardore egli ebbe di andare a morte onorata per la salvezza della patria; quale pietà verso il padre che portò sulle spalle in luogo sicuro, attraversando i palazzi, dovunque in fiamme, e i templi ruinanti, in mezzo ai nemici e a mille dardi sfreccianti; quale clemenza ebbe verso il nemico Achemenide; che forza d'animo per rendere vane e spezzare le catene di un amore lascivo; che giustizia e liberalità mostrò verso gli amici e gli stranieri, porgendo doni ai benemeriti, dopo aver celebrato presso Aceste i giochi nell'anniversario (della morte) del padre Anchise; quale prudenza, quanta circospezione abbia avuto nella discesa agli inferi; quali esortazioni alla gloria fattegli dal padre; quale solerzia nel farsi degli amici; quanta grande cortesia e fedeltà nel conservarsi quelli già scelti; quanto pie lacrimae versò per la morte dell'amico Pallante; quali ammonimenti frequenti dette al figliolo. Perché aggiungere molte cose? Si presentino, prego, si presentino questi che ruggiscono contro il nome poetico, soppesino la parole di questo poeta, ne misurino le sentenze, e, se basti loro l'animo, ne traggano il frutto che è possibile ricavarne; e vedranno – se Dio lo gradirà – se questo poeta sia un persuasore di cattivi costumi. Davvero, se Virgilio avesse conosciuto e venerato Iddio, come si deve, nulla, se non quasi santo, si leggerebbe nel suo poema. E se mi dicesse che le leggi non ammettono l'approvazione di un oggetto con la testimonianza di una persona sola, prendano in mano, dopo Virgilio, Flacco da Venosa, Persio da Volterra, Giovenale da Aquino, i versi satirici dei quali con tale impeto di virtù sono scagliati contro il vizio e i viziosi, che pare li mandino in rovina. Se dunque questi poeti possono bastare, facciano silenzio costoro che li accusano come persuasori di peccati; e dominino con la mansuetudine la loro rabbia e non sdegnino di imparare, prima di dare un risibile giudizio delle fatiche altrui; affinché, mentre lanciano contro gli altri i dardi della loro stolta iniquità, non provochino contro di sé i fulmini della vendetta divina.

XVI. *Quod in bonum poetas deducant se legentes.*

1 Aiunt post hec insidiantes acerrimi poetas esse mentium seductores, eo quod dulcisono carmine, lepido sermone, accurata atque ornata oratione, ineptias suas legentibus ingerunt, et sic, quo minime oportunum, lectores seducunt insipidos. Quis ignarus et qui poetas non viderit (ut ipsi obiectores ignari sunt, nec poetas viderunt illustres, et, si viderunt, ingeniorum suorum ignavia non intellexerunt) non credet facile hos optime, 2 iuste sancteque in poeticum carmen invehere? Hoc videat Deus, et hi videant quibus ab eo lumen intellectus concessum est. Tu autem, cytharista celestis, Davit, solitus dulcedine carminis furores sedare Saulis,¹⁷⁶ si suave aliquid, si mellifluum carminis furios sedare Saulis,¹⁷⁶ si suave aliquid, si mellifluum carminis tuos atque patientiam heroico metro scripsisti,¹⁷⁷ si lepidum, si ornatum sit, idem facito, una cum aliis sacris viris, qui ethereo 3 versu divina cecinere misteria! Et quod his dico, dictum sit Orpheo, Homero, Maroni, Flacco et aliis, postquam eo ventum est ut inveniantur qui dicant impune quoniam seducere mentes hominum sit dulcisone, lepide, accurate metricas orationes effundere. O Bavi et tu, Mevi,¹⁷⁸ letamini, postquam damnantur isti, tempus, quod minime rebar, vobis concessum est, et locus 4 preparatus amplissimus! Scio: dicent se dixisse perniciosum ineptias sonoro scripsisse carmine et legisse. Erat, fateor, additio hec non parvi momenti, ni in precedentibus sepius esset ostensum quales sint, quas isti accusant, ineptie illustrium poetarum, et ob id, quod maximum existimabant, in nichilum resolutum est.

5 Attamen, ut in hoc directius veniam, quia seductores mentium dicunt esse poetas, primo scire velim, cum multi sint, qui ex his poete sint qui seductores sint mentium. Et quis dubitet? Nullos dicere possunt preter quos student. Quos autem student, accusatio ipsa demonstrat. Si Deo placet, zelantes hi

XVI. *I lettori dei poeti sono condotti al bene.*

Dopo di ciò dicono, questi durissimi guastatori, che i poeti sono seduttori delle menti, perché coi loro dolci versi, col linguaggio garbato e con accurato e ornato discorso, imprimono le loro fantasticherie in quelli che leggono; e così guidano gli sciocchi lettori dove non converrebbe. E chi ignorante e inesperto di poesia (come ignoranti sono gli stessi obiettori; e non hanno mai visto i poeti illustri; e, se li hanno visti, per la pochezza del loro ingegno, non li hanno intesi) non crederà facilmente che questi benissimo e giustamente e santamente inveiscano contro la poesia? Ciò veda Iddio e vedano loro ai quali da lui è stato concesso il lume dell'intelletto. Tu poi David, divino citaredo, solito a sedare con la dolcezza dei versi i furori di Saul, se hai cantato qualcosa di soave o dolce, nascondi il tuo verso lirico! E tu Giobbe, che hai scritto in versi le tue fatiche e la tua sopportazione, se è cosa piacevole e ornata, compi lo stesso atto, insieme con gli altri uomini santi che hanno cantato i misteri divini con versi celesti. E ciò che a questi dico, sia detto ad Orfeo, Omero, Virgilio, Orazio ed altri, dopoché si è giunti al punto che alcuni impunemente affermino che sia un corrompere le menti degli uomini il produrre con cura componimenti in versi, dal dolce suono e piacevole. O Bavio e tu, Mevio, rallegratevi, dacché costoro sono condannati e vi è concesso un tempo che mai avrei pensato, e preparato un luogo ben ampio! Lo so: diranno di aver affermato che è cosa dannosa scrivere e leggere delle sciocchezze in versi sonanti. Ammetto che questa dichiarazione aggiunta sarebbe di non piccolo momento, se nelle pagine precedenti non si fosse mostrato più volte quali siano le inezie, che essi biasimano, degli illustri poeti, e perciò si è risolto nel nulla quello che essi stimavano importantissimo.

Tuttavia, per venire più direttamente a questo punto, poiché i censori dicono che i poeti sono seduttori delle menti, anzitutto vorrei sapere, poiché sono molti, quali siano fra essi i poeti che corrompono le menti. Chi potrebbe dubitare? Non potrebbero proporre se non quelli che essi studiano; e quali poi

- amant, procantur, et mulierculis ridentibus applaudent oculis, amatorias licterulas dictant, componunt rithimos, et cantiu-
 culas excudunt, quibus affectiones suas et suspiria expromant,
 et, deficientibus ingenioli viribus, pro oportuno subsidio ad in-
 6 structores amatorie artis evolant. Hinc Catuli, Propertii et Na-
 sonis¹⁷⁹ volumina evolvunt, et ab ineptis talium suasionibus, le-
 pidis descriptis carminibus, et verborum facili exornatis con-
 xtu, tanquam in hoc toto inclinati pectore, volentes trahuntur,
 seducuntur atque tenentur; hinc poetarum illecebras cognove-
 re; hinc ingrati preceptores accusant suos, eosque seductores
 mentium dicunt quos ipsi, non rogati, sponte sua secuti sunt.
 7 Magnis igitur, imo permaximis vacant redargutores nostri, non
 enim parvum est amori obsequi, cuius viribus primo Phebus,
 inde Alcides,¹⁸⁰ monstrorum domitores, cessere. O quam satius
 tacuisse fuisset ignaris, quam in suum dedecus emisisse voces!
 Nam, si prospectent, dum poetas accusasse rentur, se ipsos ad-
 vertent monstrasse culpabiles; ex hac enim accusatione, que
 sint eorum studia, que desideria, que iustitia manifeste cognos-
 scimus. Quid enim de his arbitrari possumus, si puella lascivis
 gestibus, petulcis oculis, blandis verbis spem polliceatur infaus-
 tam, postquam a mutis seu tacitis carminibus seducuntur?
 8 Erubescant igitur miseri, et in melius insanum suum reforment
 consilium, prospectentque Ulixem, gentilem hominem, non
 mutorum carminum, sed mellifluos Syrenarum cantus previsse
 tanquam nocuos atque transisse.¹⁸¹ Et, ut aliquid circa vim
 vocabuli dictum sit, quod tanquam detestabile poetis obiciunt,
 vidisse debuerant quoniam, et si Christo, Salvatori nostro, a
 Iudeis obiectum sit – qui illum ignominiose *seductorem* dixeret
 9 –¹⁸² non tamen semper in malam partem sumendum fore. Ne-
 quivere enim illi abutentes infandi homines vim veterem surri-
 puisse; potest enim quandoque in bonam partem sumi *seduce-
 re*: nam rem curantes pastoriā ab infectis armentis non dum

siano studiati, lo dimostra la stessa accusa. Se a Dio piace, que-
 sti invidiosi amano e cercano l'amore; e con occhi ridenti ap-
 plaudono alle donnette, scrivono letterine d'amore, compon-
 gono rime e fanno canzonette con le quali dichiarare i loro af-
 fetti e sospiri; e, venendo meno le forze del loro piccolo inge-
 gno, per opportuno aiuto ricorrono ai maestri del loro piccolo inge-
 re. Di qui il loro sfogliare i volumi di Catullo, Propertio e Ovi-
 dio; e volentieri si lasciano trascinare, sedurre e possedere da-
 6 le frivole persuasioni, descritte in versi aggraziati ed ornate da
 leggera tessitura di parole, quasi inclinati con tutto il cuore a
 quei carmi. Di qui hanno conosciuto le lusinghe dei poeti; di
 qui con ingratitudine accusano i loro maestri e dicono corrut-
 tori delle menti proprio quelli che essi, non da altri pregati, ma
 spontaneamente hanno seguito. A grandi cose dunque, anzi a
 grandissime, attendono i nostri censori; non è infatti piccola
 7 cosa servire all'amore, alle cui forze, prima Apollo e poi Erco-
 le, domatori di mostri, dovettero cedere. O quanto meglio sa-
 rebbe stato per gli ignoranti tacere, piuttosto che parlare a pro-
 pria vergogna! Se infatti osservassero, si accorgerebbero di
 aver mostrato se stessi colpevoli, si accorgerebbero di
 poeti. Dalla accusa infatti veniamo a conoscere chiaramente
 quali siano i loro studi, i loro desideri, la loro giustizia. Che
 opinione possiamo avere di questi tali, se una fanciulla con ge-
 sti lascivi, con occhi procaci, con parole lusinghiere promettes-
 se loro una speranza disonesta, dal momento che si lasciano
 corrompere da versi muti o tranquilli? Atrossiscano dunque i
 8 miseri e mutino in meglio il loro sciocco consiglio e osservino
 Ulisse, uomo pagano, che non i canti di versi muti, ma quelli
 melliflui delle Sirene dispregiò, come nocivi, e passò oltre. E
 per dire qualcosa circa la forza del vocabolo, che come detesta-
 bile rinfacciano ai poeti, avrebbero dovuto vedere che non
 sempre deve essere preso in cattivo senso, sebbene lo stesso
 vocabolo sia stato gettato dai Giudei in faccia a Cristo, nostro
 Salvatore, quando ignominiosamente lo chiamarono «sedutto-
 re». Non poterono infatti, quegli uomini nefandi, abusandone,
 9 togliere al termine la sua antica forza. «Sedurre» può talora es-
 sere preso in senso buono. È infatti ufficio del pastore solerte,

infectos egritudine boves seduxisse, solertis pastoris est; et sic non nunquam eruditi homines generosos animos ab his, qui morbo viciorum laborant, suis seducunt monitis. Quorsum poetas illustres sepiissime seducere credulos reor, et eos facere meliores, ubi hi, seducti tractique suo, non poetarum minus etiam honestorum crimine, in malam frugem, si possint, conantur ostendere? O bone Ihesu, averte pestem hanc ab ignaris credulis, et hos loquaces corripere ac adeo instrue ut exemplo tuo velint prius facere quam docere!

XVII. *Phylosophorum symias minime poetas esse.*

1 Symias preterea phylosophorum ex his non nulli, qui se ceteris preferunt, dicunt esse poetas. Verum non satis certum habeo an ut hominibus risum incutiant, uti non nunquam suis scomatibus mulierculis faciunt, an potius ex animi sententia, quia sic credant, seu mentis nequitia, ut irrideant, istud evomant. Primum quippe deberet indignanti animo a prudentibus tolerari, dum cernerent ab ignaris ex viris conspicuis ridicula 2 confici vulgo, cum passim per trivia asini infulati et falerati sues ac, ex quo mavis genere belue, fimbriatis nec non et variatis pellibus incedentes amicti comperiantur facile, ex quibus decentius quis volens posset confingere talia. Si vero credentes asserunt aut irridant, utrumque tam stolide quam nequiter agunt. Est enim symias, ut alias dixisse meminimus,¹⁸³ hoc de more a natura infixum: ut velint, dum possint, videntes quoscunque hominum actus imitari; et sic videtur hos velle poetas 3 imitatores, et inde symias esse phylosophorum. Quod minime ridiculum esset; honesti quidem, ut plurimum, homines fuere phylosophi et bonarum artium repertoires.¹⁸⁴ Sed falluntur in-

che cura le cose pastorali, sedurre, cioè separare dagli armenti infetti i buoi, non ancora attaccati dalla malattia. E così talora gli uomini dotti coi loro ammonimenti seducono, cioè separano gli animi nobili da quelli che sono affetti dal morbo dei vizi. Ma verso dove credo i poeti illustri assai spesso condurre a farsi migliori quelli che ad essi credono, mentre costoro, sedotti e trascinati dal loro peccato, non da quello di poeti disonesti, si sforzano di mostrare, se possano, i tristi frutti? O buon Gesù, 10 rimuovi questa peste dagli ignoranti creduli e arresta questi cianciatori e istruiscili in modo tale che, per il tuo esempio, vengano prima fare che insegnare!

XVII. *I poeti non sono scimmie dei filosofi.*

Alcuni di questi, che si antepongono agli altri, vanno inoltre 1 dicendo che i poeti sono scimmie dei filosofi. Ma io non ho abbastanza per certo se costoro vomitino tale giudizio per suscitare il riso degli uomini – come talora essi con le loro battute mordaci fanno con le donnette – o invece per convinzione, perché così credono, o per nequizia mentale, per irridere. Se è 2 per il primo scopo, i saggi dovrebbero sopportarlo con animo sdegnato, vedendo che gli ignoranti, a guisa di uomini notabili, preparano al volgo insegnamenti ridicoli; mentre si potrebbero facilmente trovare, qua e là nei crocicchi, asini bardati e porci ben ornati, e bestie di qual genere preferisci, che avanzano, coperti da pelle screziate di fiocchi e di vari colori, dai quali, più convenientemente, chi volesse, potrebbe inventare tali sciocchezze. Se invece, credendolo, lo affermano, o se ne ridono, operano, in entrambi i casi, tanto stoltamente quanto malignamente. È infatti stato impresso dalla natura nelle scimmie, come istinto (come altra volta ricordo di aver detto) imitare, se possano, qualunque comportamento umano che vedano; e così pare che costoro vogliano considerare i poeti come imitatori, e quindi scimmie dei filosofi. Ciò non sarebbe affatto degno di 3 riso: i filosofi invero furono, il più delle volte, uomini onesti e inventori delle buone arti. Ma gli ignoranti s'ingannano. Se in-

docti; nam, si satis intelligerent poetarum carmina, adverterent eos non symias, sed ex ipso phylosophorum numero computandos, cum ab eis nil preter phylosophie consonum iuxta veterum opiniones fabuloso tegatur velamine. Preterea imitator simplex in nullo exorbitat a vestigiis imitati. Quod quidem in poetis minime cernitur: nam, esto a phylosophicis non deviant conclusionibus, non tamen in eas eodem tramite tendunt. Phylosophus, ut satis patet, silogizando reprobatur quod minus verum existimat, et eodem modo approbat quod intendit, et hoc apertissime, prout potest; poeta, quod meditando concepit, sub velamento fictionis, silogismis omnino amotis, quanto artificiosius potest, abscondit. Phylosophus, stilo prosaico ut sepius, et eius fere parvipendens ornatum, scribere consuevit; poeta, metrico, summa cum cura exquisito decore conspicuo. Phylosophorum insuper est in gymnasiis disputare; poetarum in solitudinibus canere. Et, cum ista inter se non convenient, non erit, ut aiunt, symia phylosophorum poeta. Si symias dicent eos esse nature, posset forte equivoce animo tolerari, cum pro viribus, quicquid ipsa, quicquid eius opera ratione operantur perpetua, poeta celebri conatur describere carmine. Quod si intueri velint isti, videbunt formas, mores, sermones et actus quorumcunque animantium, celi syderumque meatus, ventorum fragores et impetus, flammaram crepitus, sonoros undarum rumores, montium celsitudines et nemorum umbras atque discursus fluminum adeo apte descriptos,¹⁸⁵ ut ea ipsa parvis in licticulis carminum inesse arbitrentur. In hoc ego poetas esse symias confitebor, quod ego honorabilissimum reor opus, in id scilicet arte conari, quod agit natura potentia. Sed quid plura? Esset satius talibus agere, si possent, ut nos una secum efficeremur symie Jhesu Christi, quam sibi incognitos poetarum irridere labores, cum contingat sepiissime tentantes alienum pruritu scalpere, in suum aliorum cruentas unguis cum anxietate sentire.

fatti bene intendessero i versi dei poeti, si accorgerebbero che essi non sono scimmie, anzi vanno compresi nella stesso numero dei filosofi, poiché nulla nascondono sotto il velo della favola, eccetto ciò che è consono alla filosofia, secondo le opinioni degli antichi. Inoltre l'imitatore semplice in niente si allontana dalle orme dell'imitato. Ciò invero non si vede nei poeti; poiché, sebbene non divergano, nelle conclusioni, dai filosofi, non però ad esse tendono per la stessa via. Il filosofo, come è ben manifesto, riprova col sillogismo ciò che non stima vero e allo stesso modo approva ciò che intende; e ciò apertissimamente, secondo le possibilità. Il poeta invece nasconde, sotto il velo dell'invenzione, ciò che ha concepito meditando e quanto più artisticamente può, aboliti del tutto i sillogismi. Il filosofo è solito il più delle volte, scrivere in prosa, quasi disprezzandone l'ornamento; il poeta, in versi con somma cura e con squisito e cospicuo ornamento. Inoltre è proprio dei filosofi disputare nelle accademie pubbliche, dei poeti cantare nelle solitudini. E non essendo questi comportamenti tra loro conformi, non sarà — come dicono — il poeta, scimmia dei filosofi. Se dicessero che sono scimmie della natura, si potrebbe forse con animo più sereno tollerarlo; dal momento che il poeta si sforza di descrivere in versi, secondo le sue forze, ciò che la natura opera, e ciò che si fa, per operazione sua, con regole eterne. Se costoro vorranno ciò riguardare, vedranno che le forme, i costumi, le parole e gli atti di tutte le creature animate, i corsi dei cieli e degli astri, gli impetuosi fragori dei venti, il crepitio delle fiamme, i sonori mormorii delle onde, le altezze dei monti e le ombre dei boschi e lo scorrere dei fiumi sono così ben descritti, che quegli stessi fenomeni paiono essere collocati nelle poche lettere delle poesie. In ciò io ammetterò che i poeti sono scimmie; ed anzi ritengo azione del tutto onorevole sforzarsi di imitare quello che la natura opera con la sua potenza. Ma che più? Sarebbe meglio per quei tali fare, se lo potessero, che noi, insieme con loro, diventassimo scimmie di Gesù Cristo, piuttosto che irridere le fatiche di poeti non conosciuti; poiché molto spesso accade che quelli che tentano di grattare il prurito altrui, sentano con affanno le unghie insanguinate di altri grattare il prurito proprio.

XVIII. *Non esse exitiale crimen libros legere poetarum.*

- 1 Hi equitatis, imo iniquitatis arbitri, fervida rabie cupientes poetici nominis exterminium, quasi pauca in illud dixerint, altisono insuper clamitant hinc inde boatu: «O insignes viri, o divino redempti sanguine, o gratus Deo populus, si qua pietas, si qua devotio, si quis christiane religionis amor, si quis Dei timor vobis est, hos infaustos poetarum libros abicite, flammis exurite, et ventis servandos exhibete cineres! Eos enim habere domi, eos legere, eos etiam ullo modo velle videre, exitiale crimen est. Animas letali veneno inficiunt, vos in Tartara trahunt, et celestis regni exules in eternum faciunt». Post hec, aucto clamore, Ieronimum in testem invocant, eumque dicentem aiunt in epistula ad Damasum de filio prodigo: «Demonum cibus sunt carmina poetarum!»¹⁸⁶ Et his ac similibus multis toto gutture ignaros auditores intonant. O pietas, o prisca fides, o Dei patientia grandis, quid pateris!¹⁸⁷ Quid, rerum Conditor, in erectas turre, quid in celsos vertice montes fulmina torques?¹⁸⁸ Hi, sanctissime Pater, hi ferendi sunt, qui dolosa lingua atque mendaci aliorum et persepe innocuorum exitio sibi inanem occupantur gloriam. Medici errores suos terra tegunt,¹⁸⁹ hi prohibitionibus atque flammis suas conantur ignorantias occultare. Quis simplex homo hos audiat quin arbitretur poetas perniciosissimos esse homines, divini nominis hostes, contubernalis demonum, immites, maleficos, scelestis semper vacantes operibus, quibus nulla bonarum artium cura, nulla pietas, nulla fides aut sanctitas sit? Et sic horum ignorantium opere et iniquitate consequuntur celebres viri ignominiam, quam minime meruere. Sed spero videbit Deus aliquando.
- 4 Nos autem videamus, si possumus, quale sit hoc tam inexplabile malum quod hi commicti clamitant, si teneantur, si videantur, aut legantur carmina poetarum. Que horum contineant libri, que suadeant, que damnent, que doceant, iam satis supra declamatum est. Sed eis omissis, volo adversus veritatem

XVIII. *Non è peccato grave leggere i libri dei poeti.*

- 1 Questi arbitri della giustizia, anzi dell'ingiustizia, desiderando con ardente rabbia lo sterminio della poesia, come se contro di essa avessero ancora detto poco, con altisonante grido qua e là proclamano: «O uomini insigni, o redenti dal sangue divino, o popolo gradito a Dio, se avete un po' di pietà, di devozione, di amore della religione cristiana, se un qualche timore di Dio, gettate via questi nefasti libri dei poeti, dateli alle fiamme e offrite le loro ceneri, da conservare, ai venti! Tenerli in casa, leggerli, volerli anche solo in qualche modo vedere, è grave peccato. Essi riempiono l'anima di veleno mortale, vi trascinano all'inferno e vi fanno per l'eternità esuli dal regno dei cieli». Dopo ciò, aumentando le grida, chiamano a testimonianza 2 Girolamo che afferma, nell'epistola a Damasus, sul figliol prodigo: «I versi dei poeti sono cibo dei demoni». E con queste e molte altre simili battute, a squarciagola rintonano gli ascoltatori ignoranti. O pietà, o fede antica, o gran pazienza di Dio, che sopporti? A che o Creatore del mondo scagli le folgore contro le torri erette e le alte cime dei monti? Questi, o santissimo Padre, questi sono da colpire, che con la lingua piena d'inganni e mendace, e per la rovina di altri, e molto spesso innocenti, si usurpano una gloria vana. I medici coprono con la 3 terra i propri errori; questi con i veti e le fiamme si sforzano di nascondere la propria ignoranza. Qual uomo semplice, udendo costoro, non riterrà che i poeti siano uomini dannosissimi, nemici del nome divino, compagni dei demoni, crudeli, malefici, intesi sempre a opere scellerate, senza cura alcuna delle buone arti, senza pietà, senza fede o santità? E così, per l'opera e l'iniquità di questi ignoranti, gli uomini famosi conseguono un'ignominia che per nulla meritavano. Ma spero che Iddio, una volta o l'altra, vedrà.
- 4 Noi invece vediamo, se possibile, qual sia questo male così implacabile, che, a detta di costoro, si commette, se si tengano, si vedano o si leggano i versi dei poeti. Che cosa contengano in sé i loro libri, che persuadano, che condannino o che insegnino, già si è a sufficienza più sopra dichiarato. Ma, a parte ciò,

5 hos scelestas omnia scribere atque suadere lectoribus. Quid
 tandem? Gentiles fuere homines; non Christum novere; suam
 extulere, quam sacram arbitrabantur, religionem, fisiones edi-
 dere, gratissimos et commendabiles utero persepe gerentes
 fructus. Sed quid inde? Queso ego hos elegantissimos clamato-
 res, dicant nunquid illis prohibitum sit ab aliqua veteri seu no-
 va doctrina deorum suorum scelera, quo vellent in stilo, descri-
 bere. Non equidem reor, nec etiam christiano fingenti, dum
 6 modo sane intellecta fictio adversus catholicam veritatem,
 exenterata, nil pariat. Si non prohibitum est, si hos legere non
 leges prohibent neque prophete, non sacre pontificum sanctio-
 nes, quid tenere, quid legere mali est? Inquirit: «Quia seduc-
 tores sint mentium dulcedine sua». Huic objectioni paulo ante
 responsum est; verum si hi imbecilles sunt atque tractabiles, si-
 bi caveant, memores proverbii veteris, quo prohibetur hos cer-
 7 tamen lapidum non intrare, quibus sit galea vitrea. Fateor ta-
 men ultro longe melius fore sacros studere libros quam istos,
 etiam si optimi sint, studentesque acceptiores reor esse Deo,
 pontifici summo, et Ecclesie; verum non omnes, nec semper
 eadem trahimur affectione, et sic non nunquam ad poeticos
 trahuntur quidam. Et, si trahimur, vel sponte nostra in eos
 8 imus, quod hoc crimen, quod malum est?¹⁹⁰ Possumus impune
 mores barbaros audire, ipsos, si velimus, suscipere barbaros,
 eis hospitalitatem exhibere, eis, si petant, ius dicere, cum eis
 amicitias iungere; poetarum libros legere, si Deo placet, ab his
 viris doctissimis prohibemur. Manichei, Arrii, Pelagique¹⁹¹ et
 9 aliorum heresiarcarum execrabiles errores ut noscamus, nemo
 prohibet quin scrutemur; versus autem legisse poeticos, hor-
 rendum, ut hi clamitant, imo letale crimen est. Ioculatores in
 quadruiis ut plurimum inhonestos ludos agentes inspicere
 possumus, hystriones in conviviis turpia canentes audire, ne-
 bulones in popinis, lenones in lupanaribus blasphemantesque
 pati, nec ob id in Tartara trahimur; poetica legisse poemata

ammetto che costoro scrivano tutte queste scelleratezze contro
 la verità e ne persuadano i lettori. E dunque? Paganì furono:
 5 non conobbero Cristo; esaltarono la propria religione, che sti-
 mavano vera; diedero alla luce invenzioni che spesso portava-
 no al loro interno frutti graditissimi e lodevoli. E che poi? Pre-
 go che questi elegantissimi strilloni mi rispondano: forse a
 quelli è vietato da qualche antica o moderna dottrina descrive-
 re nello stile voluto le scelleratezze dei loro dei? Non lo credo
 davvero; e neppure credo sia vietato di inventare ad un cristia-
 no, purché l'immaginazione, ben intesa, quando sia stata mani-
 festata, nulla produca contro la verità cattolica. Se ciò non è
 6 vietato, se non proibiscono di leggere i poeti né le leggi né i
 profeti né la santa sanzione dei pontefici, che male è tenerli in
 casa, o leggerli? Diranno: «Perché i poeti con la loro dolcezza
 sono seduttori delle menti». A questa obiezione poco innanzi
 si è risposto; ma se i lettori sono deboli o arrendevoli, se ne
 guardino, memori dell'antico proverbio che sconsiglia di en-
 7 trare in una battaglia di pietre a chi ha l'elmo di vetro. Ammet-
 to tuttavia, di buon grado, che sarebbe ben meglio studiare i li-
 bri santi che questi dei poeti, anche se siano ottimi; e che chi
 studia quei libri sia più gradito a Dio, al sommo pontefice e alla
 Chiesa. Ma non tutti, né sempre, siamo attratti da uno stesso
 affetto; e così alcuni sono talora attratti ai libri di poesia. E se
 vi siamo attratti o andiamo ad essi spontaneamente, che pecca-
 8 to, che male è questo? Possiamo senza danno sentir dire di co-
 stumi stranieri, anzi, se vogliamo, accogliere gli stessi stranieri,
 offrir loro ospitalità, e, se lo chiedano, rendere loro giustizia o
 stringere con loro amicizia; ma invece ci si vieta, da questi dot-
 tissimi uomini, di leggere i libri dei poeti, se a Dio piaccia. Nes-
 9 suno proibisce di ricercare, per conoscerli, gli errori esecrabili
 di Manicheo, di Ario e Pelagio e di altri eretici; e invece è cosa
 da rifuggire, come costoro vanno gridando, anzi peccato mor-
 tale, leggere i versi dei poeti. Possiamo anche assistere ai gio-
 chi, per lo più disonesti, dei buffoni, ascoltare i turpi canti de-
 gli istrioni nei banchetti; possiamo tollerare i fannulloni nelle
 osterie, i ruffiani che bestemmiano nei lupanari; né perciò sia-
 mo trascinati all'inferno. Ma il leggere i poemi in versi ci esclu-

nos eterni regni facit extorres. Pictori etiam in sacris edibus fas est pingere Tricerberum canem, Ditis observantem limina, Charonem nautam, Acherontis vada sulcantem, Erinas ydriis accinctas accensisque armatas facibus, ipsum Plutonem, infelicitatis regni principem, damnatis supplicia inferentem,¹⁹² poetis sonoro carmine hec eadem scripsisse nephas, et irremissibile lectori crimen est. Pictori eidem concessum, in aulis regum et nobilium virorum, amores veterum, deorum scelera hominumque, et quecunque cuiuscunque commenta pingere, nullo patrum prohibente decreto, et hec a quibuscunque pro libito intueri permissum est; poetarum inventa, ornatis linita licetis, plus, a sapientibus lecta, volunt mentes inficiant, quam picta ab ignavis inspecta.

- IO Quid multa? Deficio, fateor, volens, si possem, advertere quibus viribus, qua potentia livor edax et ignorantia hos boatores in tam grandem dementia potuerit impellere. Scire saltem debuerant quia Vas electionis testatus est: scire malum, malum non esse, sed operari;¹⁹³ et ipsi novissimi preceptores (credo, ut a suis mulierculis prudentiores habeantur,¹⁹⁴ et inde pinguiore consequantur offas) non verentur dicere, nedum dicam scire, sed poetas legere perniciosissimum esse. O fastidium audire, etiam si omnino despiciendi sint poete, nepharium fore, si videris, margaritam ex luto colligere! Quasi astergibile lutum illam minus fecerit preciosam. Nec erubescunt interpretes hi hac presumptuosa atque generali prohibitione sua velle ex veritate fieri mendacium, si dixerit aliquando poeta, imo eos dixisse toto denegant ore. Ridiculum est audire humani generis hostem dyabolum potuisse verbum bonum aliquando dixisse; poetas autem, esto adversus conscientiam paulo ante malos esse concesserim, cum forte non nullis preter gentilitiam maculam nil inhonestum iure posset obici, verbum bonum dicere nequivisse. Vocatur etiam non nunquam a sacris hominibus in testimonium dyabolus: invocasse
- II

de dal regno eterno. Anche è concesso ai pittori dipingere nelle chiese il Cerbero dalle tre teste, che fa guardia alla soglia di Dite, il nocchiero Caronte, che solca il fiume Acheronte, le Erinni cinte di serpenti e armate di accese faci e lo stesso Plutone, principe del regno infernale, che porta i supplizi ai dannati; ma ai poeti scrivere in versi di questi stessi soggetti non è lecito; e chi li legge commette imperdonabile peccato. Allo stesso pittore è concesso dipingere senz'alcun divieto degli anziani, nei palazzi reali e nelle sale dei nobili, gli amori degli antichi, le sceleratezze di dei e uomini e ogni altra invenzione di chiunque; ed inoltre è permesso a ciascuno vedere queste figurazioni a proprio piacere; ma le invenzioni dei poeti, scritte in lettere ornate, costoro pretendono che infettino le menti, se lette da persone colte, più che quelle pitture, se viste da ignoranti.

Perché insistere? Rinuncio, lo confesso, a voler riscontrare, anche se lo potessi, con quali forze, con quale potenza la corrosiva malignità e l'ignoranza abbia potuto spingere questi cianciatori a così grande demenza. Almeno avrebbero dovuto sapere ciò che San Paolo ci ha attestato: non è male conoscere il male, ma commetterlo; e invece questi nuovissimi maestri — io credo, per essere ritenuti più saggi dalle loro donnuciole e perciò per ottenere più grassi bocconi — non temono di affermare che è cosa dannosissima, non dico conoscere, ma anche solo leggere i poeti. O che fastidio sentire dire — anche se i poeti fossero in tutto da disprezzare — che è empietà raccogliere, se la si sarà vista, una perla nel fango! Come se il fango, che si può ripulire, l'abbia resa meno pregiata. Né si vergognano, questi interpreti, in questa loro presuntuosa e generale proibizione, di volere che la verità diventi mendacio, se sia un poeta ad averla detta; anzi a tutta bocca negano che i poeti l'abbiano detta. È inutile stare a sentire che il diavolo, il nemico del genere umano, talora abbia potuto dire qualche buona parola; e che invece i poeti (sebbene poco innanzi ho ammesso, contro coscienza, che siano cattivi, mentre ad alcuni niente di disonesto si potrebbe rimproverare, all'infuori della macchia di essere stati pagani) non abbiano potuto dire parola buona. Da certi sacerdoti, anzi, talora il diavolo è chiamato a testimonio; men-

12 poetam horum accusantium autoritate irremissibile crimen est. Sed nunc, hos prohibitores et in exilium poetarum precones, oro dicant: «Quid magis quam phylosophia potuit peccasse poesis?» Veritatis quippe optima indagatrix phylosophia est; comperte vero sub velamine servatrix fidissima est poesis; si minus recte sentiat illa, non potuit rectum ista servasse. Pedissequa est: domine vestigia imitetur necesse est; si deviet illa, et hec ut exorbitet a necessitate cogitur. Quid ergo, cum gentiles phylosophos allegemus ore pleno eorumque servemus sententias, et nil fere nisi eorum vallatum autoritate firmemus, dicta poetarum poetasque horrescimus, atque detestando damnamus? Extollitur Socrates, honoratur Plato, colitur Aristotiles, ut de reliquis sinam, qui omnes fuere gentiles et persepe damnatis opinionibus erronei homines; Homerus ab obiurgatoribus nostris pellitur, damnatur Exiodus, Maro despicitur atque Flaccus, quorum figmenta nil aliud sentiunt quam disputationes illorum. Quorum quoniam dogma student et ex his, esto cum difficultate, non patiente ingenio, quedam principia sumpserunt, quasi intellectum commendant. Poetarum vero quoniam scripta negligunt, et sic non intelligunt, despiciunt et condemnant. Attamen quicquid clamitent, quicquid latrent, quicquid iubeant vel suadeant, si phylosophorum scripta, si barbarorum gesta, si hereticorum perfidia legi possunt, et poetarum volumina absque piaculo legi, teneri audiri que possunt, tamen integra atque constanti, ne, si quando aliquid in orthodoxam dicerent fidem, tanquam ab illa exteri se lectore labefactari permittant.

14 Nunc autem superest in extremum horum clamores paululum acrius instandum atque prolixius, quoniam ea ex celeberrimi atque sanctissimi hominis autoritate precedentia omnium firmasse se credunt. Dicunt igitur clamitantes Ieronimi verbum ad Damasum papam: «Demonum cibus sunt carmina poetarum». Quod si satis percepissent, a nobis etiam firmatum advertebant, et potissime ubi damnatam comicorum spurciti-

12 tre invocare un poeta, per l'autorità di questi accusatori, è peccato imperdonabile. Ma ora prego questi, che vietano di leggere i poeti e li bandiscono in esilio, di rispondermi: perché la poesia ha potuto peccare più della filosofia? Certo la filosofia è ottima indagatrice di verità; ma la poesia è fedelissima conservatrice, sotto il velo, della verità ritrovata. Se quella senta in modo meno retto, questa non ha potuto aver salvato il giusto. La poesia è serva della filosofia; è necessario che segua le orme della padrona; se quella esca di strada, anche questa è costretta dalla necessità a uscire di carreggiata. Perché dunque, mentre a piena bocca alleghiamo i filosofi pagani e serbiamo le loro sentenze e quasi nulla affermiamo, se non fortificato dalla loro autorità, abbiamo in orrore i poeti e i loro versi e, detestandoli, li condanniamo? Si esalta Socrate, si onora Platone, si venera Aristotele, per tacere degli altri, che tutti furono pagani, e spesso fallaci, per opinioni condannabili; Omero invece si caccia dai nostri censori, si condanna Esiodo, disprezzando Virgilio e Orazio, le cui invenzioni nient'altro significano che i ragionamenti dei primi. Poiché dei filosofi i miei critici studiano gli scritti, e ne hanno ricavato, se pur con difficoltà, alcuni principi, li lodano come se la loro dottrina avessero inteso. Al contrario, poiché trascurano gli scritti dei poeti, e quindi non li intendono, li disprezzano e li condannano. Eppure, checché si proclama, latrando, comandando o persuadendo, se si possono leggere gli scritti dei filosofi, le imprese dei bar- 13 eri e la perfidia degli eretici, anche i volumi dei poeti potranno esser letti, posseduti e ascoltati senza peccato; e sia pure la mente integra e ferma, affinché, se talora qualcosa dicessero contraria alla ortodossia della fede, i lettori, come estranei a quella, non se ne lascino macchiare.

14 Ora resta da opporsi, un po' più acutamente e più largamente, all'ultima parte dei loro gridi ostili, perché credono di poter confermare tutte le precedenti critiche con l'autorità di Ieronimo famosissimo e santissimo. Dicono dunque, proclamando le parole di Girolamo al papa Damaso: «I versi dei poeti sono cibo dei demoni». Ma se le avessero ben intese, si sarebbero accorti che anche noi lo abbiamo affermato; special-

15 atque abiectam semel et iterum ante iam diximus.¹⁹⁵ Sed quoniam, nulla poetarum facta distinctione, invidentie offuscata caligine, in quoscunque ceci irruunt, propulsanda eorum ignavia est, et ipsi in perpetuum cogendi silentium. Si igitur epistulas, si volumina Ieronimi, si hanc eandem, quam producunt in testem, seu cuius autoritate damnatos poetas volunt, studioso legissent, invenissent profecto verbum hoc a Ieronimo declaratum, et eius sensum appositum, atque objectionem, quam faciunt, esse solutam, et potissime ex figura mulieris captive, raso capite, deposita veste, resectis unguibus et pilis ablatiis, Israelite matrimonio copulande.¹⁹⁶ Et si religiosiores atque delicatioris sanctis doctoribus esse non velint, comperient hunc demonum cibum, non solum non reiectum flammis, ut iubent, immissum, sed cum diligentia servatum, tractatum, atque gustatum a Fulgentio, doctore atque pontifice catholico, ut apparet eo in libro, quem *Mythologiarum* nuncupat ipse, in quo elegantissimo stilo descripsit poetarum fabulas, exponendo.¹⁹⁷ Equo modo Augustinum, doctorem egregium, comperient non horruisse poesim nec poetica carmina, quin imo solerti vigilantia studuisse et intellexisse; quod volentes negare, non possent, cum sepiissime in suis voluminibus sanctus homo Virgilium aliosque poetas inducat; nec fere unquam Virgilium absque

17 alicuius laudis titulo nominat.¹⁹⁸ Sic, ut iterum dixerim, Ieronimum, doctorem eximium atque sanctissimum et trium linguarum mirabiliter eruditum, quem ignorantie eorum hi in testem trahere satagunt, tanta poetarum carmina diligentia studuisse percipient atque servasse memorie, ut nil fere absque eorum testimonio firmasse videatur. Videant, si non credunt, inter alia libri eius *Hebraicarum questionum* prologum, et advertant nunquid eum totum Terrentianum fuisse sentiant; videant nunquid sepiissime Horatium atque Virgilium sibi quodammodo assertores inducat, et non solum hos, sed et Persium aliosque.¹⁹⁹ Legant insuper eiusdem facundissimam ad Augusti-

mente dove una volta, e più, abbiamo detto essere condannabile e da respingere la sozzura dei comici. Ma poichè, senza fare alcuna distinzione tra i poeti, offuscata dalla nebbia dell'invidia, ciecamente contro tutti si scagliano, la loro ignoranza è da rifiutare; ed essi devono essere ridotti a perpetuo silenzio. Se dunque avessero letto attentamente le epistole e i volumi di Girolamo, e questa stessa sentenza che adducono come prova, e sulla cui autorità vogliono condannati i poeti, certamente avrebbero trovato che Girolamo stesso ha chiarito queste sue parole e il significato attribuito loro; e anche avrebbero capito che l'obiezione da essi mossa è già stata sciolta, e specialmente nella figura della donna schiava col capo raso, senza veste, con le unghie tagliate e con i peli strappati, per esser unita in matrimonio con l'Israelita.

E se non vogliono essere più scrupolosi e sottili dei santi dottori, comprenderanno che questo cibo dei demoni, non solo non è stato rifiutato e — come essi comandano — gettato alle fiamme, anzi serbato con diligenza, trattato e gustato dal dottore e vescovo cattolico Fulgenzio, come appare nel libro che egli stesso intitola *Mythologiae*, nel quale, con stile elegante, ha descritto ed esposto le favole dei poeti. Parimenti troveranno che Agostino, famoso dottore, non ebbe in orrore la poesia né i versi dei poeti, ché anzi con vigilanza e diligenza li studiò e comprese; e ciò volendo negare, non potrebbero, dal momento che molto spesso il santo introduce nelle sue opere Virgilio e altri poeti; né quasi mai cita Virgilio senza qualche titolo di lode. Così, per ripetermi, avvertirebbero che Girolamo, dottore esimio e santissimo e mirabilmente istruito in tre lingue, proprio lui che questi cercano di produrre a testimone della loro ignoranza, con tanta diligenza studiò i versi dei poeti e li serbò a memoria, che pare non aver mai nulla affermato senza la loro testimonianza. Vedano, se non credono, tra le altre sue opere, il prologo del libro *Hebraicae quaestiones* e osservino, se sappiano notarlo, che egli fu del tutto terenziano; e vedano che molto spesso introduce Orazio e Virgilio, in qualche modo, come suoi difensori; e non solo questi, ma anche Persio e altri. Leggano inoltre la sua eloquentissima epistola ad Agostino e 18

num epistolam rimenturque nunquid in ea inter illustres viros vir doctus poetas, quos ipsi tanto clamore confundere, si possint, conantur, enumeret.²⁰⁰ Porro, si nesciunt, perlegant *Actus Apostolorum*, et sentient nunquid Paulus, versus poeticos studuerit et noverit. Invenient quippe cum non fastidisse, in Ariopago adversus Atheniensium obstinationem disputantem, uti testimonio poetarum, eumque alibi Menandri comici carmine usum, dum dixit: «Corrumpunt mores bonos colloquia mala». Et Epimenidis poete, si memini, allegat versiculum, qui adversus hos aptissime dici posset, dicens: «Cretenses semper mendaces, male bestie, ventres pigri».²⁰¹ Et sic non, qui ad celum usque tertium raptus est,²⁰² quod isti sanctiores volunt, peccatum vel turpe arbitratus est legisse atque didicisse poetarum carmina. Insuper perscrutentur quid scripserit Dyonisius Ariopagita, Pauli discipulus et Christi martir egregius, in suo *Ierarchie celestis* libro. Ex intentione quippe dicit, prosequitur atque probat divinam theologiam poeticis fictionibus uti, inter alia ita dicens: «Et enim valde artificialiter theologia poeticis sacris formationibus in non figuratis intellectibus usa est, nostrum, ut dictum est, animum revelans, et ipsi propria et coniecturali reductione providens, et ad ipsum reformans anagogicas *Sanctas Scripturas*» et alia multa, que ad hanc sententiam subsequuntur.²⁰³ Et, ut reliquos postremo sinam, quos adversus bestialitatem horum possem inducere, nonne ipse etiam Dominus et Salvator noster multa in parabolis locutus est,²⁰⁴ comico convenientibus stilo? Nonne et ipse adversus Paulum prostratum Terrentii verbo usus est, scilicet «durum est tibi contra stimulum calcitrare?»²⁰⁵ Verum absit ut putem Christum Dominum a Terrentio, quantumcumque diu ante fuisset, quam hec dicta sint, verba assumpsisse! Sufficit michi satis esse ad firmandum propositum Salvatorem nostrum voluisse quodcumque verbum suum atque sententiam ore Terrentii fuisse prolatum, ut appareat non omnino esse cibum demonum carmina poetarum.

21 Quid nunc inquit boatores illustres? Clamitabunt ne? in-

ricerchino se in quella, tra gli uomini illustri, quel dotto non enumeri i poeti che essi si sforzano con tanto rumore di sfigurare, se possano. Anzi, se non lo sanno, leggano gli *Acta Apostolorum* e si accorgeranno che Paolo ha studiato e conosciuto i versi dei poeti. Inoltre troveranno che egli non disdegnò, mentre disputava nell'Areopago contro l'ostinazione degli Ateniesi, di servirsi della testimonianza dei poeti e altrove di usare il verso del comico Menandro quando disse: «I cattivi discorsi corrompono i buoni costumi». E se ben ricordo, allega il versetto del poeta Epimenide – versetto che potrebbe molto opportunamente essere detto contro questi – che suona: «I Cretesi sempre mendaci, male bestie e ventri pigri». E così colui che fu rapito fino al terzo cielo, non ritenne peccato o vergogna (ciò che questi, più santi di lui, vorrebbero leggere e apprendere i versi dei poeti. Inoltre ricerchino ciò che scrisse Dionigi Areopagita, discepolo di Paolo e martire famoso di Cristo, nel suo *De ierarchia coelesti*. Di proposito infatti dice, tratta e prova che la divina teologia usa immagini poetiche, scrivendo tra l'altro: «Molto conformemente alle regole dell'arte, la teologia si è servita di sacre formazioni poetiche in concetti non rappresentabili, rilevando (come si è detto) l'animo nostro e ad esso provvedendo con la propria interpretazione congetturale; e per esso riformando in senso anagogico le Sacre Scritture»; e molte altre cose che seguono a questa sentenza. E per lasciare, in ultimo, gli altri che potrei addurre contro la bestialità di costoro, non forse lo stesso Signore e Salvatore nostro ha detto molte cose nelle sue parabole conformi allo stile comico? Non forse anch'egli usò verso Paolo steso a terra le parole di Terenzio: «È duro per te recalcitrare contro lo sprone?». Ma sia lontano da me il credere che Cristo Signore abbia preso da Terenzio queste parole, sebbene questi sia vissuto ben prima che fossero pronunciate! A me basta per confermare la mia argomentazione, che il nostro Salvatore abbia voluto, una volta, che la sua sentenza e la sua parola fossero proferite per bocca di Terenzio, in modo che risultasse chiaro non essere affatto i versi dei poeti il cibo del demonio.

Che diranno ora questi illustri criticoni? Grideranno? Si fa- 21

sultabunt adversus carmina poetarum a suomet teste reprobati et aliorum plurium sanctorum virorum testimonio victi atque repulsi? Clamabunt equidem, insuperabilis eorum rabies est! Sed quam iuste, tu videas, rex optime videantque quibus ratio
 22 magis amica est, quam obstinata horum protervia. His autem tam absolute damnantibus iustissimum iudex, Deus, aliquando retribuet invidentie meritum, et eadem eis metietur mensura qua ipsi aliis metiuntur.²⁰⁶

XIX. *Minime poete omnes iussu Platonis pellendi sunt urbis.*

I Perminimum visum est latratoribus nostris conatus exposuisse omnes, ut et domibus ac manibus hominum, si potuissent, poetas excluderent. Et ideo ecce, iterum agmine facto, irruunt et, armati Platonis autoritate, infando gutture sonoras voces eructant, aientes, Platonis iam dicti iussu, poetas urbibus esse pellendos;²⁰⁷ inde, ut Platoni deficienti subveniant, superaddunt: «ne suis lasciviis civium mores inficiant!». Cui obiectioni, etsi satis in superioribus responsum videatur, non pigebit iterum latius respondisse. Maximam igitur fateor phylosophi huius autoritatem esse nec spernendam, si sane intellecta sit; de sensu cuius profecto hi, aut nichil, aut perverse sentiunt, ut apparebit. Ostensum tamen illis est²⁰⁸ poetas sponte sua solitudines habitare, quam ob rem illos montanos et ineptos homines nuncupabant. Si autem violenter urbes incolerent, quid dicerent morsores hi? Dicerent eos esse tyrannos! Si vero nunc velint sententiam vertere et eos cultores urbium dicere, falsum
 2
 3 est. Constat Homerum inter aspreta scopolorum et montana nemorum, post peragratum orbem, extrema cum paupertate litus Arcadam habitasse, et ibidem mente videns, luminibus tamen egritudine captus, ingentia illa atque admiranda volumina

ranno beffe dei versi dei poeti, dopo essere stati riprovati dal loro stesso testimonio e vinti e respinti dalla testimonianza di altri molti uomini santi? Grideranno davvero, perché la loro rabbia è invincibile. Ma quanto a ragione gridino, vedilo tu, ottimo re, e lo vedano coloro ai quali la ragione è più amica della loro ostinata protervia. Ma a costoro, che così assolutamente
 22 condannano, Iddio, giustissimo giudice, una volta buona renderà ciò che loro spetta per la loro invidia e con loro sarà usata la stessa misura che essi prendono ad altri.

XIX. *Non devono essere cacciati dalle città i poeti secondo l'ordine di Platone.*

I È parso troppo poco ai nostri latranti critici, porre tutti gli sforzi per escludere i poeti — se mai avessero potuto — dalle case e dalle mani degli uomini. E perciò ecco che, riordinate le file, fanno irruzione e, armati dell'autorità di Platone, eruttano dalla gola nefanda voci sonore, dicendo che i poeti, per ordine del suddetto Platone, devono essere cacciati dalle città; e poi, per surrogare Platone, dove vien meno, aggiungono: «perché non infettino i costumi dei cittadini con le loro lascivie». Se-
 2 bene a questa obbiezione sia stato abbastanza risposto nelle pagine precedenti, non rincrescerà che più ampiamente di nuovo si risponda. Ammetto dunque che è grandissima l'autorità di questo filosofo e da non disprezzare, se sia bene intesa; ma del suo significato certamente costoro non capiscono nulla o anzi capiscono il contrario, come apparirà chiaro. Ad essi tuttavia si è mostrato che i poeti abitano spontaneamente nelle solitudini, e, perciò li chiamavano montanari e rozzi. Se invece abitassero per forza nelle città, che direbbero questi critici? Direbbero che sono tiranni. Ma se ora volessero mutare la loro sentenza, definendoli abitatori delle città, sarebbe falso. È noto
 3 che Omero tra aspri scogli e boschi montani, dopo aver girato il mondo, abitò in estrema povertà nella regione dell'Arcadia e quivi, vedendo solo colla mente, privo per malattia della vista, dettò quei grandi e mirabili libri, non dolci del miele ibleo, ma

non Ybleo, sed Castalio melle perlita, *Yliadis et Odyssee* dictasse.²⁰⁹ Virgilius autem, ingenio non minor Homero, urbe Roma, tunc rerum domina, neglecta, atque Octaviano Cesare, totius orbis principe, cuius singulari letabatur amicitia, omisso, quesivit sibi haud longe a Neapoli, Campanie inclita civitate, tunc etiam deliciis abundante et ocio, semotum locum quieto atque solitario litori proximum, ut magni spiritus homo, Iohannes Barillis aiebat,²¹⁰ inter promontorium Posilipi et Puteolos, vetustissimam Grecorum coloniam, ad quem nemo fere, nisi eum quereret, accedebat; in quo post *Georgicum* carmen celestem decantavit *Eneidam*. Cuius selecte solitudinis Octavianus prestare testimonium volens, cum fecisset eiusdem Virgiliti a Brundisio ossa referri, haud procul ab electa solitudine tumulari iussit, secus eam viam, que adhuc *Puteolana* dicitur, ut eo iacerent mortua cuius elegissent in vicinio vivere. Et, ne semper per antiqua vagemur, que oppugnatores, quantumcunque fausto testimonio roborata sint, negant facile, Franciscus Petrarca, celestis homo profecto et nostro evo poeta clarissimus, nonne, spreta Babilone occidentali atque pontificis maximi benivolentia, quam omnes fere Christiani summopere cupiunt et procurant, et pilleatorum orbis cardinum aliorumque principum, in Vallem Clausam abiit, insignem Gallie solitudine locum, ubi Sorgia, fontium rex, oritur, et ibidem omnem fere floridam iuventutem suam, villici unius contentus obsequio, meditando atque componendo consumpsit? Fecit equidem; stant vestigia stabuntque diu, parva domus et hortulus, et, dum Deo placet, testes vivunt plurimi.²¹¹

Si ergo, ne plures recitem, sic est, minime edepol oportuum est ut in hoc quis labores inpendat ut abeuntres ultro poetas urbibus pellat. Vellem ego tamen ab istis audire nunquid existiment Platonem, dum librum sue *Reipublice* scripsit,²¹² in quo hoc mandatur, quod isti aiunt, intellexisse de Homero, scilicet si urbs illi placuisset, eum urbe fuisse pellendum? Nescio quid responsuri sint; ego autem non credo, cum de eo

di quello castalio, dell'*Iliasis* e dell'*Odyssea*. Virgilio poi, non inferiore per ingegno ad Omero, trascurando la città di Roma, allora signora del mondo, e abbandonato Ottaviano Cesare, principe di tutta la terra – della cui singolare amicitia si compiacenza – si cercò non lontano da Napoli, illustre città campana, che anche allora abbondava di delizie e di svaghi, un luogo appartato, vicino al lido quieto e solitario (come diceva Giovanni Barrili, uomo di grande spirito), tra il promontorio di Posillipo e Pozzuoli, antichissima colonia greca; luogo a cui quasi nessuno andava, se non per cercare lui; ed ivi, dopo le *Georgica*, compose la celeste *Aeneis*. Ottaviano, volendo offrire testimonianza di questa scelta solitudine, dopo aver fatto portare a Brindisi le ossa dello stesso Virgilio, ordinò di tumularle non lontano da quel prediletto luogo solitario presso quella via, che ancora è detta «pozzolana», affinché il poeta giacesse, morto, nella località in cui aveva scelto di vivere. E per non discorrere sempre di cose antiche, che sono da questi con disinvoltura negate, ancorché rafforzate da fauste testimonianze, Francesco Petrarca, uomo veramente divino e poeta chiarissimo al nostro tempo, non forse, dopo aver disprezzata la Babilonia occidentale e trascurata la benevolenza del sommo pontefice, che quasi tutti i cristiani molto desiderano procurarsi, e di molti cardinali e altri principi, andò in Valchiusa, famosa località solitaria della Gallia, dove nasce la Sorga, regina delle fonti e qui vi spese, accontentandosi del servizio di un solo castaldo, quasi tutta la sua florida giovinezza, meditando e componendo le sue opere? Egli lo ha fatto invero, vi sono le tracce e vi resteranno a lungo: una piccola casa e un orticello; e, a Dio piacendo, vivono molti testimoni.

Se dunque, per non citarne molti, è così, per nulla è davvero il caso che alcuno spenda le sue fatiche a cacciare dalle città i poeti che se ne vanno spontaneamente. E tuttavia io vorrei sapere da questi se stimino che Platone, quando scrisse il libro della sua *Res publica*, in cui si comanda ciò che essi dicono, abbia inteso dire che Omero, se gli fosse piaciuta la città, ne dovesse essere cacciato. Io non so che cosa essi risponderanno; ma per mio conto non lo credo, avendo già letto di lui molte

7 multa laudanda iam legerim. Hunc enim sacratissime Cesarum
 leges omnium virtutum patrem vocitant,²¹⁵ et sepiissime eorum
 latores, ut illas maiori veneratione dignas facerent, et quodam
 sacro sancto testimonio roborarent, inter eas non nunquam
 Homeri carmina miscuere, ut, in fine prohemii *Codicis Iusti-*
niani, Iliadis legitur carmen, et in eodem sub titulo *De iustitia*
et iure, sic et *De contrahenda emptione*, et *De legatis et fidei*
commissis, et aliis locis, ut minus credentes possunt in *Pandec-*
 8 *ta Pisana* cognoscere.²¹⁴ Hunc insuper in suum civem plures
 Grecorum egregie civitates, eo etiam mortuo et paupere, vo-
 luere, et de hoc inter se movere litigium, ut comprehendi pote-
 st liquido per verba Ciceronis in oratione *pro Archia*, dum di-
 cit: «Homerum Colophonii dicunt esse suum, Chii
 suum vindicant, Salamini repetunt, Smirnii vero suum esse
 confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicave-
 runt; permulti alii preterea pugnant inter se atque contende-
 9 runt».²¹⁵ Hec Tullius. Quod ego etiam testari a vetustissimo
 greco carmine, satis inter eruditos vulgato, legisse memini, sic
 aiente: ἐπτὰ διεριζουσιν πόλεις διὰ ρέξης Ὀμήρου· Σάμος,
 Σμύρνη, Χίος, Κολοφών, Πίλος, Ἄργος, Ἀθήναι.²¹⁶
 «Septem litigant civitates de radice Homeri: Samos, Smir-
 ne, Chios, Colophon, Pilos, Argos, Athine». Hunc preterea ipse
 10 Plato in eodem libro *Rei publice* aliisque persepe conclu-
 sionum suarum inducit in testem.²¹⁷ Si igitur virtutum pater a
 legibus habitus est, si legum decus, si tot civitatum civis etiam
 repetitus, si a preceptore ipso Platone testis assumptus, stultis-
 simum est arbitrari Platonem eundem prudentissimum virum,
 11 talem poetam urbe pellendum iussisse! Insuper hoc Platonis
 iussu existimabimus Ennium urbe pellendum? Qui honesta
 paupertate contentus, adeo ob virtutem suam carus Scipioni-
 bus fuit, hominibus quidem non solum armis et bello atque
 sanguinis generositate conspicuis, sed phylosophie domesticis
 et sanctitate morum illustribus, ut post mortem etiam eius vel-
 lent suis maiorumque suorum suos misceri cineres, et suo tu-
 mulari sepulcro. Si credant hi, ergo non credam, quin potius
 arbitror Platonem suam civitatem optasse talium fuisse reple-

cose lodevoli. Le santissime leggi dei Cesari chiamano costui
 padre di tutte le virtù e molto spesso gli estensori di quelle –
 per renderle degne di maggior venerazione, e rinforzarle con
 qualche sacrosanta testimonianza –, mescolarono tra quelle ta-
 lora versi di Omero, come alla fine del proemio del *Codex* di
 Giustiniano si legge un verso dell'*Ilias* e nello stesso al titolo
De iustitia et iure e così nel *De contrahenda emptione* e nel *De*
legatis et fidei commissis e in altri luoghi, come, coloro che non
 credono, possono vedere nella *Pandecta pisana*. Inoltre molte
 illustri città greche vollero che Omero, anche dopo morto in
 povertà, fosse loro concittadino; e su ciò si mossero a contesa –
 come si può chiaramente comprendere dalle parole di Cicerone
 nella orazione *Pro Archia*, dove dice: «I Colofoni dicono
 che Omero è loro concittadino, i Chii lo rivendicano come
 proprio, i Salamini lo reclamano, gli Smirnei affermano che è
 dei loro e perciò nella loro città gli dedicarono un tempio; e
 moltissimi altri inoltre tra sé combattono e contendono». Così
 9 Tullio. E ricordo di aver letto che ciò è anche attestato da anti-
 chissimi versi greci, ben divulgati tra i dotti: «Sette città litiga-
 no per i natali di Omero: Samo, Smirne, Chio, Colofone, Pilo,
 Argo, Atene». Inoltre lo stesso Platone, nel medesimo libro
 della *Res publica*, e in altri, molto spesso introduce Omero come
 testimonia delle sue conclusioni. Se adunque dalle leggi è
 10 considerato padre delle virtù e ornamento delle leggi, e se è ri-
 vendicato come concittadino da tante città, se infine dallo stes-
 so maestro Platone è assunto per testimonia, è ben da stolti
 pensare che quello stesso Platone, uomo dottissimo, abbia ordi-
 nato che tale poeta debba essere cacciato dalla città. Oltre a
 11 ciò, dovremo stimare che per ordine di Platone debba esser
 cacciato dalla città Ennio? Il quale, contento di un'onesta po-
 vertà, fu così caro, per la sua virtù, agli Scipioni – non solo illu-
 stri per armi, guerre e nobiltà di sangue, ma anche familiari
 della filosofia e famosi per santi costumi – che vollero, anche
 dopo la sua morte, fossero mescolate le sue ceneri con quelle di
 loro antenati e collocate nella propria tomba. Se questi credo-
 no debba essere cacciato, non lo crederò io; anzi ritengo che
 Platone abbia desiderato che la sua città fosse piena di uomini

- 12 tam. Quid praetera de Solone dicemus? Qui, datis Atheniensibus legibus, esto iam senex esset, sese concessit poeticis. Urbe ne pellendum dicemus, qui urbem dissolutam in civilem vitam moresque revocavit?²¹⁸ Quid insuper de Virgilio nostro? <qui>, ut reliqua sinam, tanto frontis rubore et mentis verecundia inter coevos et quoscumque minus decentia queque audiebat, ut ob hoc iuvenis adhuc vocaretur parthenias, quod latine *virgo* seu *virginitas* sonat.²¹⁹ Cuius tot sunt ad virtutem suadentia monita, ut sepe iam dictum est, quot sunt eius carminum verba. Cuius ne combureretur divinum opus, ut ipse Virgilius moriendo preceperat, Octavianus Cesar Augustus, postpositis maximi imperii curis, prohibitorios versus composuit,
- 13 qui in tempus usque nostrum leguntur.²²⁰ Cuius adhuc nomen apud Mantuanos tanto honore celebratur, ut, cum cineres ab Augusto sublato pro votis colere nequeant, eius agellum veterem, ad instar viventis hominis ab eo denominatum colunt, filiis iuvenibus tanquam quoddam venerabile sacrum senes parentes ostendunt, exteris advenientibus, quasi suam gloriam augentes, sollicite indicant.²²¹ Non absque virtutis precipue testimonio ista proveniunt, et nos virtuosos urbe pellendos
- 14 tonem iussisse credemus? O stolidum capitulum! Possem de Horatio Flacco, de Persio volterrano, de Iuvenale aquinate multa dicere, per que pateret liquido mentis Platonis non fuisse tales urbe pellendos; sed trahit animus, ut visa ingeram, et,
- 15 que nulla tergiversatione ab istis negari possint, apponam. Credam ne igitur ego tante dementie fuisse Platonem, ut Franciscum Petrarcam urbe pellendum censuerit? Qui, a iuventute sua celibem vitam ducens, adeo inepte Veneris spurcitas horret,²²² ut noscentibus illum sanctissimum sit exemplar honesti, cuius mendacium letalis est hostis, qui viciorum omnium executor est, et venerabile veritatis sacrarium, virtutum decus et letitia et catholice sanctitatis norma; pius, mitis, atque devotus, et adeo verecundus, ut iudicaretur *parthenias* alter. Est

siffatti. E che diremo poi di Solone che, date le leggi agli Ateniesi, sebbene già vecchio, si diede alla poesia? Diremo dunque che deve esser cacciato dalla città uno che la richiamò, dissoluta, a vita e costumi civili? E che inoltre si dirà del nostro Virgilio? Il quale — per tacere del resto — con tanto rossore e vergogna della mente udiva parole disoneste, tra i coetanei e gli altri, che perciò, ancor giovane, era chiamato «*Parthenia*», che in latino significa *vergine* o *virginità*. E di lui tanti sono gli ammonimenti che ci inducono alla virtù — come spesso già è stato detto — quante sono le parole dei suoi carmi. E perché non fosse bruciata l'opera sua divina, secondo il suo stesso ordine, in punto di morte, Ottaviano Cesare Augusto, posposte le cure del grandissimo impero, compose versi (che fino ad oggi si possono leggere) per vietare che fossero bruciati i suoi versi. E il nome di Virgilio con tanto onore è celebrato dai Mantovani che, non potendo essi onorare, secondo il loro desiderio, le ceneri sottratte da Augusto, venerano quell'antico campicello, da lui nominato, come uomo vivente; e i vecchi padri lo mostrano ai giovani figli come qualcosa di venerabile e, quasi per aumentare la loro gloria, sollecitamente lo fanno vedere agli stranieri che vi giungono. Tali cose non si manifestano senza la testimonianza di un'alta virtù; e noi crederemo che Platone abbia voluto cacciar dalle città uomini così virtuosi? O stolte persone!

14 Potrei dire molte cose di Orazio Flacco, di Persio volterrano, di Giovenale aquinate, per le quali chiaramente sarebbe manifesto non essere stata intenzione di Platone cacciare dalle città tali uomini; ma l'anima mi induce a mettere innanzi le cose che ho visto coi miei occhi e a produrre quelle che da costoro non si possano negare con alcun pretesto. Crederò dunque che Platone sia stato così pazzo da ritenere che Francesco Petrarca debba esser cacciato dalla città? Quel Petrarca che, facendo vita da celibe, fin dalla giovinezza, tanto aborrisce le sozzure di Venere disonesta, che è santissimo esempio di onestà a coloro che lo conoscono; e per lui la menzogna è mortale nemica ed egli esecra tutti i vizi ed è venerabile sacrario di verità, lieto splendore delle virtù e norma di cattolica santità; pio, mite, devoto e così pudico da esser giudicato un secondo «*Parthenia*».

et insuper, poetice gloria facultatis, orator suavis atque facundus, cui, cum omnis pateat phylosophie sinus, est illi ingenium preter humanum perspicax, memoria tenax, et rerum omnium, prout homini potest esse, notitia plena. Ex quo opera eius tam
 16 prosaica quam metrica, que plura extant, tanto splendore refulgent, tanta suavitate redolent, tanto florido ornatu spectabilia sunt, et lepore sonantium verborum melliflua, et sententiarum succo mirabili sapida, ut celestis ingenii artificio potius
 17 quam humani fabrefacta credantur.²²³ Quid multa dixerim? Profecto hominem superat, et in longum mortalium vires excedit. Neque ego has laudes predico, quasi antiquum hominem et longis ante seculis defunctum commendem, quin imo, dum Deo placet, viventis atque valentis merita refero; quem morsores egregii, si non licterulis meis creditis, oculata fide videre potestis. Nec dubito ut ex eo contingat quod ut plurimum famosis viris contingere consuevit, ut ait Claudianus «minuit presentia famam»,²²⁴ imo audacter assero quia huius superet presentia famam. Tanta enim morum maiestate, tanta suavis eloquentie facundia, tanta etiam urbanitate et composita senectute conspicuus est, ut de eo, quod apud Senecam moralem phylosophum de Socrate legitur, dici possit: auditores scilicet
 18 eius plus ex moribus quam ex verbis traxisse doctrine.²²⁵ Et, ut aliquando de celeberrimo viro isto taceam, queso hos dicant nunquid tales poete a Platone pellantur ex urbe. Et, si pelluntur huius modi, reserent quos introducturus ipse sit cives: leones an vispillones atque gnatonicos, epulones cetariosque, seu forte furciferos aut similes illis assumet? O felix, o mansura diu Platonis respublica, si poetas pellat, et hos cives habeat et morum viteque hominum presides! Sed absit ut arbitrer doctissimum virum id intellexisse quod sentiunt interpretes hi, quin imo reor et poetas insignes et quoscumque alios similes eisdem non tantum civitatum, seu sue reipublice, cives esse, sed principes atque magistros. Sed inquiet stomachantes hi: «Si hos non, quos pelli iubet Plato poetas?». Esset respon-

Egli è inoltre gloria dell'attività poetica, oratore dolce e facondo, ed essendogli aperto tutto il centro della filosofia, ha ingegno acuto più che l'umano, tenace la memoria, e piena conoscenza di tutti gli argomenti, quanto mai sia possibile ad uomo. Perciò le sue opere, sia in prosa che in versi — che molte sono —
 16 rifulgono di tanto splendore e profumano di tanta dolcezza e sono, per così fiorito ornamento, ragguardevoli e, per eleganza di musicali parole così melliflue e saporite per il mirabile succo dei concetti, che si credono composte dall'arte di un ingegno divino piuttosto che umano. A che dire molto? Veramente egli
 17 supera l'uomo e di gran lunga oltrepassa le forze umane. Né io vo predicando queste lodi come se lodassi un uomo antico e da molti secoli defunto; anzi riferisco i meriti di uno che, a Dio piacendo, vive ed è in salute; e voi, critici egregi, se non credete alle mie parole, li potete vedere con la prova degli occhi. E io non ho timore che di lui accada ciò che molte volte suole avvenire, come dice Claudiano, agli uomini famosi: «La presenza rende minore la fama». Anzi affermo arditamente che la sua presenza supera la fama. Egli è infatti così ragguardevole per maestà di costumi, per facondia di soave eloquenza, per urbanità e ben composta vecchiaia, che di lui si potrebbe dire ciò che si legge di Socrate in Seneca filosofo morale: cioè che i suoi discepoli trassero più dottrina dai suoi costumi che dalle sue parole. E per tacere finalmente di questo celeberrimo uomo, io
 18 chiedo che costoro mi dicano se tali poeti siano cacciati da Platone, dalla città. E se poeti di tal forza sono cacciati, rivelino quali cittadini egli vorrebbe introdurre: forse assumerà ruffiani, o becchini, o parassiti o crapuloni o pescaioli o forse furfanti o loro simili? O felice, o a lungo destinata a durare repubblica di Platone, se espella i poeti e abbia siffatti cittadini che presiedano alla vita e ai costumi degli uomini! Ma lungi da me il credere che quell'uomo dottissimo abbia inteso ciò che credono questi suoi interpreti; anzi ritengo che i poeti insigni e chiunque altro a loro simile, della loro città e del loro stato, non solo siano cittadini, ma principi e maestri. Eppure questi schifiltoosi diranno: «Se non questi, quali poeti Platone ordina che siano cacciati?». A loro sarebbe da rispondere così: «Cer-

19 dendum talibus: «vos ipsi perquiratis, censores inepti!» Sed quoniam ignorantie quorumcunque compatiendum est, etsi male sint meriti, compatiendum tamen. Est uti liquoribus sic et facultatibus sua fex, que esto abominabilis et abienda, non tamen defecatus liquor efficitur vilior; et equo modo facultas. Quid enim phylosophia, rerum omnium magistra, veracius? Hec amurce loco, ut de ceteris taceam, Cynicos habuit et Epycuros, qui infandis erroribus involuti, fere eam dehonestare in non nullis conati sunt, adeo ut hostes viderentur potius quam ministri. Sed queso, propter hos Socratem, Xenocratem 20 Anaxagoram, Panetium aliosque hoc eodem insignitos titulo abiendos fore dicemus?²²⁶ Stolidum et ignavi defecatoris esset officium! Quid christiana usquam religione sanctius? Et hec Donatistas, Macedones, Fotinos, et alios habuit heresiarcas longe fetidiori fece execrabiles.²²⁷ Nec propter hos iuste Basilium cesariensem, Iohannem Crisostomum, Ambrosium mediolanensem, Leonem papam,²²⁸ et alios sacros ac venerabiles viros dicemus esse prophanos. Sic et poesis, ut de reliquis taceam, habuit suam fecem, ut fuere quidam qui comici poete dicti sunt; quos inter, etsi non nulli honesti fuerint homines, ut Plautus et Terrentius, ut plurimum turpissimis fictionibus suis splendidam poesis gloriam inficere visi sunt. (Et his iungi potest aliquando pelignensis Ovidius). Hi quidem seu mentis innata lascivia, seu lucri cupidine et desiderio vulgaris applausus, scelestis compositis fabulis, eas, mimis introductis, recitabant in scenis, ex quibus lascivientium pectora provocabantur in scelera et constantium agitabatur virtus, et omnis fere morum disciplina reddebatur enervis. Et quod perniciosissimum erat, quantumcunque et in ceteris religio gentilium detestanda sit, 21 populos in tam turpia sacra deduxerant, ut erubescenda a suis etiam videretur. Huius modi quidem poetas, ut in precedentibus sepe dictum est, non sola abhorret christiana religio, sed ipsa etiam abiecit gentilitas. Hi quippe sunt quos urbe pellendos reor Plato iusserit; ego autem non urbe, sed orbe tales

cateli voi, inetti censori!». Ma poiché occorre compatire all'ignoranza di ciascuno, bisogna pur aver compassione di loro, anche se non la hanno meritata. Come in tutti i liquori, anche nelle varie attività c'è la feccia; e sebbene essa sia sgradevole e da gettare, il liquore, quando sia stato purificato, non diventa più spregevole; e così accade delle varie attività. Che di più vero della filosofia, maestra di tutte le cose? Questa, per tacere d'altri, ebbe per feccia i cinici e gli epicurei: i quali, avvolti in errori scellerati, quasi hanno tentato di insozzarla in alcuni punti, in modo tale da sembrare piuttosto suoi nemici che suoi ministri. Ma io domando: a causa loro diremo che devono essere ripudiati Socrate, Senocrate, Anassagora, Panezio e altri, ornati di quello stesso titolo? Questo sarebbe stolto servizio e proprio da vile purificatore. Che poi di più santo della religione cristiana? Eppure questa ha avuto i Donatisti, i Macedoni, i Fotini ed altri eretici ben più esecrabili della fetida feccia. Ma non a causa di questi potremo giustamente dire che siano empi Basilio da Cesarea, Giovanni Crisostomo, Ambrogio da Milano, papa Leone ed altri santi e venerabili uomini. Così anche la poesia, per tacere del resto, ebbe la sua feccia, come fu di certuni che sono detti poeti comici: tra i quali, sebbene alcuni siano stati uomini onesti, come Plauto e Terenzio, il più delle volte parvero, con vergognosissime invenzioni, macchiare la splendida gloria della poesia (e ai due può talvolta essere aggiunto il peligno Ovidio). Essi invero, o per innata lascivia di mente, o per brama di guadagno, e per desiderio di popolarità, composte le loro sconce favole, le facevano recitare sulle scene da mimi. Da esse gli animi lascivi erano provocati al peccato e la virtù dei costanti era insidiata; e quasi tutta la disciplina morale era svigorita. E ciò che era sopra tutto rovinoso — benché la religione pagana sia detestabile anche in tutto il resto — avevano condotto i popoli a spettacoli di sacrifici così turpi, che quella religione pareva vergognosa a loro stessi. Poeti di questo tipo — come è stato detto in pagine precedenti — non solo la religione cristiana aborrisce, ma anche lo stesso mondo pagano rifiutò. Questi sì, credo, sono quelli che Platone comandò di cacciare dalla città; anzi non solo dalla città stimo che dovrebbero

exterminandos fore existimo. Sed hos propter est ne Exiodus, Euripedes, Staius, Claudianus,²²⁹ aut similes civitate pellendus? Ego non arbitror. Distinguant igitur hi, et, si non odio laborant indigno, male meritos carpant, sua linquentes in pace conspicuos.

XX. *Musas infici non posse ob defectum lascivientis cuiusquam ingenii.*

1 Postremo, rex inclite, hi nomen poeticum blasfemantes, infanda temeritate perciti, silentia sacra, semotos antri Gorgonei²³⁰ aditus, honesta penetralia venerande poesis et Puellarum choros cantusque divinos intrare ausi sunt, atque dissonis turbare clamoribus, et Boetii, sanctissimi atque eruditissimi viri, verbis armati (eis scilicet, que circa principium libri eius *De consolatione* leguntur, *Phylosophia loquente atque dicente: «Quis has scenicas meretriculas ad hunc egrum permisit accedere, que dolores eius non modo ullis remediis foverent, verum dulcibus insuper alerent venenis?»* ecc.)²³¹ omnia non aliter quam victores complere clamoribus et innocuas ludentium mentes ignominiosis opprobriis commovere, si possint, et cum non sentiant quid per illa verba velit Boetius, solum inspicientes corticem, pudicissimas Musas, non aliter quam si essent carnee mulieres, eo quod feminei generis sint earum nomina, inhonestas, obscenas, veneficas atque meretrices esse proclamant; et, eo quod diminutivo utatur Boetius,²³² illas extreme sortis et extremo etiam in lupanari a fece vulgi prostratas existimant. Nec hoc satis est; quin imo hinc volunt poetas etiam esse homines inhonestos, sic argumentum deducentes suum: «Si Muse Boetii assertionem meretricule sunt, inhoneste mulieres sunt, et sic hi, quibus familiares sunt, ut inhonesti sunt homines necesse est, cum amicitia seu familiaritas, nisi ex conventientia morum, iungi aut stare non possit; eas autem esse fami-

2

essere banditi, ma dal mondo. Ma per causa loro dovranno esser cacciati dalle città Esiodo, Euripide, Stazio, Claudiano o simili? Non lo credo. Facciano dunque distinzione costoro; e se non sono travagliati da odio disdicevole, criticchino quelli che hanno demeritato, ma lascino in pace i più ragguardevoli.

XX. *Le Muse non possono essere contaminate dai difetti degli ingegni lascivi.*

Infine, inclito re, costoro che bestemmiano il nome della poesia, spinti da deplorabile leggerezza, hanno osato prima entrare nei sacri silenzi, nei solitari anditi dell'antro della Gorgone, nelle oneste stanze della veneranda Poesia o nelle danze e nei canti divini delle vergini Muse; e poi turbarle con grida stridenti; e poi, armati delle parole di Boezio — uomo santissimo e dottissimo — (di quelle parole che si leggono ai principio del suo libro *De consolatione*, dove fa parlare la Filosofia, che dice: «Chi ha permesso che queste puttanelle sceniche si avvicinassero a questo malato, le quali non solo non rimediano ai suoi mali, ma più li alimentano con dolci veleni?») hanno osato riempire tutto con gridi, come se fossero vincitori, e turbare, se possibile, con vergognosi oltraggi le menti innocenti delle Vergini danzanti. E, non intendendo ciò che Boezio vuol dire con quelle parole, guardandone soltanto la superficie, proclamano che queste pudicissime Muse, come se fossero donne di carne, solo perché i loro nomi sono di genere femminile, sono disoneste, oscene, venefiche e meretrici; e per il fatto che Boezio le indica col diminutivo, le stimano di condizione spregevole e anche prostitute nei più bassi postriboli dalla feccia del volgo. Né ciò basta. Anzi di qui vogliono che i poeti siano anche uomini disonesti, così deducendo il loro argomento: «Se le Muse, per testimonianza di Boezio, sono puttanelle, sono donne disoneste; così quelli ai quali esse sono familiari è necessario siano uomini disonesti, poiché l'amicizia o la familiarità non può essere stretta né persistere, se non per conformità di co-

1

2

- liarissimas poetis constat liquido, etiam carminibus eorum te-
stantibus, et sic, ut iam dictum est, inhonesti sunt homines».
- 3 Advertis ne, prudentissime rex, in quem exitum tendat illece-
bris horum astutia? Sed, qualiscunque sit, veritate lucida con-
fundenda est. Quot igitur et que Muse sint, et quibus insignite
nominibus, et quid per eas senserint illustres viri, si bene
memini, supra libro decimo primo operis huius monstravi,²³ sed
adhuc, horum impietate non quiescente, paululum laboran-
4 dum est. Satis ergo arbitror ex premonstratis assumi posset,
duplicem esse poetarum speciem, quarum altera venerabilis et
laudabilis est, et piis hominibus semper grata, altera vero ob-
scena atque detestabilis; et ea est poetarum, quos dixi non ur-
be tantum, sed orbe pellendos. Equo modo de Musis dici po-
test, quarum etsi genus unum sit, species due dici possunt;
nam dato eisdem viribus eisdemque legibus actualiter una que-
que utatur, cum varius ex actitatis videatur exprimi succus, his
scilicet dulcis, amarus ille, non incongrue honestam unam ar-
5 bitrari possumus et reliquam inhonestam. Harum igitur altera,
totis commendanda preconiiis, laurea incolit nemora, Casta-
lium fontem, et quecunque religione venerabilia loca cognosci-
mus,²³⁴ Phebi socia, floribus et sertis ornata, et dulcedine can-
tus atque vocum sonoritate spectabilis; altera autem ea est,
que, ab inhonestis comicis tracta, scenas atque theatra et qua-
druvia tenet, et scelestibus fictionibus ob mercedem se inertii
vulgo placidam exhibet nullo commendabili ornatu conspicua.
- 6 Hec non consolatione virtutum, non salubribus anthidotis,
non sacris etiam remediis egritudines languentium mitigat aut
sanat, sed querelis gemitibusque in mortem usque amplificat
ea delectatione, qua passionibus impliciti delectantur. Ex qui-
bus satis possunt quod ignorabant videre poetis infesti, Boe-
tium scilicet, dum Musas meretriculas scenicas vocitabat, de
7 theatrali Musarum specie intellexisse. Quod apertissime obie-

stumi; che esse poi siano familiarissime ai poeti, è chiaro anche
per attestazione dei loro versi; e così, come già si è detto, i poe-
ti sono uomini disonesti». Avverti, prudentissimo re, verso 3
qual fine tenda l'astuzia seduttrice di costoro? Ma qualunque
essa sia, bisogna abatterla con la limpida verità. Quante dun-
que e quali siano le Muse, e con quali nomi indicate, e che cosa
per esse abbiano inteso esprimere agli uomini illustri, ho mo-
strato, se ben ricordo, più sopra nel libro XI di quest'opera;
ma ancora un po' di fatica bisogna spendervi, poiché l'impietà
dei critici non si è acquetata. Stimò dunque che, dalle cose di 4
dimostrate prima, si possa sufficientemente arguire che due spe-
cie di poeti si danno: delle quali, una è venerabile e lodevole e
sempre gradita agli uomini pii, l'altra invece oscena e detesta-
bile, ed è quella dei poeti che devono esser cacciati non solo
dalle città, ma dal mondo. Lo stesso si può dire delle Muse:
sebbene uno solo sia il loro genere, due si possono dire le spe-
cie. Ammesso infatti che ciascuna di esse usi attualmente le
stesse forze e le stesse leggi, poiché diversi frutti sembrano
derivare da atti ripetuti, cioè uno dolce e uno amaro, conven-
nientemente possiamo ritenere che una sia onesta e l'altra diso-
nosta. Una di esse dunque, degna di esser lodata con tutti gli 5
elogi, abita nelle selve d'alloro, nel fonte Castalio e in tutti i
luoghi che per religione conosciamo degni di venerazione;
amica di Febo, ornata di fiori e corone, e molto notevole per la
dolcezza del canto e la soavità della voce; l'altra invece è quella
che, trascinata dai disonesti poeti comici, occupa le scene i tea-
tri e i crocicchi e con scellerate invenzioni, per denaro, si mo-
stra piacevole al volgo ignorante, per nessun lodevole orna-
mento ragguardevole. Questa non mitiga né sana, con la con-
6 solazione delle virtù, o con antidoti salubri o con sacri rimedi
le malattie degli infermi, ma con querele e gemiti li innalza fino
alla morte con quei diletti di cui si compiacciono coloro che
sono legati dalle passioni. Da ciò i nemici dei poeti possono ab-
bastanza conoscere quello che ignoravano: che cioè Boezio,
mentre gridava che le Muse sono «sceniche puttanelle», inten-
7 deva riferirsi alla specie teatrale delle Muse. E questa conclu-
sione codesti obiettori avrebbero potuto chiarissimamente ve-

8 tores hi vidisse potuissent, si, quod post pauca a Phylosophia dictum legitur, intellexissent; dicit enim: «Sed meis eum Musis curandum sanandumque relinquit». ²⁵ Et, ut evidentius appareret quoniam de secunda Musarum specie loqueretur, persepe in sequentibus Phylosophia ad curam et consolationem Boetii in eodem libro oblectamenta carminum et fictiones poeticas introducit. Ergo, postquam illas Phylosophia suo immiscet artificio, eas honestas esse existimandum est; et si honeste sint, et hi, quibus familiares sunt, ut horum videtur velle deductio, honesti sint homines necesse est. Et sic honeste sunt Muse, et poete honesti sunt homines, quas et quos invicem turpi nota in vacuum labefactare conati sunt.

XXI. *Alloquitur auctor regem.*

1 Quibus potui rationibus, clementissime rex, horum zelum maledicta retudi, et, ni honestati pepercissem mee, in temerariam eorum presumptionem et vitam moresque suos longe acrioribus verbis et aculeis acutioribus invexissem. Reor tamen eos preter dicta multa dicturos, quibus omnibus respondere voluisse in longum nimis protenderetur oratio; et multitudine verborum nimia persepe consuevit, nedum animos magnis occupatos, ut regii sunt, sed etiam vacuos et ociosos offendere.
2 Et id circo, ne Celsitudini tue tediosus sim, et ne videar hos extra terre terminos fugare velle, cum ignorantie eorum potius compatiendum sit, quam in meritum exterminium procedendum, his finem prestare mens est; et, quod ipsi non facerent, ego ante huius libelli finem tua cum gratia fecisse volo, postuisse scilicet meritam iram omnem, et eorum ignovisse nequitię, et eos amicis alloqui verbis, si forsan in consilium melius possim impellere.

dere, se avessero inteso quello che poche parole dopo si legge come detto dalla Filosofia. Dice infatti: «Ma lasciatelo curare e sanare dalle mie Muse». E affinché più chiaramente apparisse che parlava della specie buona delle Muse, molte volte nelle pagine seguenti dello stesso libro la Filosofia introduce, a cura e consolazione di Boezio, i piaceri dei versi e le invenzioni poetiche. E dunque, poiché la Filosofia alla sua arte aggiunge le Muse, occorre credere che queste siano le oneste; e se sono oneste, anche coloro ai quali sono familiari (come vuole la deduzione di costoro) è necessario siano uomini onesti. E così le Muse sono oneste, e onesti sono i poeti; ed invano i critici si sono sforzati di diffamare a vicenda quelle e questi con turpe marchio.

XXI. *L'autore si rivolge al re.*

1 Con gli argomenti che ho potuto, o re clementissimo, ho rintuzzato i detti maligni di questi invidiosi; e, se non avessi voluto risparmiare la mia onestà, avrei inveito con parole ben più aspre e con punte più aguzze contro la loro temeraria presunzione e il loro stile di vita. Eppure credo che essi, oltre le già dette, molte altre cose diranno, alle quali, volendo rispondere, il discorso si protrarrebbe troppo a lungo; e l'eccessiva abbondanza di parole molto spesso è solita dispiacere, non dico agli animi presi da grandi affari, come sono quelli dei re, ma anche a quelli liberi e in ozio. Perciò, per non essere noioso alla tua Altezza, e perché non sembri che io voglia cacciare costoro oltre i confini del mondo (poiché bisogna aver piuttosto compassione della loro ignoranza, che provvedere alla loro meritata rovina), ho deciso di por fine al discorso; e con grazia tua voglio, prima della fine di questo libro, fare ciò che essi non farebbero: deporre, dico, ogni giusto sdegno e perdonare alla loro malevolenza e parlar loro con parole amichevoli, per vedere se io possa forse spingerli a miglior consiglio.

XXII. *Poetici nominis hostes orat auctor ut se in melius vertant consilium.*

- 1 Vos igitur, o prudentes viri, iam si sapitis, iras ponite et tur-
gida sedate pectora; satis enim, imo nimium inter nos odiis de-
certatum est. Vos primi in insontes intulistis arma, ut eos
exterminaretis orbe; ego ex adverso pectus opposui, egi que
pro viribus, prestante Deo et meritis cause iuvantibus, ne bene
meriti ab infestis pellerentur hostibus, esto, si adversum vos ip-
si in equum descenderent campum, quantum prevaleant ve-
2 stris meisque viribus, sera penitentia nosceretis. Belligeratum
tamen est; et eo ventum ut, cum aliquali offensorum gloria,
quanquam sudore plurimo, paululum sit omnino vincendi re-
pressa libido et ut equis legibus iri possit in pacem. Vadamus
ergo, eamque capessamus ultro, et quietem laboribus demus;
3 librata enim sunt belli premia; nam vos doctrinam, ego refero
aliquantum consolationis in predam, et sic satis loci paci re-
lictum est. Credo sic velitis, quoniam cepisse vos penitet, et
ideo eius fruamur bonis. Quod ut me ex animo dicere noscatis,
qui primus lacessitus sum, primus servare amicitie leges inci-
piam, et, ut vos etiam faciatis, que amicus caritative pauca dic-
turus sum, equo animo atque tranquillo percipite.
- 4 Ecce, honorabiles viri, quibus potui demonstrationibus, elu-
cidavi quid sit poesis, quam vos ipsi nullam faciebatis,²³⁶ qui
poete sint,²³⁷ quod poetarum officium, qui mores, quos vos
etiam fabulones, scelestos homines, suasores criminum, et mil-
le malis infectos clamabatis.²³⁸ Quid inde Muse sint, designavi,
quas meretriculas dicebatis, et forte arbitrabamini lupanares.
Quos si tanti sunt, si adeo venerabiles, non solum non damnare
debetis, sed eos colere, laudibus extollere, amare, et eorum, ut
5 meliores efficiamini, studere volumina. A quo ne vos retrahat

XXII. *L'autore prega i nemici del nome poetico di volgersi a miglior consiglio.*

- Voi dunque, uomini prudenti, se siete saggi, deponete ormai
l'ira e calmate gli animi rigonfi di sdegno: assai infatti, anzi
1 troppo, si è fra noi odiosamente combattuto. Voi per primi
avete portato le armi contro gli innocenti per cacciarli dal
mondo; io, al contrario, ho opposto il mio petto e ho agito se-
condo le mie forze, con la protezione di Dio e coll'aiuto della
bontà della causa, affinché coloro che hanno ben meritato non
fossero cacciati dai loro avversari; per quanto, se essi fossero
scesi contro voi ad armi pari, avreste con tardivo pentimento
conosciuto come essi prevalgano sulle vostre e mie forze. Ciò
2 nondimeno si è combattuto e si è giunti al punto che, con qualche
gloria degli offesi, seppure con grandissima fatica, per un
poco si è interamente repressa la libidine del vincere e che si
può fare con giuste leggi la pace. Andiamo dunque e volentieri
facciamola e diamo tregua alle fatiche. Sono stati infatti equili-
brati tra noi i premi della guerra: a voi la dottrina, a me resta,
come preda, un po' di consolazione: e così si è lasciato spazio
sufficiente alla pace. Credo che così vogliate, poiché vi pentite
3 di avere cominciato; e perciò facciamo uso dei beni della pace.
E affinché conosciate che io, provocato per primo, parlo col
cuore, per primo comincerò a mantenere le leggi dell'amicizia;
e voi accogliete con animo giusto e sereno le poche cose che io,
da amico, caritatevolmente sono per dire, in modo che anche
voi, come me, serbiare le leggi dell'amicizia.
- Ecco, onorabili signori: con le argomentazioni che ho potuto
4 vi ho chiarito cosa sia la poesia che voi stessi stimavate esser
nulla; chi siano i poeti; quale il loro ufficio; quali i costumi di
quelli che proclamavate anche cianciatori, scellerati, persuasori
di peccati e infetti di mille mali. Poi ho indicato che cosa siano
le Muse che voi chiamavate «puttanelle» e che credevate don-
ne da postribolo. Se dunque i poeti sono così grandi, così de-
gni di rispetto, voi non solo non li dovette condannare, anzi li
dovete onorare, lodare, amare e studiare i loro volumi per di-
5 ventare migliori. E acciocché da questi vantaggi non vi ritrag-

aut etas annosior, aut famosiores audisse facultates, conemini ex vobis ipsis id posse, quod de se non erubuit annosus princeps et virtutum omnium singulare decus, Robertus, Ierusalem et Syclie rex inclitus. Qui clarus olim phylosophus et medicine preceptor egregius, atque inter ceteros eius temporis insignis theologus, cum in sexagesimum sextum usque etatis sue annum parvi pendisset Virgilium,²³⁹ illumque cum reliquis more vestro fabulosum diceret hominem et nullius fore precii, ornatu subtracto carminum, quam cito Franciscum Petrarcam arcanos poematum referentem sensus audivit, obstupefactus se ipsum redarguit, et, ut ego, eo dicente, meis auribus audivi,²⁴⁰ asseruit se nunquam ante arbitratum adeo egregios atque sublimes sensus sub tam ridicolo cortice, uti poetarum sunt fictiones, latere potuisse, ut advertibat post demonstrationem solertis viri, absconditos esse suumque mira compunctione damna-
 6 Sane festina mors²⁴¹ novum interruptit studium, quod si perseverare potuisset, quis dubitet quin in maximum poetarum decus et Ytalorum commodum studio tali vacantium evasisset? Quid ergo? quod regi sapientissimo sanctum visum est, vos ne arripere indignum ducetis? Vix credam. Non enim vos tygres aut immanes beluas reor, quorum ingenium, uti illarum sevitia, in melius flecti non possit.

7 Attamen si preter hanc piam credulitatem meam in pectoribus vestris impetuusus adhuc in immeritos perseverat hostilis ardor, in vestrum saltem decus, quotiens vos lingue pruritus in verba irritat, queso per sacrum phylosophie pectus, cuius fors-
 6
 7 san aliquando mammillas susxistis, ne in totum poeticum nomen adeo vos dedatis precipites, quin imo, si satis sani estis, distinctione semper, ubi oportuna sit, utamini. Ipsa quidem in concordiam discordantia reducit, et, abstersis ignorantie nebu-

ga, o l'età senile, o l'aver appreso le scienze più famose, sforzatevi di poter da voi stessi ciò che non arrossì di fare il vecchio principe e singolare ornamento di tutte le virtù, Roberto, inclito re di Gerusalemme e di Sicilia. Egli, un tempo filosofo illustre ed egregio maestro di medicina e teologo insigne fra gli altri del suo tempo, fino a sessantasei anni tenne in poco conto Virgilio; e lo chiamava, insieme cogli altri poeti, come voi fate, uomo da favole e di nessun valore, quando si fosse tolta la bellezza dei suoi versi. Ma appena ebbe udito Francesco Petrarca rivelerargli gli arcani significati della sua poesia, ne rimase stupefatto e si rimproverò e affermò (io ho sentito dirlo dal Petrarca con le mie orecchie) di non aver mai pensato – come invece avvertiva dopo le dimostrazioni di quel valentuomo – che tanto straordinario e sublimi significati potessero nascondersi sotto così piacevole corteccia, come sono le immaginazioni dei poeti; e condannava con mirabile umiltà il proprio ingegno e la disgrazia di aver così tardi conosciuto l'artificio poetico; e non arrossì, né poté essere trattenuto dalla vecchiezza e dalla consapevolezza che poco gli rimaneva da vivere, dal cominciare a dar opera – messi da parte gli studi delle discipline più splendide – per cogliere il significato pieno dell'opera di Virgilio.

La morte prematura interruppe il suo nuovo studio; ma se lo avesse potuto continuare, chi potrebbe dubitare che ciò sarebbe riuscito a grandissimo decoro dei poeti e a vantaggio degli Italiani che attendono a tale studio? E che dunque? Accogliere ciò che parve santo ad un re sapientissimo, voi stimerete cosa indegna? Appena lo potrei pensare, perché non vi credo tigrì o belve feroci, la cui indole non possa esser piegata come la crudeltà di quelle.

7 E tuttavia, se al di là di questa mia benevola opinione, ancora nei vostri petti perdura impetuoso un ostile ardore contro coloro che non lo meritano, io vi prego che, almeno per il vostro decoro – ogni volta che il prurito della lingua vi spinge a parlare – e per il sacro petto della Filosofia, di cui forse talora avete succhiato le mammelle, vi prego di non gettarvi a precipizio contro il nome poetico in generale; anzi, se siete abbastanza sani di mente, di usare sempre un criterio di distinzione,

lis, intellectum clarificat, et recta quo vult ducit ingenium. Et hoc facitote, ne inhonestis venerabiles implicetis poetas, ex quibus multos fuisse gentilium ostensum est. Sit vobis satis in illecebres comicos irruere, in hos iras evomere; in hos, bona ceterorum pace, omne vestrum versetur incendium. Preterea et Hebraicis parcite; non enim absque divine Maiestatis indignatione lacesciri possunt, et premonstratum est, Hieronimo attestante, quosdam ex eis sub poetico stilo, Sancto dictante

8 Spiritu, sua cecinisse vaticinia.²⁴² Equo insuper modo et Christiani ab iniuriis immunes servandi sunt; plures enim ex nostris poete fuere et adhuc sunt, qui sub tegminibus fictionum suarum christiane religionis devotos sacrosque sensus commendare. Et, ut ex multis aliquid ostensum sit, noster Dantes, dato materno sermone, sed artificioso, scriberet,²⁴³ in libro, quem ipse *Comediam* nuncupavit, defunctorum triplicem status iuxta sacre theologie doctrinam designavit egregie.²⁴⁴ Et illustris atque novissimus poeta Franciscus Petrarca in suis *Bucolicis* sub velamine pastoralis eloquii veri Dei et inclite Trinitatis laudes irasque eius in calcantes ignavia Petri naviculam mira descriptione notavit.²⁴⁵ Stant volumina et intelligere volentibus sensus apparent.

9 Hos ultra vigent Prudentii atque Sedulii²⁴⁶ carmina, sacram sub tegumento expromentia veritatem. Et Arator, non solum christianus homo, sed romane Ecclesie sacerdos et cardo, heroico carmine Apostolorum gesta more cantando poetico designavit.²⁴⁷ Iuvenicus insuper, hispanus homo, sed eque christianus, sub velamento hominis, bovis, aquile et leonis Christi, filii Dei vivi, Redemptoris nostri, actus omnes etiam fingendo composuit.²⁴⁸ Et, ne plures in medium deducam, si, ut nostris saltem parcatis, nulla vos humanitas trahit, nolite severiores esse matre nostra Ecclesia, que, laudabili consideratione prospectans, non dedignatur cum multis, et potissime cum Origene,²⁴⁹

dove sia opportuno. La distinzione può ridurre alla concordia le cose discordanti e, rimosse le nebbie dell'ignoranza, fa chiarezza nell'intelletto, e, per via diretta, conduce l'ingegno dove vuole. E questo fate, per non coinvolgere, coi disonesti, i poeti venerabili, molti dei quali si è mostrato essere stati pagani. Vi basti irrompere contro i comici disonesti, su di essi vomitare il vostro sdegno. Contro di essi, con buona pace degli altri, si rivolga tutto il vostro fuoco. Inoltre risparmiatemi gli Ebrei, perché non possono essere offesi senza sdegno della maestà divina; e perché si è mostrato, colla testimonianza di Girolamo, che alcuni di essi, ispirati dallo Spirito Santo, hanno cantato in stile poetico le loro profezie. Allo stesso modo inoltre anche i poeti cristiani devono essere mantenuti immuni da offese; molti infatti dei nostri furono poeti, e ancor sono, che, sotto il velo delle loro invenzioni, hanno consegnato i sacri e devoti sensi della religione cristiana. E affinché sia mostrato, tra i molti, un esempio, il nostro Dante, benché scrivesse nella lingua materna, ma sempre con arte, indicò in modo eccellente, nel libro che egli stesso intitolò *Comedia*, il triplice stato dei defunti secondo la dottrina della sacra teologia. E Francesco Petrarca — illustre e recentissimo poeta — nel suo *Bucolicum carmen*, sotto il velo di un linguaggio di pastori, con descrizione mirabile ha scritto le lodi del vero Dio e dell'inclita Trinità e il suo sdegno contro coloro che vilmente oltraggiano la barca di Pietro. I suoi libri sono disponibili e i significati appaiono chiari a coloro che vogliono intenderli.

9 Oltre a questi, sono in rigoglio i carmi di Prudenzio e Sedulio che, sotto il velame, esprimono la santa verità. E Aratore, non solo uomo cristiano, ma sacerdote e cardinale della chiesa romana, descrisse gli *Acta Apostolorum* in esametri, cantando al modo dei poeti. Inoltre Giovenco, spagnolo, ma parimenti cristiano, rappresentò nelle sue finzioni poetiche tutti gli atti di Cristo, figlio del Dio vivo e nostro Creatore, sotto il velo dell'uomo, del bue, dell'aquila e del leone. E per non addurre molti poeti, se nessuna umanità vi trae a risparmiare almeno i nostri, non vogliate essere più severi della Chiesa, madre nostra, la quale, riguardando con lodevole considerazione, non

se habere benigne. Fuere enim huic homini tam grandes in componendo vires, ut nunquam circa id exhaustum videatur fuisse ingenium, nec in scribendo fatigata manus, ex quo in milia voluminum variarum materierum excessisse credatur.²⁵⁰ Ex quibus omnibus more solertis virginis, que inter spineta flores illesis colligit digitis, et spinarum aculeos sinit separatim vilescere, omissis minus bene creditis, laudanda sumpsit, et inter suos thesauros servari voluit.

10 Videte igitur et examine, et equa lance poetarum dicta librate, et, que minus sancte scripta sunt, sinite! Que autem bene dicta sunt non damnate, quasi existimetis, uestigio clamore in poetas sublato, Augustinos aut Hieronimos ab ignaro populo arbitrari. Hi enim, quibus equa fuit cum sanctitate prudentia, nunquam in poeticam seu poetice artificium fecere rumores, verum in errores gentilitatis recitatos ab eis, quos semper, etiam circumstantibus catholice veritatis hostibus atque recalcitrantibus, voce intrepida damnare, alias eos coluere semper, advertentes eorum scripta tanta verborum arte composita, tanto lepore suavia, tanto sententiarum sale condita, tanto ornatu etiam delinita, ut ab eis expeti fere necesse videatur quicquid quis velit latino eloquio apposuisse decoris. Et, ne longiori sermone vos traham, ut ait Cicero *pro Archia*: «Hec studia adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium prebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur; que si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tum ea mirari deberemus etiam cum in aliis videremus» etc.²⁵¹ Cum igitur non spernenda, nec abiicienda, sed colenda poesis sit, et inde poete, si sapitis, satis dictum est; si

11

sdegna comportarsi con benevolenza con molti, e specialmente con Origene. Quest'uomo ebbe infatti così gran forza nel comporre, che in ciò non sembra gli sia mai venuto meno l'ingegno, né la mano si sia stancata di scrivere; e da ciò si crede che si sia esteso fino a migliaia di volumi di materie diverse. Fra tutti questi la Chiesa, a modo di vergine sagace, che coglie tra i cespugli i fiori, senza pungere le dita, e lascia che le pungenti spine intristiscano, mettendo da parte le cose non ben credute, ha assunto quelle lodevoli e le ha volute serbare tra i suoi tesori.

Vedete dunque ed examine e con giusta bilancia pesate i 10 detti dei poeti e lasciate le cose meno santamente scritte. Ma quelle che sono state dette bene non condannatele, quasi che stimate di potere essere creduti dal popolo ignorante, nuovi Agostini o Girolami, solo per avere d'un tratto alzato la voce contro i poeti. Quei due santi infatti, che ebbero pari la prudenza alla santità, non formularono mai accuse contro la poesia o il suo artificio, ma solo contro gli errori del paganesimo narrati dai poeti, errori che essi condannarono con voce intrepida, anche quando li circondavano i nemici della verità cattolica, e coloro che a quella facevano opposizione; e invece in altri casi sempre li onorarono, considerando i loro scritti composti con tanta arte di parole, soavi di tanta grazia, di tanta gravità di sentenze ornati, e con tanto decoro disegnati, che sembra quasi necessario chiedere ad essi tutto il decoro che uno voglia aggiungere alla lingua latina. E per non intrattenervi con più 11 lungo discorso, come Cicerone dice nell'orazione per Archia: «Questi studi conducono la gioventù, dilettono la vecchiaia, abbelliscono le vicende favorevoli, offrono rifugio e conforto in quelle contrarie, dilettono in casa, non danno impedimenti fuori, pernottano con noi, viaggiano e villeggiano con noi; e se noi non potessimo né attingerli, né col nostro senso gustarli, dovremmo tuttavia ammirarli, anche vedendoli in altri» ecc. E dunque, non essendo la poesia, e quindi anche i poeti, né da disprezzare, né da rifiutare, anzi da venerare, a sufficienza se ne è detto, se siete saggi; se invece, ostinati, perseverate nella vostra ira, niente si potrebbe scrivere che bastasse, anche se io

autem obstinati perseveretis in rabiem, esto vobis compatiar, cum aspernandi sitis, nichil ad sufficientiam scribi posset.

Genealogie deorum gentilium liber quartus decimus explicit.

potessi avere compassione di voi, per quanto siate degni di disprezzo.

Finisce il quattordicesimo libro delle Genealogie deorum gentilium e felicemente comincia il quindicesimo ed ultimo, nel quale l'autore si difende dalle accuse che gli sono state mosse.

Incipit quintus decimus et ultimus feliciter; in quo auctor purgat se ipsum ab obiectis in se.

Prohemium.

1 Fundavi, serenissime rex, quibus potui armamentis hinc inde naviculam, ne estu procellosi maris aut ventorum adverso impetu pelleretur in litus, et illisa ruptis compagibus solveretur. Et, ne, crepitantibus desuper nubibus, in ymbrem solutis infestum, aut coruscum fulminantibus ignem dilueretur aut verteretur in cinerem, tegumenta superaddidi, que oportuna ratus sum. Nec non et proresiis atque rudentibus illam illigavi scopulis, ne ab undis se retrahentibus una cum illis traheretur in pelagus. Adversus vero Dei iram nil mortalium obstacula iuvant, et ob id suis in manibus linquendam censui. Ipse, absque cuius suffragio nil profecto stare potest, illam servet misericordia sua!

2 Nunc autem superest ut iniecta in fatigatum nautam tela excutiam ac, si possim, qualitercunque amoveam. Quis enim dubitet quin petatur a multis? Sane uti forte minus equo animo visus sum quandoque tulisse que in poesim et poetas immissa fuere, sic summa cum patientia, que in nautam evolaverint, quocunque nisu missa, perferam. Nec huius patientie ratio longe abest. Indigne quippe meo iudicio pulchra poesis et elegantes hac in facultate viri lacessiti fuere, nescio utrum su-

Comincia felicemente il quindicesimo e ultimo libro, nel quale l'autore discolpa se stesso dalle critiche mossegli.

Proemio.

Ho assicurato, serenissimo re, da ogni parte, e con gli attrezzi che ho potuto, la navicella, perché non fosse spinta verso il lido dal ribollire del mare tempestoso o dall'impeto avverso dei venti e, urtando, si sfasciasse dopo la rottura delle sue compagini. E affinché dal crepitare dal cielo delle nubi, sciolte in pioggia minacciosa o in fulmine lampeggiante, non fosse disfatta o incendiata, ho aggiunto altre difese che ho ritenuto opportune. Inoltre con ancore e gomene la ho legata agli scogli, affinché dalle onde che rifluivano non fosse, insieme con esse, trascinata in alto mare. Ma contro l'ira di Dio a nulla giovano gli umani impedimenti e perciò ho ritenuto opportuno di lasciarla nelle sue mani. E Iddio, senza il cui aiuto nulla certamente può sussistere, la salvi con la sua misericordia!

Ora però resta che io respinga i dardi lanciati contro lo stanco nocchiero e, se possibile, in qualunque modo li allontani. Chi infatti potrebbe dubitare che egli non sia aggredito da molti? Ma certamente, come forse sarà parso che io abbia una volta sopportato con animo meno sereno le accuse che sono state lanciate contro la poesia e contro i poeti, così, con somma pazienza, sopporterò tutti gli attacchi, con qualunque impulso lanciati, che si leveranno contro il nocchiero. La ragione di questa pazienza non manca. Indegnamente invero, a mio giudizio, furono offesi la bella poesia e gli uomini che si distinsero in questa attività; e non so dire se per le maledizioni di superbi

3 perborum an ignorantium potius maledictis dixerim. Nauta autem non sic. Nam si pro viribus conatus sit arte nautica per maris vertiginosos anfractus et confragosa scopulis freta cymbam in tutum deducere, ne iuste redargui possit, scio tamen quia multarum rerum ignarus sit, et ideo ex multis eo minus advertente commissis forsitan merito redargui potest. Agam igitur quod potero, iuvante Deo, ne omnino temerarie videatur egisse quod fecerit. Ipse me eripiat de faucibus malignantium, qui ex camino ignis ardentis eripuit illesos israelitas pueros sperantes in se,¹ et in finem laboris extremi² me deducat in sui sanctissimi nominis gloriam et honorem!

I. *Minus oportuna preciosa fore non nunquam.*

1 Circumspicient, scio, coliseum hunc undique iam dicti seu alii intensius oculis carptores egregii, eoque conspecto, ariolor dicturi sint pia forsitan intentione (durum enim homini est hominum mentes cognoscere) tam grande opus minime opportunum esse, et ideo in precio non futurum. Hi quidem paucis his verbis fere opus omne concutiunt, cum a quadam non satis expressa veritate videatur obiectio non solum colorari, sed etiam approbari. Quis enim non dicat intuitu primo, non dicam non oportunas, sed etiam superfluas fore poetarum fabulas, ex quibus hoc opus omne consistit? Verum ego aliter sentiendum reor. Fateor enim fabulis opus hoc omne consistere; sic si concessero illud minus opportunum, multa etiam non oportuna (et hec inter opus hoc) preciosissima fore monstrabo, et inde hoc opus, quoniam utile tam rei publice quam private
3 sit, ostendam inter oportuna etiam numerandum. In precio igitur et maximo esse multa minime oportuna et artificii hominum adinventata et nature opere facta monstrantur. Exquirimus enim lapidas, cementarios, dolatores, et architectos insignes,

o, piuttosto, di ignoranti. Ma non così il nocchiero. Se infatti, 3 per non essere giustamente biasimato, ha tentato, secondo le sue forze, di condurre, con l'arte di navigare, la sua barchetta al sicuro, attraverso i vertiginosi anfratti dei lidi e gli stretti, dagli scogli dirupati; tuttavia, poiché di tante cose è ignaro, so che, per molte mancanze, per sua distrazione commesse, potrebbe a ragione essere rimproverato. Io farò dunque quanto potrò, e coll'aiuto di Dio, affinché non sembri che il nocchiero abbia agito con totale imprudenza. Dio, che ha strappato illesi dalla fornace del fuoco ardente i fanciulli ebrei che speravano in Lui, mi strappi alle fauci dei maligni e mi conduca alla fine dell'ultima fatica, a gloria e onore del suo santissimo nome!

I. *Le cose non necessarie sono talvolta preziose.*

Lo so. Gli egregi critici, già nominati, o altri forse, con occhi 1 attenti osserveranno da ogni parte questa mia colossale fatica; e dopo averla osservata, indovino che diranno, forse con pia intenzione (è difficile infatti per l'uomo conoscere le intenzioni degli altri) che una così grande opera non è necessaria, e perciò non sarà apprezzata in futuro. Costoro invero con queste poche parole quasi ogni opera demoliscono, poiché un'obiezione ad una verità non ben espressa sembra, non solo ricevere colorito, ma anche essere approvata. Chi infatti non direbbe a prima 2 vista che le favole dei poeti, sulle quali questa intera opera consiste, sono, non dirò necessarie, ma anche superflue? Ma io credo che si debba avere diversa opinione. Ammetto infatti che tutta questa opera consiste nelle favole; così se avrò concesso che essa sia meno necessaria, mostrerò poi che molte cose, anche non necessarie (e fra queste l'opera mia), sono preziosissime; e da ciò lascerò intendere che quest'opera, poiché è utile, come allo stato, così ai privati, deve essere annoverata fra le necessarie. Molte cose dunque non necessarie, inventate dall'arte 3 dell'uomo e fatte per opera della natura, si mostra che sono tenute in grandissimo conto. Noi cerchiamo scalpellini, muratori, carpentieri e architetti illustri, volendo costruire quelle case

volentes domos construere, quas rudis villicus ex luto et palustribus calamis oportunas erigeret. Tempia, capitolia, palatia regum, populorum atque principum, maximis sumptibus constructa, pictura superflua decoramus. Aureis celatissime vasis utimur, cum oportunitati possint deservire samia. Sic coronis, purpureis vestibus et armillis aureis delectamur, cum lanitium simplex cuiuscunque pecoris oportunitati sufficiat; et sic artes et ornamenta, que minime oportuna sunt, in precium devenere. Sed, quia hec hominum ambitione quis posset preciosa dicere, videamus nunquid et naturam rerum discretissimam etiam circa superflua ambitiosam velimus dicere. Et queso, ad quis capitis capillitium oportunum sit? Nemo dicit. Illud tamen multi firmant adeo preciosum fore, ut, si absque eo Venus incedat, suis etiam comitata Gratiis, Marti placere non possit, eumque tanti extimatum a Cesare dictatore, ut ad contegendum calvicium perpetuam lauream a senatoribus impetrarit.⁴ Ad quid hominum barba, qua si quis etate provectus careat, non absque rubore hominibus immiscetur aliis? Ad quid cornua cervo? Ad quid picte volucris penne concessae sunt? Ob ornamentum, non ob aliud responderi potest. Et sic, ne per plura discurram, quod alias non erat in precio, ornamenta causa efficitur preciosum. Et si ornamenta causa quid efficitur preciosum, hoc profecto opus erit in precio. Quid enim pulchrius in colloctionibus hominum quam non nunquam immiscuisse fabellas sententiis? Quid decentius quam fructuosos fabularum sensus eisdem applicasse colloquiis? Et hoc opus unumquodque prestabit abunde. Hec insuper ponderosis et accuratis orationibus plurimum afferre decoris satis apparet, cum passim mixta scriptis Ciceronis, Ieronimi et aliorum prudentum virorum illa legamus. Poterat igitur sufficere ostendisse hoc opus preciosum ornamenta causa, sed huic superadditur utilitas, que ex hoc consequitur, tam publica quam privata, ex qua precium maius efficitur. Existimabant enim non nulli poe-

che il rozzo contadino erigerebbe, come abitazioni comuni, con fango e canne palustri. Inoltre decoriamo con pitture superflue i templi, le rocche, i palazzi dei re, dei popoli o dei principi, costruite con grandissime spese. Facciamo uso di vasi d'oro e intagliati, mentre, all'occorrenza, potrebbero servire vasi di argilla. Così ci compiacciamo di corone, di vesti purpuree, di braccialetti d'oro, mentre, all'occorrenza, basterebbe la semplice lana di qualsiasi pecora. E così arti e ornamenti, che non sono davvero necessari, sono venuti in pregio. Ma poichè uno potrebbe dire che tali cose sono preziose solo per ambizione degli uomini, vediamo se si voglia definire ambiziosa la natura, discretissima anche nelle cose superflue. E chiedo: a che serve la capigliatura? Nessuno la dirà necessaria. Molti tuttavia affermano che essa è così preziosa che, se Venere incedesse senza di quella, anche se accompagnata dalla Grazie, non potrebbe piacere a Marte; e che essa fu così stimata dal dittatore Cesare, che, per coprire la calvizie, ottenne dai senatori di poter portare sempre una corona d'alloro. A che serve la barba degli uomini? Eppure se un adulto ne fosse privo, non forse con vergogna si mescolerebbe agli altri uomini? A che servono le corna al cervo? A che le penne variopinte sono state date agli uccelli? Si potrebbe rispondere: per ornamento, non per altro. E così, per non discorrere su molti argomenti, diventa prezioso per ornamento ciò che altra volta non era in pregio. E se qualcosa diventa prezioso perchè è di ornamento, anche quest'opera sarà certamente apprezzata. Che cosa infatti di più bello nei discorsi umani che mescolare talora le favole alle sentenze? Che di più decoroso che applicare agli stessi discorsi gli utili significati delle favole? E quest'opera mia offrirà in abbondanza ciascuna di queste opportunità. Inoltre è chiaro che opere che includano orazioni dense di contenuti e accurate, apportano molto decoro, quando si leggano mescolate sparsamente agli scritti di Cicerone o di Girolamo o di altri dotti. Sarebbe dunque potuto essere sufficiente mostrare che quest'opera è preziosa, perchè è di ornamento; ma a ciò si aggiunge l'utilità che ne deriva, sia pubblica che privata: e per essa il pregio si fa maggiore. Stimavano infatti alcuni che i

tas, peritos homines, simplices tantum composuisse fabulas, et per consequens non solum non utiles, sed illos arbitrabantur damnosos, et, discurrentes legendo, nullum ex fabulis emolumentum sumebant.

6 Hoc autem opus, dum fictionibus velamentum amovet, et eruditos fuisse viros poetas ostendit, et legentibus facit fabulas cum delectatione fructuosas. Et sic, qui falsa opinione perisse videbantur poete, reipublice insignes et quasi redduntur redvivi, et privatim que incognita abiciebatur utilitas, per hoc partefacta colligitur, et ad altiores sensus etiam ingenia legentium excitantur. Preterea spero, sic volente Deo, uti hactenus fuere, consurgent qui ad poeticam mentes erigent, quibus non modicum, dum veterum monumenta perlegent, commodi per hoc
7 opus prestabitur, ex quo fiet saltem talibus preciosum. Sed quid multa dicam? Si cessent que dicta sunt omnia, dum modo, princeps optime, cuius iussu laborem sumpsi, tuo per hoc opus desiderio satisfactum sit, illud preciosissimum duco, esto laudabile sit placuisse pluribus; sic, si tue Celsitudini minime gratum sit, etiam si placiturum atque acceptabile ceteris veniat, parvi apud me momenti fiet. Tuum igitur est istud preciosum facere, aut, si libet, abicere.

II. *Perseveravere sepe diutius, que minus duratura vide<ba>n-
tur.*

1 Eadem forte pietate loquentur et alii, dicentque, postquam rimosum opus viderint, nec bene compactum, nec diu mansurum, ruinam premonstrantibus fatiscantibus rimis. Ego his premonitoribus libens gratias ago. Excutiunt enim ab oculis meis somnum, meque solertem faciunt ut prestem oportunitati
2 subsidium. Verum, quoniam ante ceptum opus sic evasurum

poeti, uomini dotti, avessero composto soltanto semplici favole e di conseguenza li consideravano non solo inutili, ma dannosi; e, scorrendoli nella lettura, nessun vantaggio traevano dalle favole.

Ma questa mia opera, mentre toglie il velame alle finzioni
6 poetiche, mostra, da un lato che i poeti furono uomini dotti, e dall'altro rende vantaggiose, con diletto, le favole ai lettori. E così quei poeti che, per falsa opinione, sembravano essere morti, sono restituiti insigni e quasi redivivi alla repubblica; e quella utilità che privatamente, non essendo conosciuta, veniva disprezzata, si può cogliere, resa manifesta da quest'opera; e inoltre per essa sono spinti a più alti sensi gli ingegni dei lettori. Io spero altresì che, a Dio piacendo, come già finora ve ne furono, si leveranno alcuni che drizzeranno le menti alla poesia; e ad essi non poco vantaggio verrà da quest'opera, mentre leggeranno le memorie degli antichi; e perciò, almeno per essi, sarà preziosa. Ma perché dir tante cose? Se tutto ciò che ho detto
7 venisse meno, pur che io abbia soddisfatto, ottimo principe (poiché per ordine tuo ho intrapreso la mia fatica) al tuo desiderio con quest'opera, io stimo questo risultato la cosa più preziosa, sebbene sia degno di lode anche il fatto di piacere a molti; e parimenti, se non fosse gradita alla tua Altezza, anche se venisse a piacere e fosse accetta agli altri, essa sarà per me di scarsa importanza. Dipende dunque da te rendere preziosa quest'opera, o, se ti pare, rigettarla.

II. *Spesso a lungo sono durate opere che non sembravano durature.*

1 Con la stessa pietà forse parleranno anche altri, e diranno, dopo aver visto i difetti dell'opera, che non è ben lavorata e che non vivrà a lungo, mentre le spaccature e le crepe già ne mostrano la rovina. Volentieri io ringrazio questi che mi avvertono in anticipo. Essi infatti mi cacciano il sonno dagli occhi e mi rendono capace di prestar rimedio al bisogno. Ma poiché
2 già ho ritenuto, prima di iniziare l'opera, che essa sarebbe riu-

illud ratus sum, si satis memor es, rex inclite, istud idem circa principium testatus,⁴ his, quibus potui, rationibus ostendens, cur strambum, mutilum, cicatricibus plenum existimarem illud futurum, et ut satis apparet et isti aiunt, mea me non fefellit premeditatio, et ideo circa defectum hunc iure excusandus venio. Sane, quibus adminiculis potui, illud in robur deduxi, nec, postquam deductum est, inexcogitatas aut novas contraxit rimas, veteres autem et previsæ, quod ariolantur isti, arbitror, adeo repente non facient; nam, si more mortalium per coniecturas de futuris providere velimus, in longum perseverabit hoc opus. Vidimus enim persepe in saxo firmatas arces in ruinam ire citius quam in palustri luto piscatoria situata domus. Hi autem, qui sibi non satis firma edificia norunt, vigilantes inspicunt sepe, et sic, si exigat oportunitas, restaurant fundamenta, resarciunt parietes, tecta tignis et solaria variis adiumentis suffarciunt, et sic, que illico casura videbantur, non nunquam recta deducuntur in seculum. Secus, qui fortia se possidere existimant; nam, dum secura quiete tenentur, et ecce lapis unus, grandi pondere pressus, attritus crepitat, et omne secum trahit edificium in ruinam. Sunt et alii casus; palatia ambit invidia, et odia excidium parant. Parva domus, paucis et possessori cognita, quam diu Deo gratum est, perseverat. Quis enim arbitrari potuisset Ylionem, recentem adhuc Priami civitatem, tot refertam viribus, tot divitiis splendidam, regni totius Asye arcem, toti minantem Græcie, lapsuram citius pauperis Aglai Sophidii gurgustio!⁵ Sic et robustos vidimus iuvenes, vivaci atque preclara valitudine decoros, parva interveniente febricula seu accidente alio, in repentinam fere precipitari mortem, ubi non nunquam invalidi senes in longiorem etiam, quam velint, evasere vitam.

7 Sed quid refert per exempla discurrere, quorum abundantissima vita mortalis est? Dicant isti quod volunt, et ego quod

scita con tali limiti, dichiarando ciò, se ben ricordi, inclito re, proprio al principio dell'opera e mostrando, con gli argomenti che ho potuto, per quali motivi stimavo che sarebbe stata senz'ordine e mutila e piena di fenditure; da un lato la mia previsione non mi ha ingannato, come ben appare, e come codesti dicono; e dall'altro vengo perciò a buon diritto ad essere scusato di questo difetto. Invero, con i mezzi disponibili, io ho rinforzato l'opera; e dopo l'operazione, essa non si è procurata inattese o nuove fenditure; mentre quelle vecchie e previste non la faranno, credo, sfasciare così repentinamente come questi predicano; poichè, se — come usano gli uomini — vorremo fare per congettura previsioni sul futuro, quest'opera durerà a lungo. Spesso infatti abbiamo visto rocche, fondate sulla pietra, andare in rovina più presto che una casa di pescatori, collocata sul fango della palude. Quelli invece che sanno di aver edifici poco solidi, vigilanti spesso li osservano e, se lo richieda il bisogno, ne restaurano le fondamenta, ne riparano le pareti, ne riempiono il tetto con travi e i solai con vari rinforzi; e così quelle case, che parevano in procinto di cadere, talvolta sono condotte a vivere, ben erette, fino ad un secolo. Diversamente accade a coloro che stimano di possedere case ben sicure; perchè, mentre sono abitate in sicura quiete, ecco che una pietra, schiacciata dal gran peso e logorata, scricchiola e trascina con sé alla rovina tutto l'edificio. Ci sono anche altre cadute; l'invidia circonda i palazzi e gli odi preparano la rovina. Invece una piccola casa, conosciuta da pochi e dal possessore, dura tanto a lungo quanto a Dio piace. Chi infatti avrebbe potuto credere che Troia, la città ancora giovane di Priamo, di tante forze piena, di tante ricchezze splendida, rocca del regno di tutta l'Asia, minacciosa per tutta la Grecia, sarebbe caduta più in fretta della capanna di Aglao Sofidio? Così anche abbiamo visto robusti giovani, splendidi di salute vivace e gagliarda, precipitare in una morte quasi improvvisa per il sopraggiungere di una febbretta o di altro incidente; mentre talora vecchi invalidi ebbero vita più lunga di quella che volessero.

Ma a che serve disperdersi in esempi, dei quali è più che abbondante la vita umana? Dicano costoro ciò che vogliono; ma

cupio arbitror. Hoc tamen scio certissimum: «Nisi Dominus custodiverit civitatem, frustra vigilant qui custodiunt illam». Ipsi est servare atque contere; ipsius solius est, quantum mundana omnia in longum duratura sint, seu quam cito casura, scire. Prudentum in eo spes omnis est; ipse videat! Ego quidem, quia rimosum opus meum cognovi, eidem humilitatem imperavi, sciens quia Deus humilibus det gratiam. Sed quid ego de longitudine evi huius verba facio, cum michi permaximum sit, si adeo rimosum, adeo mutilum, adeo cavernosum, uti illud composuisse potui, ad tuas usque manus, mi rex, pervenire queat, ut non dicam vigilantiam, sed obedientiam meam cognoscas? Satis hoc michi temporis erit; si tandem ulterius perseveret, divine bonitati et fortune regie imputandum existimo.

III. *Nequivisse membra huius aptius collocari.*

I Supervenient quidam, ariolor, et, inspectis que alii inspexere, dicent: optabilius fore prudenti hanc concidere molem, quam consistere diu, cum casus defectus eius sublaturus sit, quos perseveratio demonstrabit, et hunc potissime, quod latum pectus ex craneo, ex pectore tibie formate sint, et pedes in verticem revoluti. O sententia Socratis felices medici, quorum terra teguntur errores!⁷ cum scriptorum sepiissime etiam bene dicta, quoniam in propatulo sint, caninis lacerentur dentibus, aut saltem infestentur latratibus. Quod summo exquisitum atque compositum labore est, et illustrium virorum autoritate, ubi possibile fuit, firmatum, pretereuntium verbis fere deicatum est.

3 Sed quid? Patienda sunt omnia, ut conculcetur humilitate protervia. His tamen sic aientibus, quid responsurus sim nil

io credo ciò che desidero. Tuttavia so come cosa certissima che «se Dio non avrà custodito la città, invano la vegliano i suoi custodi»; da Lui dipende conservarla o distruggerla; di Lui solo è sapere quanto tutte le cose di questo mondo dureranno o quanto presto cadranno. Tutta la speranza dei saggi è riposta in Lui: e Lui la veda! Io invero, poiché so che la mia opera è difettosa, le ho ordinato di essere umile, ben sapendo che Dio dà grazia agli umili. Ma perché vado parlando della durata della mia opera, quando sarebbe per me il massimo se essa, così difettosa, così mutila, così piena di lacune – come ho potuto comporla – possa giungere fino alle tue mani, o mio re, in modo che tu conosca, non dirò la mia attenzione, ma la mia obbedienza? Questa durata sarà per me sufficiente; ma se l'opera durasse più a lungo, io ritengo di doverne attribuire il merito alla bontà divina e al favore del re.

III. *Non si sarebbero potute meglio disporre le parti dell'opera.*

I Sopraggiungeranno alcuni – lo prevedo – che, dopo aver esaminato l'opera che altri hanno visto, diranno: «Sarebbe più desiderabile all'autore saggio che questa sua costruzione cadesse piuttosto che a lungo durasse, perché la caduta ne annullerebbe quei difetti che la durata metterà in luce, e specialmente questo: che il cranio sta dove dovrebbe essere il largo petto; che dal petto sono state formate le gambe; e che i piedi sono rivolti all'insù verso il capo». O beati i medici dei quali, secondo 2 la sentenza di Socrate, gli errori sono coperti dalla terra, mentre degli scrittori assai spesso, anche le opere scritte bene, per il fatto di essere pubbliche, sono lacerate dai denti dei cani, o almeno ne sono minacciate dai latrati! Ciò che con somma fatica è stato ricercato e composto e, per quanto possibile, confermato dall'autorità di scrittori illustri, quasi è stato demolito dalle parole dei passanti.

3 Ma che? Tutto si deve sopportare affinché la protervia sia schiacciata dall'umiltà. E tuttavia niente ho da rispondere a

4 habeo, preter quod noverim de principio *Genealogie* huius multos multimode opinatos, quod nec circa huius primi voluminis libri initium omissum est atque ostensum quoniam vetustissimum sumpserim, ut de ceteris aliqualis haberetur mentio,⁸ et huic vetustissimo capiti, prout comperisse potui, successive pectus et reliqua membra applicui. Si alie veriores sint, aut potioem ostendentes ordinem (quod non nego fore possibile, et si multum vigilaverim, plura et varia revolvendo volumina) non vidisse fateor, nec novi quo ordine membra tam ingentis corporis possent aptius collocari. Producant ipsi in medium quod noverunt, ut, eis visis, si iure que scripsi damnanda sunt, suis fides adhibeatur integra; nam dixisse tantum me ex craneo confecisse pectus, et nil aliud ostendisse, est potius inique detrahere, quam laudabiliter redarguere aut utiliter emendare.

IV. *Non appositum est quod minime compertum est.*

1 Preter compositionis indecentiam, paulo ante redargutum, multa esse ommissa que apponi debuissent, hi forsan superadvent vel alii. Hoc ego, si velim, negare non possum, cum meminero saltem despectantibus ad superficiem fabulosam ob librorum defectum circa huius operis principium scripsisse, multos ex prole deorum defuturos homines. Et si tamen libri reperiri dicantur, quis mortalium tam audax erit, ut prorumpens dicat vidisse se omnes atque legisse? Ego autem, cum non viderim etiam quos alii vidisse potuere, absque frontis rubore confiteor multos omissos fore, et non nullos forsan ob labilis memorie culpam, non enim sufficit visis. Et idcirco indulgeant, queso, memores et, quod ignorantia seu oblivione factum est, 2 nolint equiparare malitie. Adest et res alia, in quam forsan possunt obloqui viri sublimes, scilicet circa explicationes sensuum

quelli che propongono le loro critiche, se non che ben so che molti hanno diversa opinione intorno al principio delle *Genealogie*; il che all'inizio del primo libro di questo volume non è stato taciuto; anzi è stato ivi dichiarato che avevo preso il più antico degli dei in modo che degli altri si avesse qualche ricordo; e a questo antichissimo capo ho successivamente applicato – secondo che ho potuto trovarli – il petto e le altre membra. Se altre opinioni fossero più vere, o mostrassero un ordine migliore – ciò che ammetto possibile, sebbene molto abbia vegliato, sfogliando numerosi e vari libri – confesso di non averle viste; e non so con quale ordine migliore sarebbero potute essere collocate le membra di un corpo così enorme. Mettano essi innanzi ciò che sanno, in modo che, se esaminate, le cose da me scritte meriteranno biasimo, si dia intero credito alle loro. Dire infatti solo che io dal cranio ho formato il petto e che nullo l'altro ho mostrato, è piuttosto iniqua denigrazione che lodevole rimprovero o utile correzione.

IV. *Non è stato esibito ciò che non si è trovato.*

Oltre la sconvenienza della composizione, poc'anzi biasimata, questi critici, o altri, aggiungeranno che molti argomenti sono stati omessi che avrebbero dovuto essere esibiti. Anche se volessi, non posso contestarlo, poiché ricordo di avere scritto all'inizio di quest'opera che, almeno per coloro che riguardano alla superficie della favola, molti della prole degli dei, per difetto di libri, sarebbero mancati. E se tuttavia si dicesse che i libri si possono trovare, che uomo sarà così audace da prorompere, dichiarando che li ha visti e letti tutti? Io poi, non avendo visto neanche quelli che altri poterono vedere, senza vergogna confesso che molti furono tralasciati; e alcuni, forse per colpa della memoria labile, che non basta per ricordare neppure tutti quelli visti. E perciò, tenendo presente questa insufficienza, mi perdonino, li prego; e non vogliono attribuire a malizia ciò che è accaduto per ignoranza o dimenticanza. Un altro difetto c'è, 2 contro il quale forse potrebbero obiettare, questi uomini subli-

fabularum exhibitas. Absit ut his ego velim obsistere; possibile quidem reor, cum nunquam de me ausus sim tam magna presumere, quoniam me minus ad hec valere ratus sim. Et quis ex imperfecto homine perfectum exquiret opus? Solius Dei est opus perfectum componere, quoniam et Ipse perfectus est. Si quid tamen temerarius egi circa hoc, tuo iussu, rex optime, impulsus egi, et ob id si circa hanc partem minus bene egerim, imponatur onus Celsitudini tue. Ast ego hos prudentiores deprecor, per venerabile ac sanctum phylosophie nomen, quod colant existimo, uti, quadam sapientiorum autoritate dentes in minus bene commissum infigunt, ita pia humanitate etiam deantur. Non enim insuetum est ut,⁹ nedum eruditos homines videre quod indoctus non viderat, sed aliquando indoctos vidisse quod minime viderant eruditi. Homo enim sum ego, et hominem peccasse nec novum est, nec mirabile; ait enim Flaccus: «quandoque bonus dormitat Homerus».¹⁰ Centum preterea Argo fuere oculi, bini et bini vicissim dormientes, vigilantibus reliquis, et tamen quin in somnum aliquando ire permicteret omnes cavisse non potuit. Si ergo, cum michi duo tantum sint, et hi quandoque a sopore tacito vinciantur, mirabile non est. Exprimant igitur queso, quod a me pretermissum est, et fabularum enucleationes suppleant, aut, si minus debite quid expositum sit, immutent, et in melius, quod minus decenti opinione firmatum est, reformantes emendent. Ego quidem, et si non plene, vere tamen atque sancte scribere ratus sum; quod si minime factum est, non adeo obstinate pertinax sum quin meum humiliter fatear crimen, et grato animo emendationem suscipiam, tanquam homo qui, etsi iam totis pedibus in senium tendam, doceri non vereor, imo cupio et perscrutor. Hoc enim si fecerint, perfectius incedet opus, et ego, doctior factus, magis eorum liberalitate laudandus efficiar.

mi, cioè in rapporto alle spiegazioni offerte sui significati della favole. Lungi da me volerli opporre loro, anzi credo possibile questo difetto. Mai ho osato presumere di essere all'altezza di così grandi impegni, poiché non me ne sono ritenuto capace. E chi da un uomo imperfetto potrà pretendere un'opera perfetta? È del solo Dio saper comporre un'opera perfetta, poiché Egli stesso è perfetto. Se tuttavia su quest'opera imprudentemente ho agito, spinto da un tuo ordine lo ho fatto, ottimo re; e se per questa parte non ho operato bene, la responsabilità sia addebitata alla tua Altezza. Epperò io prego questi sapienti — nel nome santo e venerabile della filosofia, che stimo anche da loro venerata — di rimediare, con pia umanità, a queste parti imperfette come, con una certa presunzione di essere più sapienti, essi sono soliti ficcare i denti in un lavoro mal costruito. Non è infatti inconsueto, non solo che gli uomini dotti vedano ciò che l'ignorante non aveva visto; ma talvolta che gli ignoranti vedano ciò che non avevano visto i dotti. Io sono uomo e non è cosa nuova né da meravigliarsi che l'uomo cada in errore. Dice anche Orazio: «Talora sonnecchia il buon Omero». Argo inoltre ebbe cento occhi, dormendo a vicenda a due a due, mentre gli altri vegliavano; e tuttavia non poté evitare di lasciarli talora cadere tutti nel sonno. Se dunque come a me, che ne ho solo due, accade talvolta che anch'essi siano legati da tacito sonno, non è da far meraviglia. Siano dunque i miei critici a dire ciò che è stato da me tralasciato e suppliscano alle spiegazioni delle favole; ovvero, se qualcosa non è stato debitamente esposto, mutino e correggano in meglio ciò che è stato affermato secondo una men conveniente opinione. Io invero ho creduto di scrivere, anche se non con pienezza, almeno con verità e onestà. Se ciò non è avvenuto, non sono così pertinacemente ostinato da non confessare umilmente la mia colpa e da non accogliere con animo grato gli emendamenti; come uno che, sebbene già con tutti due i piedi si avvia alla vecchiaia, non teme, anzi desidera e cerca, di essere istruito. Se essi così agiranno, l'opera procederà con maggior completezza; ed io, divenuto più dotto, sarò più degno di lode per la loro liberalità.

V. *Nullas fabulas aut hystorias, nisi ex commentariis veterum sumptas, inesse.*

1 Insurgent hos preter et alii, et quasi queruli clamabunt quoniam inauditas fabulas et hystorias, ut textus graviores et implicatiores facerem, miscuerim. Fateor non novas fabulas aut hystorias immiscuisse veteribus, sed forsàn a multis ex Latinis his inauditas seculis; ex quibus nullas nisi ex commentariis veterum sumptas apposui, nec ut graviores aut implicatiores textus excuderem, sed, sic oportunitate exigente, factum est. Dissolorum quippe et male secum convenientium conquestio talis est; nil enim equo animo pati possunt. Si faciles textus scripseris et laxa quadam claritate patentem, pedestrem dicunt stilum et puerile pedagogium redolentem, et fastidientes abiciunt. Si paululum acriorem dictaveris, primo ingressu fatigati, cum non obvius sensus evestigio tendit ingenio, scribentem accusant scabrosumque dicunt, etiam si facili sit artificio delinitus, et indignantes negligunt. Ego quippe nulla perplexione circumvolutum scripsisse me reor, nec video, etiam si ex composito fecissem, quid intertexte fabule, quantumcunque ab eis inaudite, possint difficultatis aut obscuritatis afferre. Reor tamen hos astu quodam tacito velle fabulas et hystorias sibi incognitas damnare, tanquam non veras, sub pretextu textus impliciti. Iam dictum est, ex commentariis veterum sumpte sunt omnes, ut referentium autorum nomina testantur apposita, quas, si forsàn alias non viderint, quasi nil verum esse possit, nisi quod legerint, reprobandas existimare non debent. Certissimum ego habeo eos multa vidisse, que michi penitus incognita sunt, sic et ego legisse potui que nondum ad eorum devenire notitiam. Nemo solus preter Deum cognitionem rerum omnium habere potuit usquam. Eo igitur animo a me comperta legant, quo volent alios legisse sua; et, si forsàn aliquantum

V. *Non sono comprese in quest'opera favole o storie che non siano derivate dai libri degli autori antichi.*

1 Altri poi, oltre a questi, si leveranno a proclamare, brontolando, che io ho mescolato inaudite favole e storie, per rendere i testi più gravi e complicati. Io ammetto di aver mescolato, con le antiche, favole e storie non nuove, ma forse non ancor udite in questo tempo da molti Italiani; e di esse nessuna ho esibito, se non derivata dalle opere di autori antichi; e ciò è stato fatto, non per elaborare testi più difficili o complicati, bensì perché lo richiedeva l'opportunità. Un tale dibattito è invero proprio di persone pedanti e incoerenti che nulla possono serenamente tollerare. Se avrai scritto testi facili e accessibili, per una certa aperta chiarezza, ecco che essi diranno che lo stile è pedestre, che sa di scuola dei fanciulli; e infastiditi, li rifiuteranno. Se invece avrai scritto qualcosa di più difficile, già stanchi al primo approccio — quando un senso, alle prime non facile, si oppone all'intendimento — allora accusano lo scrittore, e definiscono rozzo il suo stile, anche se sia stato scritto con semplice artificio; e sdegnati, lo mettono da parte. Io invero credo di avere scritto senza avvolgermi in giri di parole e non vedo, anche se lo avessi fatto di proposito, quali difficoltà o oscurità potrebbero apportare favole da me intessute nel testo, per quanto non ancora da essi udite. Credo per altro che costoro, con una certa silenziosa astuzia, vogliano condannare, come non vere, sotto il pretesto di un discorso involuto, favole e storie ad essi sconosciute. Già lo ho detto: tutte sono state derivate da opere di autori antichi; come attestano i nomi citati degli autori che le riferiscono; e se forse altre volte non le abbiano viste, essi non devono riprovarle, come se nulla potesse esser vero, se non ciò che hanno letto. Io so per sicuro che essi hanno visto molte cose a me del tutto sconosciute; ma così anch'io posso aver letto notizie delle quali essi non sono ancora venuti a conoscenza. Nessuno da solo, all'infuori di Dio, ha in alcun luogo potuto aver cognizione di tutte le cose. Leggano dunque, quanto da me trovato, con l'animo con il quale vorrebbero lette le cose proprie dagli altri; e se forse il contesto appaia al-

acer videatur contextus, cogant in vires ingenium, et sentientes advertent perucidum esse quod arbitrabantur obscurum.

VI. *Insignes viros esse quos ex novis inducit in testes.*

1 Horum puto quia hec etiam erit querela, quod in testes scriptarum inauditos veteres et novos incognitos autores induxerim, quibus utrum prestanda fides sit, incertum est. Habet equidem querimonia hec aliquid gravitatis, nam quantumcumque novi fuerint qui nunc ex autoribus veteres sunt, videtur quod per multa secula perseveratum est, a longitudine temporis approbatum sit, et inde plurimum autoritatis sumpsisse. Quod utrum de omnibus novis, quantumcumque bene sint meriti, arbitrari debeat, apud multos videtur in pendulo. Ego autem huius sententie sum, nunquam in evum duraturos hos quorum novitas approbata non sit, cum ab eorum novitate necesse sit exordium approbationis sumendum; et sic eos, quos ego novos invoco, cum vivos noverim aut noscam, meritis eorum agentibus, egregios esse viros atque probandos ausus sum in testimonium evocare. Hoc enim michi constat ex omnibus, eos fere per omne vite tempus studiis vacasse sacris, eos inter insignes scientia et moribus semper versatos homines, eos vita laudabiles, nec ulla turpi nota signatos, eorum scripta aut dicta a prudentioribus etiam approbata. Credo, his agentibus, equiparanda sit eorum novitas vetustati.

3 Verum ne quis arbitretur me minus graves produxisse viros, eosque velim mea autoritate probabiles facere, libet de novissimis aliqua singillatim scribere, ut et aliorum iudicio, si satis bene dixerim appositum sit. Induxi igitur sepe generosum atque venerabilem senem, Andalò de Nigro ianuensem, olim in motibus astrorum doctorem meum,¹¹ cuius quanta fuerit circumspectio, quanta morum gravitas, quanta syderum notitia, tu

quanto aspro, premano in forze l'ingegno; e si accorgeranno che è chiarissimo ciò che stimavano oscuro.

VI. *Sono uomini insigni quelli che l'autore introduce, fra i moderni, come testimoni.*

1 Credo che sarà anche motivo di accusa da parte di costoro il fatto che, a testimoni delle favole, sono stati citati autori antichi non mai sentiti, e moderni sconosciuti, ai quali è dubbio se si debba prestar fede. Questa accusa invero ha qualche aspetto di serietà, perché è vero che, sebbene siano stati un tempo nuovi quelli che ora, fra gli autori, sono antichi, nondimeno appare vero che ciò che per molti secoli è durato, è stato approvato dalla lunghezza del tempo; e da ciò ha assunto molta autorevolezza. Molti invece ritengono dubbio che ciò si possa credere di tutti gli autori moderni per quanto abbiano bene meritato. Io, per parte mia, sono del parere che non mai dureranno nel tempo quegli autori dei quali non sia approvata la novità; 2 mentre dalle loro novità è necessario prendere il principio dell'approvazione; e così quelli che chiamo nuovi, avendoli conosciuti vivi e sapendo che per i loro meriti sono uomini egregi e degni di approvazione, ho osato chiamarli a testimoni. Questo infatti di tutti mi consta: che essi, quasi per tutto il tempo della vita, hanno atteso agli studi santi; che essi si sono trovati sempre in mezzo a uomini insigni per scienza e per costumi; che essi sono lodevoli per la loro vita, da nessuna turpe macchia segnati; e che i loro scritti, o detti, sono stati approvati dai più saggi. Per questi meriti credo che la loro novità sia da equiparare all'antichità.

3 Tuttavia, perché nessuno creda che io abbia citato autori meno importanti e che li abbia voluti rendere degni di approvazione con la mia autorità, mi piace scrivere dei più recenti, singolarmente, alcune cose, per lasciare al giudizio anche di altri se ho detto bene. Ho dunque spesso introdotto un vecchio nobile e venerabile, il genovese Andalò del Negro, un tempo mio maestro sui movimenti degli astri. Quanta sia stata la sua 4

nosti, rex optime; tibi enim, ut aiebat ipse, cum adhuc iuvenis esses, ratione conformitatis studiorum familiarissimus fuit, et, ut ipse vidisse potuisti, non solum regulis veterum, ut plurimum facimus, astrorum motus agnovit, sed, cum universum fere peragrasset orbem, sub quocunque climate, sub quocunque orizonte, experientia discursuum certior factus, visu didicit quod nos discimus auditu. Et ob id, etsi in omnibus illi fidem prestandam crediderim, circa ea tamen, que ad astra spectare videntur, non aliter quam Ciceroni circa oratoriam aut Maroni circa poeticam exhibendam censeo. Huius insuper plura stant opuscula, astrorum celi que motus ostendentia, que quantum sibi circa talia preminentie fuerit, ostendunt.

5 Uti senem hunc, sic et Dantem Aligerii, florentinum poetam conspicuum, tanquam precipuum aliquando invoco virum. Meretur quidem; fuit enim inter cives suos egregia nobilitate verendus, et quantumcunque tenues essent illi substantie, et a cura familiari et postremo a longo exilio angeretur semper, tamen, phylosophicis atque theologicis doctrinis imbutus, vacavit studiis.¹² Et, ut adhuc Italia fatetur Parisius, in eadem sepius adversus quoscumque circa quamcunque facultatem volentes responsionibus aut positionibus suis obicere, disputans intravit gymnasium.¹³ Fuit et hic circa poeticam eruditissimus, nec quicquam illi lauream abstulit preter exilium; sic enim firmaverat animo nunquam nisi in patria illam sumere, quod minime illi permissum est. Sed quid plura? Qualis fuerit, inclitum eius testatur opus, quod sub titulo *Comedie* rithimis, florentino ydiomatico mirabili artificio scripsit. In quo profecto se non mythicum, quin imo catholicum atque divinum potius ostendit esse theologum; et, cum fere iam toto notus sit orbi, nescio utrum ad Celsitudinem tuam sui nominis fama pervenerit.

6 Memini insuper, esto raro, Franciscum de Barbarino traxisse testem, hominem quidem honestate morum et spectabili vita

prudenza, quanta la severità dei costumi, quanta la conoscenza delle stelle lo sai bene tu, ottimo re; egli infatti, come diceva, ti fu molto familiare, quando eri ancor giovane, per conformità di studi e — come tu stesso hai potuto vedere — conobbe i moti degli astri, non solo con le regole degli antichi, come per lo più facciamo; anzi, avendo viaggiato quasi per tutto il mondo, sotto qualunque clima e orizzonte; informato dall'esperienza della rivoluzione degli astri, apprese, vedendole, le nozioni che apprendiamo ascoltandole. E perciò, sebbene anche in tutto il resto io abbia ritenuto doverglisi credito, penso tuttavia che, circa gli argomenti che riguardano gli astri, debba essergli data fede, non diversamente che a Cicerone nell'oratoria, o a Virgilio nella poesia. Molte sono le operette che ci rimangono di lui, che mostrano i movimenti degli astri e del cielo, e che provano quale preminenza egli abbia circa questi argomenti.

5 Come questo vecchio, così anche il famoso poeta fiorentino Dante Alighieri io talora chiamo in causa, come autore eccezionale. E ben lo merita, poiché fu tra i suoi cittadini degno di riverenza per egregia nobiltà; e, sebbene avesse modeste sostanze e fosse angustiato dalle cure della famiglia, e in ultimo dal lungo esilio, pure sempre attese agli studi, ben istruito nelle dottrine filosofiche e teologiche. E come dichiara ancora la giulia Parigi, entrò in essa nello Studio a disputare contro quanti volevano in qualunque disciplina obiettare alle sue risposte e alle sue tesi. Fu anche eruditissimo nella poesia e nulla, eccetto l'esilio, gli tolse di ottenere l'incoronazione; aveva infatti deciso nell'animo suo di non prendere l'alloro, se non in patria; e ciò non gli fu permesso. Ma che di più? Di che livello sia stato, lo attesta la sua famosa opera che egli scrisse in versi, sotto il titolo di *Comedia*, con mirabile arte, in lingua fiorentina. In essa certamente egli mostra essere non mitografo, bensì piuttosto cattolico e divino teologo; ed essendo noto già quasi a tutto il mondo, non so se la fama del suo nome sia giunta fino alla tua Altezza.

6 Ricordo inoltre di aver citato, sebbene raramente, come testimone, Francesco da Barberino, uomo davvero lodevole per onestà di costumi e vita mirabile. Egli sebbene abbia cono-

laudabilem. Qui, et si sacros canones longe magis quam poeti-
cam noverit, non nulla tamen opuscula rithimis vulgari ydio-
mate splendidis, ingenii sui nobilitatem testantia, edidit, que
stant et apud Ytalos in precio sunt.¹⁴ Hic integerrime fidei ho-
mo fuit et reverentia dignus, quem cum inter venerabiles non
dedignetur Florentia cives, optimum semper et in omnibus fi-
dedignum habui testem et inter quoscumque viros egregios nu-
merandum.

7 Traho preterea aliquando Barlaam, Basilii cesariensis mona-
chum, calabrum hominem, olim corpore pusillum, pregran-
dem tamen scientia, et grecis licteris adeo eruditum, ut impera-
torum et principum grecorum atque doctorum hominum pri-
vilegia haberet, testantia nedum his temporibus apud Grecos
esse, sed nec a multis seculis citra fuisse virum tam insigni tan-
que grandi scientia peditum.¹⁵ Nonne ergo huic et potissime
in rebus ad Grecos spectantibus ego credam? Non enim opus
suum aliquod vidi, esto composuerit non nulla audiverim; ha-
bui tamen ex suis scripta quedam in nullum reducta librum,
nec aliquo insignita titulo, que, etsi illum non satis in latinis li-
cteris instructum ostenderent, eum tamen multa vidisse atque
perspicacissime sensisse monstrabant.

8 Equo modo et Paulum Perusinum, gravissimum virum, ce-
teris immisceo. Qui et etate provectus et multarum rerum noti-
tia doctus, fuit diu magister et custos bibliothecæ Roberti, Ieru-
salem et Syclie regis incliti. Et, si usquam curiosissimus fuit
homo in perquirendis, iussu etiam sui principis, peregrinis un-
decunque libris, hystoriis et poeticis operibus, iste fuit; et ob id
singulari amicitia Barlae iunctus, que a Latinis habere non po-
terat, eo medio, innumera exhaustit a Grecis. Hic ingentem
scripsit librum, quem *Collectionum* titulaverat, in quo inter ce-
tera, que multa erant et ad varia spectantia, quicquid de diis
gentilium non solum apud Latinos, sed etiam apud Grecos in-
veniri potest, adiutorio Barlae arbitror collegisse. Nec dixisse
verbor, ego iuvenulus adhuc, longe antequam tu in hoc opus

sciuto più i sacri canoni che la poesia, pure pubblicò alcune
operette in versi splendidi (in lingua volgare), attestanti la no-
biltà del suo ingegno; operette che tuttora esistono e sono ap-
prezzate in Italia. Costui fu uomo di fede integerrima e degno
di rispetto; e mentre Firenze non lo disdegna fra i suoi vene-
rabili, io lo ebbi sempre testimone ottimo e fededegno in ogni
argomento; e lo considero da annoverare fra tutti gli uomini
illustri.

7 Talora cito anche Barlaam che fu monaco dell'ordine di Ba-
silio da Cesarea, calabrese, piccolo di corpo, ma grandissimo di
scienza, e così erudito nel greco da ottenere i privilegi degli im-
peratori e dei principi greci e degli uomini dotti: privilegi che
attestano non esserci stato in Grecia, non dico al tempo pre-
sente, ma neppure da molti secoli, un uomo dotato di così di-
stinta e grande scienza. Non dovrei dunque io credere a costui
e specialmente negli argomenti che riguardano i Greci? Io non
ho visto alcuna sua opera, sebbene ho sentito dire che alcune
ne ha composte; e tuttavia ebbi dei suoi scritti alcuni appunti,
non giunti all'unità del libro, e non segnalati da alcun titolo,
che, sebbene lo mostrassero non abbastanza istruito nel latino,
indicavano che molte cose egli vide e con gran perspicacia
intese.

8 Parimenti io unisco agli altri anche l'autorevolissimo Paolo
da Perugia. Questi, già adulto e dotto in molte materie, fu a
lungo maestro e custode della biblioteca di Roberto, inclito re
di Gerusalemme. Se mai vi fu uomo in ogni parte molto avido
nella ricerca — anche per ordine del suo principe — di libri stra-
nieri d'ogni parte, di storie e di opere poetiche; questo fu ap-
punto Paolo; e perciò, unito da singolare amicitia a Barlaam,
per suo mezzo poté attingere dai Greci innumerevoli notizie
che non avrebbe potuto avere dai Latini. Questi scrisse un gran
libro che aveva intitolato *Collectiones*, nel quale credo abbia
raccolto, con l'aiuto di Barlaam, tra gli altri numerosi argo-
menti pertinenti a diverse discipline, tutto quello che intorno
agli dei pagani si può trovare, non solo presso i Latini, ma an-
che presso i Greci. E non ho timore di dire che, ancor giova-
netto, ben prima che tu attirassi il mio animo a quest'opera,

animum meum traheres, ex illo multa avidus potius quam intelligens sumpsi, et potissime ea omnia, que sub nomine Theodontii apposita sunt. Quem librum maximo huius operis incommodo, Bielle, impudice coniugis, crimine, eo defuncto, cum pluribus aliis ex libris eiusdem deperditum comperi.¹⁶ Puto igitur eo tempore, quo michi primo cognitus est, neminem illi in talibus equiperandum fuisse.

9 Post hos et Leontium Pylatum, thessalonicensem virum et, ut ipse asserit, predicti Barlae auditorem, persepe deduco. Qui quidem aspectu horridus homo est, turpi facie, barba prolixa et capillicio nigro, et meditatione occupatus assidua, moribus incultus, nec satis urbanus homo, verum, uti experientia notum fecit, licterarum grecarum doctissimus, et quodam modo grecarum hystoriarum atque fabularum archivum inexhaustum, esto latinarum non satis adhuc instructus sit. Huius ego nullum vidi opus, sane quicquid ex eo recito ab eo viva voce referente percepi; nam eum legentem Homerum et mecum singulari amicitia conversantem fere tribus annis audivi, nec infinitis ab eo recitatis, urgente etiam alia cura animum, acrior suffecisset memoria, ni cedulis commendassem.¹⁷

10 Similiter et Paulum Geometram, concivem meum, quem tibi, rex inclite, fama notissimum scio, ad hec assumendum aliquando ratus sum, eo quod noverim nulli usquam alteri tempestate hac adeo sinum arimetricam, geometriam et astrologiam aperuisse omnem, uti huic aperuere, in tantum ut nil arbitrer apud illas illi fuisse incognitum; et, quod mirabile dictu est et visu longe magis, quicquid de syderibus aut celo loquitur, confestim propriis manibus instrumentis in hoc confectis, oculata fide demonstrat spectare volentibus. Nec est hic tantum patrie aut Ytalis notus, longe quidem studiorum suorum Parisius fama clarior est, quam apud suos sit, sic et apud Britannos Hispanosque et Affros, quos penes hec in precio studia sunt. Equidem felix erat homo iste, si animo fuisset ardentior, aut liberaliori seculo natus.¹⁸

molte notizie, avido più che capace di intenderle, io trassi da lui e soprattutto tutte quelle che sono citate sotto il nome di Teodonzio. Io ho saputo che quel libro, con grande svantaggio per questo mio, andò perduto, con molti altri dello stesso autore, dopo la sua morte, per colpa della disonesta moglie, Biella. E io dunque ritengo che, nel tempo in cui dapprima lo conobbi, nessuno lo abbia potuto uguagliare in questo campo.

Dopo questi che ho nominato, molto spesso io cito il tessalonicense Leonzio Pilato, scolaro, come egli stesso afferma, del predetto Barlaam. È un uomo orrendo di aspetto, con un viso davvero brutto, la barba lunga, i capelli neri, sempre impegnato in continua meditazione, rozzo di costumi e non abbastanza civile; ma — come l'esperienza mi ha fatto conoscere — dottissimo di lettere greche e in certo modo un inesauribile archivio anche di storie e favole greche, sebbene delle latine non sia molto informato. Nessun'opera di lui ho visto; ma tutto quello che racconto di lui, lo ho appreso dalla sua viva voce; poiché per quasi tre anni vivendo con me, in singolare amicizia, lo ho sentito leggere Omero, e per le infinite notizie da lui narrate — anche perché il mio animo era sollecitato da altre più gravi cure — non sarebbe bastata una più acuta memoria, se non le avessi affidate a schede.

10 Similmente talora ho creduto di assumere, come teste per la mia opera, il mio concittadino Paolo Geometra che so a te, inclito re, per fama notissimo, poiché, a quanto mi consta, a nessuno altro in questo tempo come a lui si aprirono, nei loro contenuti, l'aritmetica la geometria e l'astrologia; al punto che io credo niente in queste discipline essergli stato sconosciuto; e, mirabile a dirsi, e ancor più a vedersi, tutto ciò che egli dice delle stelle o del cielo, subito dimostra con attenta esattezza a quelli che vogliono vedere, con gli strumenti allo scopo confezionati dalle proprie mani. Egli poi non è solo noto alla patria o agli Italiani, anzi è ben più famoso per i suoi studi a Parigi che presso i suoi; e così in Britannia, Spagna ed Africa, dove questi studi sono tenuti in pregio. Invero quest'uomo sarebbe stato fortunato, se fosse stato d'animo più ardente, o se fosse nato in un tempo più dedito alle arti.

II Quid tandem? Et Franciscum Petrarcam florentinum, venerandissimum preceptorem, patrem et dominum meum, nuper Rome ex senatus consulto, approbante Roberto, Ierusalem et Sycilie rege inclito, ab ipsis senatoribus laurea insignitum,¹⁹ inter veteres illustres viros, numerandum potius quam inter modernos induco. Quem non dicam Ytali omnes, quorum singulare et perenne decus est, sed et Gallia omnis atque Germania, et remotissimus orbis angulus, Anglia Grecique plures poetam novere precipuum; nec dubito quin usque Cyprum et ad aures usque tue Sublimitatis nomen eius inclita fama detulerit. Huius enim iam multa patent opera et metrica et prosaica, memoratu dignissima, certum de celesti eius ingenio testimonium hinc inde ferentia. Stat enim, exitum cupiens, adhuc sub conclave clausa, divina *Affrica*, heroico carmine scripta, primi Africani narrans magnalia; stat *Bucolicum carmen*, iam ubique sua celebritate cognitum; stat et *liber Epistularum* ad amicos metrico scriptarum stilo; stant preterea ingentia duo *Epistularum prosaicarum volumina*, tanta sententiarum, tanta rerum gestarum copia, tanto ornato artificio splendentium, ut in nullo ciceronianis postponendas eas censeat lector equus; stant *In medicum Invective*; stat *Solitarie vite liber*, et, qui paucis post diebus in lucem novissimus venturus est, *De remediis ad utramque fortunam*. Sunt preterea et in officina plures, quos cito, eo vivente, fabrefactos legemus in publico.²⁰ Quis ergo hunc in testem renuat? Quis dictis eius fidem prestare denegat? O nisi paulo ante tenui calamo scripsissem,²¹ quot et quas eius possem superaddere laudes, quibus dictorum ab eo fides amplior deveniret! Sed ad presens dicta sufficiant.

12 Hec igitur que de novis dicerem habui, verum, ne de incognitis antiquis ab his videatur omissum, pauca dicenda supersunt. Dicent igitur hi me inauditos a se inducere autores, quasi, quia eorum nomina non audiverint, non illis integra prestanda sit fide. Insipientis equidem est credere nil preter quod viderit

II Che infine? Anche Francesco Petrarca, fiorentino, maestro mio venerandissimo, padre e signore mio, testè incoronato con l'alloro a Roma, per senatoconsulto, dagli stessi senatori, con l'approvazione di Roberto, re di Gerusalemme e di Sicilia, io cito, come da annoverare tra gli illustri uomini antichi, piuttosto che tra i moderni. Lo conoscono come poeta eccellente non solo l'Italia tutta, della quale è singolare e perenne decoro, ma anche la Francia e la Germania e l'Inghilterra, regione remotissima dal mondo, e ancora molti Greci; e io non dubito che l'inclita fama abbia portato il suo nome fino a Cipro e alle orecchie della tua Altezza. Di lui già sono pubblicate molte opere, in versi e in prosa, degnissime di ricordo, portando da ogni parte testimonianza sicura del suo divino ingegno. Sta, ancora chiusa sotto chiave, desiderando di uscire, la divina *Africa*, scritta in versi esametri, che narra le grandi imprese del primo Africano; sta il *Bucolicum carmen*, dovunque noto per la sua fama; vi è anche il libro delle *Epistolae*, scritte in versi agli amici; e vi sono inoltre due grandi libri di *Epistole in prosa*, così ricche di sentenze e di fatti, splendide di così acconcia arte, che il lettore imparziale ritiene che esse non debbano essere in nulla posposte a quelle di Cicerone. Vi sono poi le *Invective in medicum*, il libro *De vita solitaria* e l'opera ultimissima, che vedrà la luce fra pochi giorni, *De remediis ad utramque fortunam*. Vi sono inoltre nel suo laboratorio in preparazione molti libri che presto, lui ancor vivo, leggeremo, finiti, in pubblico. Chi dunque potrebbe rifiutarlo come testimone? Chi negherebbe fede ai suoi scritti? Oh se non avessi poco fa scritto di lui, con stile dimesso, quante e quali lodi potrei aggiungere, dalle quali venisse più ampio credito alle cose da lui scritte! Ma, al presente, bastino quelle già dette.

12 Questo dunque ho avuto da dire intorno agli autori recenti; ma affinché ai miei critici non sembri essere stato tralasciato qualcosa intorno agli antichi sconosciuti, restano poche cose da dire. Diranno, questi critici, che io cito autori da loro mai sentiti nominare: come se, per il fatto che non ne hanno sentito fare il nome, non dovesse esser a quelli prestata intera fede. E' proprio dell'ignorante credere che nulla sia fededegno all'in-

fidedignum, quasi lectis fidem legendo iniunxerit ipse. Fateor me autorum plurium, quorum forsàn nomina non nullis modernorum peregrina sunt, dicta et fabulas recitasse, eo quod, ut iam dictum est, antiquitate videantur probata; et hos omnes aut vidi et legi, aut a recentioribus alligatos comperi, quos si hi queruli non viderunt aut eorum non audire nomina, non auctorum, sed desidie horum crimen est, et ideo sibi imputare, non de me conqueri debent. Non enim possunt volumina e bibliothecis in manus evolare torpentium, nec qui viderunt debent visorum nomina hostiatim deferre. Legant, perscrutentur et invenient quod non norunt, et peregrinis efficientur domestici, et comperient eos sic autoritate valere, uti arbitrantur valeant quos legerunt.

- 13 Hec igitur habeo que de autoribus tam novis quam veteribus a me productis dicenda reor; quorum si me ad inducendum non provocarent merita, ad id oportunitas coheret. Habent enim civiles et canonicæ leges, præter textus multiplices, hominum nequitia semper auctos, apparatus suos a multis hæcenus doctoribus editos. Habent phylosophorum volumina diligentissime commenta composita. Habent et medicinales libri, plurimorum scripta omne dubium enodantia. Sic et *Sacre Littere* multos habent interpretes; nec non et facultates et artes relique glosatores proprios habuere, ad quos, si oportunum sit, volens habet ubi recurat, et quos velit ex multis eligat. Sole poesis, quoniam perpaucorum semper domestica fuit, nec aliquid afferre lucris avaris visa sit, non solum per secula neglecta atque deiecta, sed etiam variis lacerata persecutionibus, his caret subsidiis.²² Quam ob causam saltem huc illuc ad quemcunque possumus, absque tam celebri selectione recurramus necesse est; et si non multum, a quocunque saltem quod modicum possumus excerpamus. Quod a me persepe factum intelligenti satis apparet, cum non nunquam non tantum ad novos auctores diverterim, sed ad glosulas etiam auctoris nomine carentes recursum habuerim. Et id circo queruli, sic oportunitate volente, non solum inauditibus veteribus, sed et novis etiam autoribus acquiescant.

fuori di ciò che ha visto, quasi che, col leggere, egli stesso agguingesse credito alle cose lette. Ammetto che di molti autori, i cui nomi sono forse estranei ad alcuni moderni, ho citato scritti e favole perché – come già detto – sembrano approvati dalla loro antichità; e tutti questi, o li ho visti e letti, o li ho trovati citati da scrittori recenti. Chè se questi brontoloni non videro o non sentirono farne i nomi, la colpa non è degli autori, ma della pigrizia loro; e perciò a se stessi essi devono imputarla, e non di me debbono lamentarsi. I libri non possono volare dalle biblioteche nelle mani dei pigri, né quelli che li videro debbono portare, di casa in casa, i nomi di quelli visti. Leggano, esaminino, e troveranno ciò che non conoscono; e diverranno familiari ad autori per loro stranieri; e troveranno che quelli tanto valgono quanto essi credono valgano quelli che hanno letto.

- Questo dunque credo di dover dire degli autori, così antichi come moderni, da me citati; e se i loro meriti non mi avessero indotto a proporli, a ciò costringerebbe l'opportunità. Le leggi civili e canoniche hanno infatti, oltre ai molti testi, aumentati dalla nequizia degli uomini, i loro apparati esplicativi, fino ad oggi pubblicati da molti dottori. Così i libri di filosofia hanno commenti, con molta diligenza composti. Anche le opere di medicina hanno aggiunte, scritte da molti, che sciolgono ogni dubbio. Così le *Sacre Scripturæ* hanno molti interpreti; e pure le facoltà e le altre arti ebbero glossatori propri, ai quali – se sia opportuno – chi vuole può ricorrere e scegliere, fra molti, i desiderati. Solo la poesia, poichè di pochissimi fu sempre domestica, né alcun guadagno sembrò portare agli avari, non pure negletta e rifiutata per molti secoli, ma anche lacerata da diverse persecuzioni, manca di questi sussidi esplicativi. Perciò è necessario che, almeno qua e là, ricorriamo a chiunque possiamo, senza una scelta così solenne; e se non molto, almeno quel poco che possiamo traiamo da ciascun autore. A chi sa intendere, apparirà che io ho agito spesso così, avendo talora non solo deviato verso autori moderni, ma essendo altresì ricorso a piccole glosse, anche anonime. E perciò i brontoloni – poichè così richiede il bisogno – si acquietino, non solo agli antichi, mai sentiti citare, ma anche agli autori moderni.

VII. *Carmina graeca, non nullis agentibus causis, huic immixta sunt operi.*

I Seu hos, seu alios dicturos non dubito quoniam ostentationis gratia graeca carmina operi meo inseruerim. Quod satis ad-
 2 vervo non ex caritatis fomite emissum, quin imo, uredine livoris impii inpellente, ex adusti cordis intrinseco hec emictatur obiectio. Impie factum est, ast ego profecto non commovebor, opitulante Deo, sed more solito humili gradu in responsum ibo. Dico igitur, si nesciunt carpentes immeritum: «Inspidum
 3 est ex rivulis querere quod possis ex fonte percipere».²³ Erant Homeri libri michi et adhuc sunt, a quibus multa operi nostro accommodata sumpta sunt.²⁴ Et ex his satis percipi potest plurima a priscis assumpta, a quibus tanquam a rivulis, non est dubium sumere potuissem, et sumpsi sepiissime; verum visum est aliquando satius ex fonte sumere quam ex rivo. Nec semel tantum contigit non in rivo reperiri, quod abundantissimum erat in fonte, et sic aliquando in hoc hinc delectatio, inde necessitas
 4 inpulere. Delectat insuper scriptores non nunquam aliqua scriptis inserere, que habeant aliquo modo lectorem sistere, ac in oblectationem seu quietem deducere, ne perseveratione nimia uniformitate lectionis tractus in tedium, a lectura desistat; quod immixta carmina forsitan poterunt aliquando fecisse. Insuper quod in propria forma positum est, habet vires testimonii pleniores (si forsitan obiurgator insistat). Si sit ergo qui scripto a me carmini fidem non prebeat, adinventam *Yliade* vel *Odyssea*, facile poterit vidisse nunquid vera aut falsa descripserim, et si vera, erit plenior testimonii certitudo. Nec insuper ego solus sum qui miscuerim Graeca Latinis; vetus consuetudo est. Volvant, si libet, volumina Ciceronis, videant scripta Macro-
 4 intueantur Apuleii libros, et, ne plures afferam, Maximi Aulonii opuscula legant;²⁵ hos sepiissime versus grecos latinis licteris inserentes invenient.

4 Horum ego vestigia in hoc secutus sum. Reor, dicent illico:

VII. *Versi greci, non senza motivo, sono mescolati a quest'opera.*

1 Non dubito che questi critici, o altri, diranno che solo per
 1 ostentazione io ho inserito versi greci nella mia opera. Mi ren-
 do conto che questa critica non proviene da stimolo di carità,
 anzi è stata emessa dall'interno di un cuore indurito per l'ur-
 gere di bruciante, empio livore. Si è agito malvagiamente, ma io
 certo, con l'aiuto di Dio, non mi sdegherò; anzi, secondo il mio
 solito, andrò a rispondere umilmente. Dico dunque (se non lo
 sanno costoro, che criticano chi non lo merita): «È stolto cer-
 2 care dai ruscelli ciò che si può attingere alle fonti». Avevo, e
 2 ancora ho, libri di Omero, dai quali molte notizie utili alla mia
 opera sono state desunte; e da ciò si può abbastanza capire che
 molte cose sono state prese dagli antichi, dai quali non è dubbio
 che avrei potuto attingerle, come da ruscelli (e molto spesso le
 ho attinte); ma talora mi è sembrato preferibile attingerle dal
 fonte che dal ruscello; né una sola volta è accaduto di non trova-
 re nel ruscello ciò che era molto copioso nel fonte; e così a que-
 sto tipo di ricerca talora mi hanno indotto, da una parte il dilet-
 to, dall'altra la necessità. Inoltre gli scrittori talvolta si compiac-
 3 ciono di inserire nei loro scritti alcuni particolari che abbiano, in
 qualche modo, da far sostare il lettore e da trarlo al diletto o al ri-
 poso, affinché egli, annoiati per la continua eccessiva unifor-
 mità della lettura, non la tralasci; e questo effetto di diletto e ri-
 poso forse potranno talora ottenere i versi inseriti nel testo. Inol-
 tre (se forse il riprensore incalzasse) la citazione, fatta nella for-
 ma originale, ha più piena forza di attestazione. Se dunque ci
 fosse qualcuno che non desse credito ai versi da me riportati,
 trovata poi l'*Iliade* o l'*Odyssea*, facilmente potrà verificare se ho
 scritto cose false o vere; e se saranno vere, sarà più piena la cer-
 tezza della testimonianza. Né d'altra parte sono io il solo ad aver
 mescolato testi greci coi latini: questa è antico uso. Sfoglino i
 miei critici, se vogliono, le opere di Cicerone o gli scritti di Ma-
 4 crobio; vedano i libri di Apuleio e, per non citarne altri, leggano
 gli opuscoli di Massimo [ma: Magno] Ausonio; e troveranno che
 questi spesso hanno inserito versi greci nelle scritture latine.

Io ho seguito in ciò le loro orme. Ma, credo, subito diranno: 4

si dudum laudabile fuit, hodie frivolum esse laborem, nam, cum nemo sit qui grecas licteras norit, est consuetudo vetus abolita. Ast ego in hoc Latinitati compator, que sic omnino greca abiecit studia, ut etiam non noscamus characteres licterarum. Nam, etsi sibi suis sufficiat licteris, et in eas omnis occiduos versus sit orbis, sociate Grecis lucidiores procul dubio apparent. Nec preterea omnia secum a Grecia veteres traxere Latini: multa supersunt, et profecto nobis incognita, quibus possemus scientes effici meliores.

5 Sed de hoc alias. Hi demum non prospectant ad quem hoc opus ego dirigam, cui laborem inpendam. Vidissent quippe quoniam eruditissimo regi, et cui tam grecarum quam latinarum licterarum, si vera fert fama, notitia est, et quem penes continue docti homines greci sint, quibus greca carmina, ut his ignaris, non videbuntur superflua. Sed quid multa? Geramus paululum obiurgatoribus morem. Ostentationis causa greca carmina scripsi. Quid inde, queso, mordendus sum? Cui enim iniuriam facio, si iure utar meo? Si nesciunt, meum est hoc decus mea est gloria, scilicet inter Etruscos grecis uti carminibus. Nonne ego fui qui Leontium Pylatum, a Venetiis occiduam Babilonem querentem, a longa peregrinatione meis flexi consiliis, et in patria tenui, qui illum in propriam domum suscepi et diu hospitem habui, et maximo labore meo curavi ut inter doctores florentini Studii susciperetur, ei ex publico mercede apposita? Fui equidem! Ipse insuper fui qui primus meis sumptibus Homeri libros et alios quosdam Grecos in Etruriam revocavi, ex qua multis ante seculis abierant non redituri. Nec in Etruriam tantum, sed in patriam deduxi. Ipse ego fui qui primus ex Latinis a Leontio in privato *Yliadem* audivi. Ipse insuper fui qui, ut legerentur publice Homeri libri operatus sum. Et, esto non satis plene perceperim, percepi tamen quantum potui, nec dubium quin, si permansisset homo ille vagus diutius penes nos,

«Se ciò fu lodevole per l'innanzi, oggi è fatica vana, dal momento che, non essendoci alcuno che conosca le lettere greche, l'antica usanza è stata abolita. Ma io proprio in questo ho compassione della Latinità del nostro tempo, la quale così totalmente ha rifiutato gli studi greci, che oggi neppure conosciamo i caratteri dell'alfabeto. Se infatti la Latinità sembra bastare a sé e alla sua letteratura, e se tutto il mondo occidentale si è volto ad essa, senza dubbio le lettere latine, se fossero associate alle greche, apparirebbero più splendide. Inoltre gli antichi Latini non hanno tratto tutto il buono dalla Grecia: molte opere restano, e certo a noi sconosciute, conoscendo le quali potremmo diventare più dotti.

Ma di ciò in altra occasione. Questi critici poi non vedono a chi io rivolga quest'opera, per chi spenda la mia fatica; se lo considerassero, vedrebbero che io ho eseguito l'opera a richiesta di un re eruditissimo al quale, se la fama riporta il vero, non sono meno familiari le lettere greche che le latine, e presso il quale continuamente sono molti dotti greci che non riterranno per superflui, come questi ignoranti, i versi greci. Ma a che dir molto? Assecondiamo un poco questi censori. Ho scritto dunque versi greci per ostentazione. E che, di grazia: perciò devo essere attaccato? A chi reco ingiuria se uso del mio diritto? Se non lo sanno, questo è mio onore e gloria mia: far uso fra i Toscani di versi greci. Non sono stato io a dissuadere, coi miei consigli, dal lungo viaggio Leonzio Pilato, che intendeva andare da Venezia all'occidentale Babilonia, e a trattenerlo in Italia? Non sono stato io ad accoglierlo nella mia casa e ad averlo a lungo ospite e a procurare con tenace impegno che fosse accettato tra i professori dello Studio fiorentino con pubblico stipendio? Sì, proprio io sono stato! Inoltre sempre io fui che a mie spese per primo feci ritornare i libri di Omero e di alcuni altri Greci in Italia, da dove erano partiti molti secoli prima senza farvi ritorno. Né solo a Firenze, ma in Italia, li ho ricondotti. Sono stato il primo fra gli Italiani a sentir leggere privatamente da Leonzio l'*Iliad*. Ed io ancora sono stato a procurare che i libri di Omero fossero letti in pubblico. Sebbene poi non abbia appieno compreso il greco, lo appresi tuttavia quanto potei; e non c'è dubbio che meglio lo avrei

quin plenius percepissem. Sed quantumcumque ex multis didicerim, non nullos tamen preceptoris demonstratione crebra integre intellexi, eosque prout oportunum visum est, huic operi miscui.²⁶ Quid hoc mali est? Fabulas Grecorum scripsisse, quarum hic liber plenissimus est, a nemine ostentationis causa factum dicitur, paucos inseruisse versiculos grecis licteris scriptos lacessitur. Potuit Marius arpinas, superatis Affris, Cymbris et Theotonicis, more Liberi patris cantaro in poculum uti,²⁷ sic et C. Duellius, qui Penos primus navali certamine superavit, a cena domum repetens, semper lumine funalis cerei usus.²⁸ Et hec, quantumcumque preter morem romane urbis essent, equo animo tulere Romani.

7 Michi autem irascuntur non nulli, si preter nostro evo solitum latinis greca carmina misceo, et ex labore meo pauculum glorie sumo. Rebar equidem aliquid Latinitati decoris afferre, ubi in me livoris nebulam excitasse video. Doleo quippe. Sed quid? Arbitror doctos non ista dicturos; de reliquis, etsi curandum sit, tolerari tamen patientia potest. Postremo tamen precor omnes ut placido ferant animo, memores, Valerio teste,²⁹ quia nulla est tam humilis vita que dulcedine glorie non tangatur.

VIII. *Gentiles poetas mythicos esse theologos.*

1 Quidam forte religiosi homines, sancto movente zelo, legentes precedentia dicent iniuriam sacrosancte religioni christiane illatam, dum poetas gentiles dicimus esse theologos, quos solos divinis instructos licteris hoc insigne faciamus Christiani decoros. Equidem hos ego venerandos homines puto, eisque, si quando hec aliqui dicentes erunt, ex nunc gratias ago, salutis
2 enim mee sollicitos sentio. Verum, dum minus circumspicunt que loquantur, ostendunt liquido se perpaucos vidisse libros;

imparato se quell'uomo vagabondo fosse dimorato più a lungo presso di me. Ma sebbene da molti autori io abbia poco imparato, alcuni tuttavia li ho pienamente capiti per la frequente spiegazione del Maestro; e questi, secondo mi è parso opportuno, ho inserito nell'opera. Che male è questo? Che io abbia scritto di favole greche, delle quali questo libro è pienissimo, nessuno dice sia stato fatto per ostentazione; mentre si attacca l'inserimento di pochi versetti scritti in greco. Mario di Arpino poté, vinti gli Africani, i Cimbri e i Teutoni, usare per bicchiere un boccale al modo di padre Bacco. Così anche Caio Duello [ma: Duilio], che per primo vinse i Cartaginesi in battaglia navale, tornando a casa dalla cena, sempre fece uso di una torcia di cera: e queste usanze i Romani, pazientemente tollerarono, sebbene ciò fosse contrario al costume di Roma.

7 Con me invece si adirano alcuni se, contro l'uso dell'età nostra, mescolo versi greci con scritti latini e dalla mia fatica mi prendo un po' di gloria. Io credevo invero di recare qualche onore alla Latinità, mentre mi accorgo di aver sollevato attorno a me una nebbia di sdegno. Mi dispiace. Ma che? Non saranno i dotti, io credo, a dichiarare tali critiche; e quanto agli altri, sebbene sia da preoccuparsene, tuttavia si può tollerarli con pazienza. Infine poi prego tutti di sopportare con animo pacato: memori che, per attestazione di Valerio Massimo, «non c'è vita così umile che non sia toccata dalla dolcezza della gloria».

VIII. *I poeti pagani sono teologi del mito.*

1 Alcuni religiosi, mossi da santo zelo, leggendo quanto sopra ho scritto, diranno che ho recato offesa alla santa religione cristiana, scrivendo che i poeti pagani sono teologi, mentre tale distinzione noi Cristiani attribuiamo solo a persone istruite nelle lettere divine. Questi religiosi io li stimo venerabili e rendo loro fin d'ora grazie, se talora alcuni saranno per avanzare tali riserve, perché li capisco solleciti della mia salvezza. Ma
2 mentre non riflettono su quanto dicono, essi mostrano chiaramente di aver visto pochi libri, perché, se molti ne avessero

nam, si multos studuissent, liber *Celestis Ierusalem*, inter ceteros famosissimus, pertransisse non debuisset invisus. In eo enim legisse potuissent Augustinum libro sexto referentem Varronis,³⁰ doctissimi hominis, opinionem, qua ipse Varro arbitratur triplicem esse theologiam, mythicam scilicet, et physicam, atque civilem. *Mythica* autem dicitur *fabulosa* e *mythicon* grece, quod latine *fabula* sonat, et hec comedis, de quibus supra, et theatris accommodata est, que ob turpia in scenis actitata ab illustribus poetis etiam improbatur. *Physica* autem, que, ut interpretatione vocabuli percipitur, *naturalis* est, nec non et *moralis*, quoniam mundo utilis videatur, laudabilis est. *Civilis* vero seu *politica*, que et *sacrificula* dici potest, ad urbem spectare dicitur, que ob sacrorum veterum abominabilem turpitudinem a veri Dei cultu atque rectitudine fidei reprobanda est. Ex his enim *physica* poetis egregiis attribuitur, eo quod sub fictionibus suis naturalia contegant atque moralia et virorum illustrium gesta et non nunquam, que ad suos deos spectare videntur, et potissime dum sacra carmina primo in deorum laudes composuere, atque eorum magnalia sub cortice texere poetico, ut in superioribus dictum est, ex quo a prisca gentilitate theologi nuncupati sunt; eosque primos fuisse theologizantes testatur Aristotiles;³¹ et, quanquam a non vero deo, seu a dictis de non vero deo nomen tale sortiti sint, venientibus veris theologis, perdidisse nequiverunt, vim suam servante vocabulo, quod a quocunque deo exortum est. Quod reor advertentes hodierni, theologi scilicet nomen ex causa inditum auferri non posse, ne de *mythica* vel *alia* possit intelligi *theologia*, se non theologos tantum, sed sacre *theologie* asserunt professores. Nec hoc est aliqua instantia improbandum, quasi christiano nomini iniuriosum. Nonne nos omnes homines dicimus, quoscunque mortales scimus constare ex anima rationali et corpore, dato alii gentiles sint, et Israelite alii et alii Agareni ac alii Christiani et non nulli adeo perversorum morum, ut potius immanes belue quam homines habendi sint? Et tamen nullam, sic omnes vocantes, Christo, Redemptori nostro, iniuriam facimus, quem ultra Deum verum hominem fuisse cognoscimus.

studiati, il libro *De civitate Dei*, fra gli altri famosissimo, non sarebbe dovuto esser loro sfuggito. In esso infatti avrebbero potuto leggere che Agostino, nel libro sesto, riferisce l'opinione del dottissimo Varrone che ci sono tre specie di teologie: mitica, fisica e civile. *Mitica* è detta la *teologia della favole* da *mythicon*, che in greco significa ciò che in latino appunto favola; e questa è adatta agli attori comici dei quali si è detto sopra e ai teatri; e per le sconcezze rappresentate nelle scene, è biasimata anche da poeti illustri. La *teologia fisica* poi – sì come s'intende, anche per la interpretazione del vocabolo – è *naturale* e anche *morale*; e, per il fatto di esser utile al mondo, è lodevole. La *teologia civile* o *politica*, che può anche essere detta «propria dei sacrifici», si dice riguardare la città; e questa, per l'abbominevole vergogna degli antichi sacrifici, deve essere riprovata dal vero culto di Dio e dalla retta fede. Di esse teologie infatti la fisica si attribuisce ai poeti famosi perché, sotto le loro finzioni, essi coprono le cose naturali e morali e le azioni degli uomini illustri e talvolta quelle che sembrano riguardare i loro dei; e specialmente perché per la prima volta i poeti compongono carmi sacri in lode degli dei e nascerono le loro imprese sotto corteccia poetica, come sopra si è detto; e da ciò furono detti teologi dall'antico mondo pagano; e Aristotele attesta che essi furono i primi «teologizzanti»; e sebbene non dal vero Dio, o da cose dette sul non vero dio, ottennero un tal nome, non poterono perderlo quando vennero i veri teologi, poiché il vocabolo, nato da un dio qualunque, conservò la sua forza. I moderni, credo, accorgendosi che il nome di teologo, attribuito per un valido motivo, non può essere abolito, si dicono non solo teologi, ma professori di sacra teologia; affinché non si possa intendere della mitica o di altra teologia. Né ciò è con qualche fretta da disapprovare, come oltraggioso al nome cristiano. Non chiamiamo, noi, uomini tutti quelli che sappiamo esser costituiti di anima razionale e di corpo, anche se alcuni sono pagani, altri ebrei, altri saraceni ed altri cristiani; e alcuni anche, così perversi nei costumi, da essere ritenuti piuttosto belve feroci che uomini? Eppure, così chiamandoli, nessuna offesa rechiamo a Cristo, nostro Redentore, che sappiamo essere sta-

Equo modo, si quis poetas dicat theologos, nulli facit iniuriam. Si sacros quis illos diceret, quis adeo demens est quin videat quoniam mentiretur? Esto non nunquam, ut in precedentibus patet, circa honesta eorum theologia versetur, que sepiissime potius physiologia aut ethologia quam theologia dicenda est, dum eorum fabule naturalia contegunt aut mores. Et hec etiam circa catholicam veritatem versari potest, dum modo velit fabularum conditor. Quod fecisse novimus non nullos poetas orthodoxos, a fictionibus quorum sacra documenta teguntur. Nec sit his audisse difficile, uti et poete quandoque sacri possunt appellari theologi, sic et qui sacri sunt, oportunitate exigente, deveniunt physici. Quod si aliter non contingat, saltem dum sensum exprimunt ex fabula lignorum sibi regem constituentium,³² se physicos esse demonstrant.

IX. *Non indecens esse quosdam Christianos tractare gentilia.*

Dicent alii equo superioribus forsan animo, indecens esse christiano homini gentilium superstitiones et nepharia sacra, seu genealogias describere aut perquirere, cum habeant non nunquam talia mentes legentium in erroneas opinione deducere, et persepe opinantis periculo detinere. Non inficiar, hoc quidem sanctissime dictum est, et arbitror non nullos a studio talium amovendos, et sic etiam aliquibus absque aliqua suspicione sinistra permitti posse. Nam, si omnes a talibus abstinere necessarium visum fuisset, non dubito quin sacrosancta mater Ecclesia adversus eosdem decreto perpetuo vetuisset. Fuit enim utilissimum olim, vix dum apud gentiles, novis germinibus pullulante Ecclesia, eo quod adhuc saperent, tam ab origine quam etiam ab ipsius gentilitatis perseverantia, sacra insistere acriter atque curare ne legentes talia, tanquam unco vetusta-

to, oltre che Dio, vero uomo. Analogamente, se uno chiamasse teologi i poeti, a nessuno farebbe offesa. Ma se qualcuno li dicesse sacri, chi è così pazzo da non vedere che mentirebbe? Sebbene talora — come risulta chiaro dalle pagine precedenti — la loro teologia si rivolga a cose oneste; e questa, piuttosto che teologia, dovrebbe esser detta fisiologia o etologia, poiché le loro favole attendono a cose naturali o ai costumi. E questo tipo di teologia può anche applicarsi alla verità cattolica, purché l'inventore delle favole lo voglia. Sappiamo che ciò fecero alcuni poeti ortodossi, dalle cui invenzioni sono coperti santi insegnamenti. Né sia di disagio ai miei critici sapere che, come talora i poeti possono esser chiamati teologi, così anche quelli che sono sacri, richiedendolo il bisogno, diventano fisici. E se diversamente non accade, essi almeno mostrano di essere fisici quando spiegano il significato della favola degli alberi che si danno un re.

IX. *Non è sconveniente che alcuni cristiani trattino argomenti pagani.*

Altri diranno, forse con animo più sereno dei precedenti, che è sconveniente ad un Cristiano descrivere, o esaminare, le superstizioni dei pagani, gli empì sacrifici o le genealogie, poiché tali argomenti possono talora indurre in opinioni false le menti dei lettori; e, molto spesso, trattenerle in pericolosi pensieri. Non li contesto. Ciò è detto da loro sacrosantamente e io ritengo che alcuni debbano essere dissuasi dallo studio di tali argomenti, mentre ad altri può essere consentito senza alcun sinistro sospetto. Se infatti fosse parso opportuno far astenere tutti da questi argomenti, non dubito che la santa madre Chiesa li avrebbe vietati con suo decreto perpetuo. Mentre infatti un tempo, quando la Chiesa appena pullulava con nuovi germi presso i pagani, fu utilissimo opporsi aspramente agli stessi, perché avevano consapevolezza delle cose sacre, sia dall'origine che dal perdurare del paganesimo; e curare che quelli che leggevano tali cose, quasi presi dall'uncino dell'antichità, non

3 tis tracti, more canis verterentur in vomitum; hodie gratia Ihe-
 su Christi in robur firmissimum ventum est; et execrabile cunctis
 4 Gentilium nomen una cum erroribus suis in exterminium
 tenebrasque perpetuas pulsum est, et victrix Ecclesia castra
 possidet hostium. Quam ob causam fere absque periculo talia
 exquiruntur atque tractantur. Non tamen nego quin bene fac-
 tum sit si puer abstineat, cui memoria tenax et tenellum adhuc
 ingenium, nec dum satis plene christiana religio cognita. Sic
 5 neofidus homo, quem non dum bene firmata credulitas laxatis
 habenis facile in lubricum exorbitare permicteret. Et si forsan
 aliqui duriores in tam obscenum crimen se labi permicterent,
 etiam si nil aliud studuero, vix possum credere hoc in me con-
 tingere posse. Nam ab utero matris mee ad fontem nostre rege-
 4 nationis delatus lotusque, quod pro me cathecummino pro-
 misere qui me sustulerunt ab illo, ut potest humana fragilitas,
 in hodiernum usque servavi, certissimum semper habens quod
 inter iustorum hominum congregationem psallitur, unum scilicet
 in triplici personarum distinctione Deum esse, et hunc verum
 et eternum atque omnium eque opificem rerum, earumque
 perpetua ratione gubernatorem, servatorem atque rectorem,
 omnia intra se continentem et a nullo contentum. Et, quod
 mirabili et alias inaudito eiusdem divinitatis artificio factum
 est, Verbum scilicet eius eternum obumbratione Sacri Spiritus
 ad abolendam humani generis labem, ob inobedientiam
 primorum parentum contractam, ingenue Virginis utero, pre-
 nuntiante celesti nuntio, carnem factum, et Virginis illibata vir-
 5 ginitate in tempore passibilem atque mortalem hominem factum.
 Qui adhuc infans in gremio matris a Sabeis regibus, oblati-
 muneribus, adoratus est et, etate crescente, inter sacre legis
 doctores dum solveret nexus ambiguos, non Deus, sed admiran-
 dande indolis puer ab eis creditus est. Nondum enim veritatis
 splendor eternus caliginem absterserat a mentibus eorumdem,
 ut eum scilicet Deum illis repromissum cognoscerent, quem

3 tornassero, come fa il cane, a ciò che avevano vomitato; oggi,
 per grazia di Gesù Cristo, si è giunti ad una situazione di fer-
 missima stabilità e il nome, a tutti execrabile, dei pagani, insieme
 coi loro errori, è stato ricacciato in rovina e tenebre perpetue; e la Chiesa vittoriosa occupa il campo nemico. Perciò tali
 4 argomenti si cercano e si trattano quasi senza pericolo. E tuttavia non nego che sia bene che se ne astenga il fanciullo, che ha
 la memoria tenace, e tenero invece l'ingegno, e non ancora sufficiente la conoscenza della religione cristiana. Così anche il
 neofita, poiché la sua fede, non ancora ben consolidata, facilmente, se fossero allentate le briglie della dottrina, potrebbe lasciarlo uscire dalla carreggiata nel pericolo. E se forse altri, più
 5 duri, si lasciassero scivolare in così grave peccato, appena posso credere che ciò debba accadere a me, anche se null'altro
 avrò studiato. Io infatti, fin dall'utero di mia madre, portato e lavato al fonte della nostra rigenerazione, fino ad oggi – come è
 possibile all'umana fragilità – ho conservato quello che per me, catecumeno, promisero quelli che mi sollevarono dal fonte; e
 4 sempre ho avuto per certo ciò che si canta nelle assemblee di uomini giusti: che esiste un Dio solo, nella distinzione delle tre
 persone; e che questo è vero ed eterno e di tutte le cose ugualmente creatore; governatore di esse con leggi eterne, protettore
 e rettore, che tutto contiene dentro di sé e da nessuna cosa è contenuto; e inoltre che, per opera mirabile e mai udita dello
 stesso Dio, accadde che il suo Verbo eterno, adombrato dallo Spirito Santo, per cancellare la colpa del genere umano, contra-
 5 tratta per la disobbedienza dei primi genitori, preannunciato da un angelo, si fece carne nel seno di una vergine onesta; e
 dalla illibata verginità della Vergine nacque, nel tempo opportuno, come uomo destinato a patire e a morire. Ancora infante
 nel grembo della madre, Egli fu adorato da re orientali che offrivano doni; e, cresciuto in età, mentre fra i dottori della sacra
 legge risolveva ambigui problemi, fu da loro creduto non Dio, ma fanciullo di indole meravigliosa. Lo splendore eterno della
 verità non aveva ancora tolto la caligine dalle loro menti, in modo che conoscessero in lui, che vedevano coperto di carne
 mortale, il Dio loro promesso. Inoltre ho per certo che Colui

mortali septum carne viderent. Insuper certum habeo eum qui, etherea arce relictā et ex Deo servi assumpta forma, et qui inter homines uti homo versatus est, iam trigesimum agentem etatis annum, ab hispido atque silvicola vate, et ab utero matris sacro pleno spiritu ad aperiendam eterne salutis ianuam, lotum Iordanis in alveo, dum celum intonuit desuper, et acre murmur superincumbentis nubis in vocem solutum deitatis aientis: «Hic est filius meus dilectus, in quo michi bene complacui, audite eum!».³³ Preterea credo et ratum habeo eum aquis apud Chana Galilee in vinum versis,³⁴ ut sacro pectori absconditam divinitatem ostenderet, sumpto iam sacro consortio, Iudeam urbesque Phenicum, Samariam et Galileam ambisse, et celesti dogmate in templo et synagogis docuisse populos, lepras mundasse elingues vocales fecisse, lumen cecis seu natura, seu casu perditum restaurasse, animas ab Orco in cadavera revocasse, febribus, ventis et undis imperasse, et in multis aliis signa sue divinitatis monstrasse. Post hec, hora eius adveniente, eum, sacerdotum hebreorum invidia procurante, lotis a se amicorum pedibus, et ingenti illo celebrato convivio, in quo suis manibus verbisque confectum est communionis nostre sacrum illud ineffabile, quo corpus eius in cibum et sanguinem eius in potum tam presentibus quam futuris exhibuit, uno sociorum nequam vendente, oratione in solitudine peracta, a nepharia turba exquirente cum fustibus et lanternis captum,³⁵ et in presentiam deductum principum, et ibidem nepharie accusatum, et sua patiente humilitate, false testantibus quibusdam insimulatum, et hinc in pretorio presidis lusum, virgis cesum, corona spinea insignitum, sputis et colaphis deturpatum et postremo latronum more damnatum crucique affixum sublimi, et in eadem aceto et felle potatum. Cuius cum iam humanitate victa suppliciiis in finem suum ivisset (seu, et melius reor, ut Thome de Aquino placet,³⁶ cum voluntarie, collectis viribus, spiritum emisisset), tremuit orbis omnis, et meridianum fere solis iubar per tres horas ivit in tenebras, luna ex opposito offuscata (esto

che, lasciata l'abitazione celeste, e assunta, da Dio che era, la forma di servo, e come uomo visse fra gli uomini, mentre stava per compiere i trent'anni, fu lavato nelle acque del Giordano dal profeta ricoperto di pelli, abitante nelle selve; e fin dal seno materno fu pieno di Spirito Santo per aprire la porta della salvezza eterna. E mentre veniva battezzato, il cielo tuonò dall'alto e un acuto mormorio di una nube sovrastante si sciolse nella voce di Dio che diceva: «Questo è il mio figlio diletto, nel quale mi sono compiaciuto. Ascoltatelo!». Credo ancora, ed ho anzi per sicuro, che Egli dopo aver trasformato l'acqua in vino presso Cana di Galilea, per mostrare la divinità celata nel suo santo petto, dopo aver preso con sé la santa comunità degli Apostoli, girò per la Giudea, le città della Palestina, la Samaria e la Galilea e con la scienza celeste insegnò ai popoli nel tempio e nelle sinagoghe, guarì i lebbrosi, diede la favella ai muti, restituì ai ciechi la vista perduta, o dalla nascita, o per malattia, richiamò dall'inferno le anime nei loro corpi, comandò alle malattie, ai venti e alle onde; e in molte altre occasioni mostrò i segni della sua divinità. Dopo ciò, quando giunse la sua ora, per l'odio dei sacerdoti ebrei, dopo aver lavato i piedi ai suoi amici e celebrato quell'importante banchetto, in cui dalle sue mani e dalle sue parole fu compiuto quel sacrificio ineffabile della nostra comunione, per il quale offrì il suo corpo come cibo e il suo sangue come bevanda, sia ai presenti che ai posteri; quando un malvagio dei suoi amici lo vendette, dopo che aveva pregato in solitudine, fu preso da una folla scellerata, che lo cercava con bastoni e con lanterne, e condotto alla presenza dei notabili e quivi empicamente accusato; e, sopportandolo la sua umiltà, fu incolpato da alcuni che attestavano il falso e perciò schernito nel pretorio del preside e flagellato, e gli fu cinto il capo di una corona di spine; fu deturpato di sputi e schiaffi; e infine, condannato a morte, come i ladroni, fu appeso ad un'alta croce e in essa abbeverato di aceto e di fiele. Quando la sua vita umana fu vinta dai supplizi, ed egli andò alla sua fine o — come meglio credo — secondo Tommaso d'Aquino, volontariamente, raccolte le sue forze, emise lo spirito, tutto il mondo tremò e lo splendore del Sole, circa il mezzogiorno, per tre ore

aliter ad Policarpum scribat Dyonisius Ariopagita,³⁷ quod ego miror). Inde eius a ceco milite perforatum lancea pectus sanguinem aqua mixtum emisit, ex quo sacra omnia nostre salutis credo sumpsisse exordium. Nec minus certum habeo, eum a cruce depositum atque sepultum ac inde virtute sue deitatis, uti prisci cecinerant vates, post diem terciam, ceu Ionas ex utero ceti, sic ex ventre terre surrexisse, superata morte, et redivivum domos inferas visitasse, et, confractis vectibus ferreis revulsisque postibus antiqui carceris, subacto Plutone, in libertatem predam omnem veterem eduxisse. Post hec suis apparuisse sepius, et a medio eorum, eis cernentibus, nulla corporea impeditum mole, cum vero corpore, olim mortali, propriis viribus in celos ad eum, qui miserat, evolasse; et inde celestem illum ignem, ex se patreque optimo pariter prodeuntem, vivificantem omnia et vera cuncta docentem, in commilitones egregios immississe. Quo illustrati, bellum adversus orbis principem inivere illico, perque suum sanguinem et vulnera multa sato ubique veritatis semine et obtenta victoria, duces suum triumphantes in patriam secuti sunt. Sic et institutam ab eodem Dei unigenito piam iustorum congregationem, et sacrum illud regenerationis lavacrum, quo mala facinora abolentur mortalibus cum ceteris eiusdem conventionis faustis probandisque sacris, quibus Deo obsequentes efficitur atque, lapsi nostra imbecillitate, resurgimus, eique volentes conciliamur, nec ob id humanum sanguinem effundentes, ut efferati plures iam fecere gentilium, aut hyrcos vel tauros more veteri immolantes. Nec a me fuit unquam veritas hec amota quin crederem testimonio patrum diem venturam extremam, in qua solventur omnia peritura, magnoque Dei opere ex cineribus propriis omnes, qui ante fueramus mortales, cum nostris corporibus resurgemus eterni, et in prefinium venientes locum, in quo Christus ipse, iudex pretorii, in maiestate propria residebit, et apparentibus

si oscurò, e la luna dalla parte opposta rimase offuscata (sebbene diversamente scriva, a Policarpo, Dionigi Areopagita; dal che mi meraviglio). Poi, foratogli il petto con la lancia, da un soldato, accecato d'odio, emise sangue misto ad acqua; e da ciò credo abbiano avuto inizio tutti i sacramenti della nostra salvezza. Né meno ho per certo che Egli, calato dalla croce, fu sepolto; e poi, in forza della sua divinità, come avevano predetto gli antichi profeti, vinta la morte, risuscitò dopo tre giorni dal ventre della terra – come Giona da quello della balena – e redivivo visitò gli inferi e, infranti i catenacci ferrei e scardinate le porte dell'antico carcere, mise Plutone sotto i piedi e ricondusse alla libertà tutta l'antica preda. Dopo ciò apparve spesso ai suoi e, stando in mezzo a loro, mentre lo guardavano, senza impedimento per il peso del corpo, ma col suo vero corpo, prima mortale, volò colle proprie forze in cielo a Colui che lo aveva mandato e di là infuse nei suoi eccellenti compagni quel fuoco celeste che procede da sé e dall'ottimo Padre e che vivifica tutte le cose e insegna tutte le verità. Da esso illuminati, gli Apostoli subito entrarono in guerra col principe del mondo; e con il loro sangue e le molte ferite, dopo aver dovunque seminato il seme della verità e ottenuta la vittoria, seguirono trionfanti in patria il loro capo. Così fu istituita dalla stesso figlio unigenito di Dio la pia congregazione dei giusti e quel santo lavacro della rigenerazione, per il quale è cancellato negli uomini il peccato d'origine; e insieme furono istituiti gli altri fausti e apprezzabili sacramenti dello stesso patto di alleanza, per i quali diveniamo più obbedienti a Dio e, dopo esser caduti per la nostra debolezza, risorgiamo e con lui liberamente ci riconciliamo, non per questo versando sangue umano, come fecero un tempo i feroci pagani, o immolando, secondo la vecchia usanza, caproni e tori. Né da me mai si allontanò questa verità in modo che non credessi che, per testimonianza dei padri, verrà un ultimo giorno nel quale tutte le cose destinate a perire si dissolveranno e tutti, che prima eravamo stati mortali, per l'opera grande di Dio, dalle nostre ceneri risorgeremo col nostro corpo, fatti immortali, e giungeremo al luogo prefissato, nel quale lo stesso Cristo, giudice del pretorio, siederà nella

cunctis sue passionis insignibus, audiemus finalem meritorum nostrorum sententiam; sic et futuram similiter vitam, in qua non meo merito, sed miseratione divina spero videre Deum, Redemptorem meum, in carne mea, et cum beatis letari in terra viventium.

- 12 Hec igitur, ne plura dixerim, sincera fides, hec eterna veritas adeo pectori meo infixata est, ut nedum evelli ab aliquo gentilitatis impulsu, sed nec concuti modo aliquo aut labefactari queat. Nam, etsi peccator homo sim, non tamen, gratia Ihesu Christi, Cherea terrentianus adulescens sum, qui, dum a tegulis in premium Danis cadentem Iovem, in tabula pictum, intueretur, in optatum a se facinus animatus est.³⁹ Abiit cum annis iunioribus levitas illa, si fuisset aliquando circa iam dicta, quod, minime sum memor. Preterea advertens quia continuis decipulis et explicatis ubique retibus antiquus hostis, tanquam leo rugiens, ut inveniat quem devoret,⁴⁰ ambiat in mortalium semitas, eoque in precipitium conetur impellere, uti Mitridates, senex ille rex Ponti, qui magnanimo ausu sumptuque magnifico quadraginta annis continuis adversus romanum populum bellum ingens et memorabile traxit, a iuventute sua adversus letale venenum pharmacis pectus armavit,⁴¹ sic et ego meum evangelica veritate, sacro Pauli dogmate, et Augustini aliorumque plurium venerandorum patrum iussionibus, consiliis atque suasionibus armavi; ex quo arma gentilitatis parvi pendo. Si enim christianus homo gentilium tractavi stultitias, iussu tuo, rex inclite, et in detestationem erronee credulitatis eorum hoc feci, et, si parva quandoque maioribus equare fas est, feci quod etiam summa cum laude non nulli sanctissimi fecere viri, ut Augustinus, Ieronimus, et cum non nullis aliis etiam Lactantius, neofidus homo.⁴² Michi quidem a teneris annis notissimum est, Psalmista monstrante, quia omnes dii gentium demones,⁴³ et hinc eorum semper inepta displicuerunt facinora. Fateor tamen, religione eorum seposita, quorundam poetarum mores et scripta placuisse, et ob id non solum eos laudasse, sed pro viri-
- 13

maestà propria; e mentre appariranno tutte le insegne della sua passione, udiremo la sentenza finale sui nostri meriti. E così non sarò distolto dal credere che ci sarà una vita futura, nella quale, non per mio merito, ma per divina misericordia, spero rivedere nella mia carne il mio Redentore e allietarmi con i beati nella terra dei viventi.

Questa dunque, per non dire di più, la mia fede sincera; 12 questa eterna verità è talmente infissa nel mio animo, che non può esserne strappata da qualche impulso di paganesimo, anzi neppure essere in qualche modo scossa, o fatta vacillare. Se infatti io sono peccatore, pure non sono, per grazia di Gesù Cristo, il terenziano giovanetto Cherea che, mentre osservava, dipinto in un quadro, Giove che cade dal tetto in grembo a Danae, fu animato all'azione da sé desiderata. Se ne è andata con gli anni giovanili quella frivolezza, se mai talora vi sia stata, circa i piaceri suddetti: ciò che più non ricordo. Inoltre, accorgendomi che «l'antico avversario», con continui inganni e stendendo ovunque le reti, per trovare chi divori, come leone ruggente, percorre i sentieri degli uomini e tenta di cacciarli nel precipizio; come Mitridate, quel vecchio re del Ponto, che condusse per quarant'anni, con audacia e spese grandiose, una guerra impegnativa e memorabile contro il popolo romano, e fin dalla gioventù difese con farmaci il suo petto dai mortali veleni, così anch'io ho armato il mio petto con la verità del Vangelo, con la sacra dottrina di Paolo e con i comandi, i consigli e le esortazioni di Agostino e di altri padri venerabili. E da allora 13 dò poco peso alle armi pagane. Se infatti da cristiano ho trattato, per ordine tuo, inclito re, le stoltezze dei pagani, lo ho fatto proprio per detestare la loro erronea credulità, e (se è lecito talora confrontare le piccole cose alle grandi) ho fatto ciò che con somma lode compirono alcuni santissimi uomini, come Agostino, Girolamo e, con alcuni altri, anche il neofita Lattanzio. Mi è ben noto, fin dai miei teneri anni, per indicazione del Salmista, che tutti gli dei pagani sono demoni e perciò sempre dispiacquero le loro azioni sconvenienti. Eppure ammetto che, messa da parte la loro religione, mi piacquero i costumi e gli scritti di alcuni poeti e che perciò non solo li ho lodati, ma, secondo le mie

bis ab obiectionibus accusantium defendisse, ut apparet in precedentibus liquido; et hoc ideo feci, ut ab ignaris non veniant lacerandi qui, si Christum novissent coluissentque, inter sublimiores christiani nominis haberentur.

- 14 Sed, ad superiora prospectans, inquiet aliquis: «Bene operatus es, premunisse enim se adversus hostes semper laudabile fuit; sane picem tractantes coinquinantur a pice; iam plurimi, dum se fortissimos extimarent, impulsivi ab hoste etiam debili, cecidere. Et, si desint ceteri, quorum grandis est numerus, Salomon tamen adest, testis certissimus imbecillitatis humane. Huic scientia omnino concessa est, divitiarum omnes et imperium grande; summa cum iustitia populos subditos tenuit, Deo templum edificavit mirabile, multa bona composuit, et tandem, iam etate maturus, tot honorum largitore postposito, conscenso offensionis monte, Maloch, Egyptiorum ydolum, flexis genibus adoravit.⁴⁴ Quid ergo? Tu ne eris fortior Salomone aut circumspicione plenior? Fallimur de nobis nimium confidentes». Hec quidem negari non possunt, vera sunt. Attamen aliud belli genus michi cum erroribus gentilitatis est, quam Salomoni fuerit cum egyptiaca coniuge, que, astu femineo advertens quoniam infelicis viri animam formositate sua laqueasset, et deos suos extollere avida, nunc amplexu venereo, nunc melitis saviis, nunc blandiciis muliebribus, nunc petulca lasciviis, nunc precibus, nunc lacrimis, quas obsequiosissimas habent femine, nunc indignatione composita absque intermissione non diebus omnibus tantum, sed noctibus amantis viri animum
- 15 impugnabat.⁴⁵ O quam gravia et intolerabilia sunt dilectarum mulierum, et potissime nocturna, certamina! Hic tandem, dum timeret mulieris, quam summe diligebat, gratiam amittere, terga dedit, et viribus armate femine inermis succubuit. Michi autem non tale adversus deorum gentilium nugas bellum est, mille iam veris rationibus a me cognitum improbatas, et ideo cum eis, exhaustis viribus acieque pulsus, levis est pugna. Scio tamen nimium de se confidisse quandoque sit vicium, verum ego de me non confido, sed de gratia Christi Ihesu, cuius pre-

forze, li ho difesi dalle obbiezioni degli accusatori, come chiaramente appare dalle pagine precedenti; e lo ho fatto perché dagli ignoranti non siano lacerati coloro che, se avessero conosciuto e venerato il Cristo, sarebbero tra i più alti cristiani.

- Ma guardando a quanto ho detto sopra, uno potrà dire: 14 «Hai agito bene, perché sempre è stato bene premunirsi contro i nemici; ma quelli che trattano la pece, dalla stessa sono inquinati; e molti già, mentre si credevano fortissimi, caddero, spinti da un nemico pur debole. E se anche ne mancassero gli altri, che sono in gran numero, basterebbe la presenza di Salomone, certissimo testimone dell'umana debolezza. A lui furono concessi tutta la scienza, tutte le ricchezze e un grande impero; egli tenne i popoli soggetti con somma giustizia, edificò a Dio un tempio meraviglioso, molte buone azioni compì e finalmente, già vecchio, posponendo il largitore di tanti onori, salì il monte dell'offesa e adorò in ginocchio Moloch, idolo degli Egiziani. E che dunque? Tu sarai forse più forte di Salomone o 15 più pieno di cautela? Confidando troppo di noi, siamo ingannati». Queste cose non possono essere contestate, sono vere. Diverso è però il genere di guerra che io combatto con gli errori pagani, da quello di Salomone con la moglie egiziana che, con astuzia di femmina, accorgendosi che aveva preso al laccio con la sua bellezza l'animo dell'infelice marito, avida di esaltare i suoi dei, ora con amplessi amorosi, ora con dolcissimi baci, ora con carezze femminili, ora sfrontata con lascivie, ora con preghiere, ora con lacrime (che le donne hanno sempre a disposizione) ora con sdegno e frasi spezzate, non solo tutti i giorni, ma anche le notti crucciava l'animo dell'amante. O come 16 sono gravi e insopportabili i «certami», e specialmente notturni, delle donne amate! Costui insomma, temendo di perdere le grazie della donna che sommamente amava, si ritirò e soccombette inerme alle forze della femmina. Io invece non ho da fare una tal guerra contro le bazzecole degli dei pagani, già riprovate con mille argomentazioni da me ben conosciute; e perciò con essi, privi di forze e cacciati dal campo, è facile la battaglia. Epperò so bene che confidare troppo di se stessi, talora è difetto; ma io non in me confido, bensì nella grazia di Gesù

17 cioso sanguine redemptus sum. Spero quidem eum non passurum ut, qui tam diu recto tramite eius vestigia iuvenis secutus sum, senex exorbitem; et, si in lapsum veniam, manum pietate sua debili porriget, et fessum placida quiete fovebit. Sed, ut in finem veniam, satis ex premissis colligi potest, uti non omnes decet tractare gentilia, sic nec omnibus indecens esse.

X. *Ut plurimum studia sequimur, in que prona videntur ingenia.*

I Si fateantur non nulli vera esse que dicta sunt, non tamen quieturos reor, quin imo arbitror dicent longe melius fuisse studiis sanctioribus trivisse tempus, quam talia didicisse. Quod si quis neget, non erit equidem satis sanus. Nosco quoniam in promptu erant *Leges Cesarum* et *Pontificum canones* et medicina, quorum plurimi sanctissima arbitrantur studia, eo quod ex eis persepe auro avidi mortales ditentur. Erat et phylosophia, cuius optima demonstratione rerum cause et a falsis disgregari vera noscuntur, generosis quibuscunque ingeniis appetenda. Erant et sacra volumina, a quibus et parvipendere peritura docemur, et Dei magnalia declarantur atque, quo tramite celeste regnum petamus, ostenditur. Quod studium profecto ceteris preponendum est. Ex his quodcunque sumpsissem, forte sanctius egisse me dicerent obiectores. Sane si quod debemus ageremus omnes, legum minister rostra frustra conscenderet. At tamen non adeo facile est, ut existimant aliqui, velle omnia qui debemus; et longe acrius consequi, si velimus. Nam, ut cytharista variis ex fidibus, aliis lentius, aliis vero protensius tractis, his gravem, acutum illis tinnitum reddentibus, docta manu

Cristo, dal cui prezioso sangue sono stato redento. Spero davvero che Egli non permetterà che io, dopo aver seguite fin da giovane per la diritta via le sue orme, da vecchio le abbandoni; e se cadrò in errore, Egli con la sua pietà porgerà la mano a me debole e con piacevole riposo ristorerà la mia stanchezza. Ma, per venire alla fine, sufficientemente da quanto premesso si può dedurre che, come non a tutti conviene trattare di argomenti pagani, così anche a tutti non disdice.

X. *Per lo più seguiamo quegli studi ai quali i nostri ingegni sono propensi.*

I Se anche alcuni ammettano che le cose fin qui dette sono vere, pure non penso che essi si acquieteranno, anzi, diranno – così credo – che sarebbe stato di gran lunga meglio spendere il tempo in più santi studi che avere appreso tali cose. Se poi uno negasse ciò, non sarebbe davvero sano di mente. So bene che erano disponibili le Leggi Cesaree, i Canoni dei Pontefici e la medicina, lo studio delle cui discipline molti stimano santissimo, perché da esse bene spesso gli uomini, avidi di denaro, sono arricchiti. C'era anche la filosofia, che da tutti i nobili ingegni dev'essere desiderata, perché per le sue ottime dimostrazioni si conoscono le cause delle cose e si possono distinguere le vere dalle false. C'erano anche i sacri volumi che ci insegnano a disprezzare le cose temporali e dichiarano le grandi meraviglie di Dio e mostrano per quale via possiamo raggiungere il regno celeste. Questo studio è certamente da preporre agli altri. Qualunque cosa io avessi preso da questi libri santi, gli obiettori direbbero che ho agito più irreprensibilmente. Invece, se tutti facessimo ciò che dobbiamo, inutilmente il ministro delle leggi salirebbe in tribunale. Ma non è così facile, come alcuni credono, volere tutto ciò che dobbiamo; ed è ancor più difficile conseguirlo, se volessimo. Come infatti il suonatore di cetra dalle corde diverse, alcune meno, altre più tese, che rendono un suono rispettivamente grave ed acuto, con la mano abile e il plectro produce, dai toni discordanti, una dolcissima

plectroque ex tam discordantibus tonis reddit suavissimam armoniam, sic et natura parens, cui inexhauste vires et perfectum ingenium est, producit hec peritura diversis officiis apta, ut ex hac officiorum inconvenientia resultet humani generis, circa quod plurimum intenta est, conservatio; atque ubi in longam conservationem iri non possit, nova productio, advertens quoniam, si uniformes producerentur omnes, ut de reliquis sinam, homines nulla possent producti, nec etiam per tempusculum, ratione consistere. Ergo hinc fit ut discreto nature ordine hic
 3 ex mortalibus nascatur faber, ille nauta, mercator alius, et quidam sacerdotio apti aut regimini, et non nulli legum latores, presides, poete, phylosophi, seu sublimes theologi. Ex quorum studiis variis tam ingentis multitudinis hominum conservatio resultet necesse est. Nam si omnes, quoniam ad unumquemque spectat, si possit, ad studia sublimiora descendere, in theologiam vigilantes iremus, et agricultor absit, ex quibus, queso, fructibus, tam nobile sequentes studium, nutrireremur?
 4 Si cementarius, si lignarius desit, quibus in tabernaculis ab umbribus, a ventis, a frigoribus ac solis estu, et aliis incommodis, assidue superimminentibus, tutabimur? Si non sit lanifex, non cerdo, unde vestes et calciamenta sumemus?

5 Quid enumerem multa? Uti in commodum humani corporis inter se differentia qualitate et officio membra a natura rerum apposita sunt, ut ex hac diversitate consistat, uti melodia ex diversitate tonorum, sic et, ut humanum genus perseveret, necesse fuit ad studia inter se differentia gigneremur. Et si ab ipsa natura, que sic celos, sic astrorum orbis et cursus varia etiam agitatione disposuit, agente Deo, ut nullo labore suo ad officia productos varia nos videmus, quis, queso, feliciter audebit ab eo, ad quod natus est, in aliud transitum attentare? Non quidem adeo ignarus sum quin noverim liberi arbitrii, quo omnes valeamus, potentia possimus nature superare vires; quod egisse non nullos legimus. Opus profecto inter raro contingentia nu-

armonia, così anche madre natura, che ha forze inesauribili e ingegno perfetto, produce queste tendenze, destinate a perire, adatte a uffici diversi; cosicché da questa differenza di compiti risulti la conservazione del genere umano, alla quale la natura è tutta protesa; e quando non può essere mantenuta una lunga conservazione, produce nuove energie, accorgendosi che, se tutti fossero creati uguali – per lasciare il resto – in nessun modo gli uomini, così creati, potrebbero durare neanche per piccolo tempo. Da qui dunque accade che, per l'ordine della natura, che sa ben distinguere, uno degli uomini nasce fabbro, un altro navigante, un altro mercante e alcuni adatti al sacerdozio, altri al governo, alcuni legislatori, altri duci, poeti, filosofi o sublimi teologi. Da queste varie inclinazioni è necessario risulti la conservazione di così grande moltitudine di uomini. Se infatti tutti (poiché a ciascuno spetta, se possibile, salire agli studi più alti) andassimo operosamente alla teologia, e non ci fosse l'agricoltore, di quali frutti della terra, di grazia, ci nutrireremmo, seguendo così nobile studio? Se mancassero il muratore o il falegname, in quali abitazioni ci difenderemmo dalle piogge, dai venti, dai freddi e dal calore del sole e da altri disagi sempre incombenti? Se non ci fossero il filatore di lana o il ciabattino, donde prenderemmo i vestiti o le calzature?

5 E a che annoverare molti esempi? Come a vantaggio del corpo umano sono state disposte dalla natura membra fra sé diverse per qualità e compiti, in modo che esso possa consistere proprio in quelle diversità (come anche la melodia deriva dalle differenze dei toni) così pure fu necessario, per la conservazione del genere umano, che fossimo generati con inclinazioni fra loro differenti. E se siamo stati generati dalla stessa natura, la quale ha disposto i cieli e le orbite degli astri e il loro corso con diverso moto, per l'intervento di Dio, come, senza alcuna sua fatica, ci vediamo generati a diversi compiti, chi mai, di grazia, oserà tentar di passare in uno diverso, da quello per il quale è nato? Non sono poi così ignorante da non sapere che, per la potenza del libero arbitrio, di cui tutti disponiamo, possiamo superare le forze della natura; e ciò leggiamo alcuni aver fatto. Questa è opera da annoverare tra quelle che di rado accadono;

merandum: tam grandi et fere invincibili necessitate trahimur in quod nascimur! Et si ad diversa gignimur, nascimur alimurque, si ea plene peragamus in que trahimur, equidem satis est, nedum in aliud transitum fecisse velimus; quod dum iam dudum frustra temptarent aliqui, id perdidere quod erant, nec id potuerunt effici quod querebant.

- 6 Verum ad quoscunque actus natura produxerit alios, me quidem, experientia teste, ad poeticas meditationes dispositum
- 7 ex utero matris eduxit et meo iudicio in hoc natus sum. Satis enim memini apposuisse patrem meum a pueritia mea conatus omnes ut negociator efficerer, meque, adolescentiam nondum intrantem, arismetrica instructum, maximo mercatori dedit discipulum, quem penes sex annis nil aliud egi quam non recuperabile tempus in vacuum terere. Hinc quoniam visum est, aliquibus ostendentibus indiciis, me aptiorem fore licterarum studiis, iussit genitor idem, ut pontificum sanctiones, dives exinde futurus, auditurus intrarem, et sub preceptore clarissimo fere tantundem temporis in cassum etiam laboravi. Fastidiebat hec animus adeo, ut in neutrum horum officiorum, aut preceptoris doctrina, aut genitoris autoritate, qua novis mandatis angebar continue, aut amicorum precibus seu obiurgationibus inclinari posset, in tantum illum ad poeticam trahebat affectio. Nec ex novo sumpto consilio in poesim animus totis tendebat pedibus, quin imo a vetustissima dispositione ibat impulsus; nam satis memor sum, non dum ad septimum etatis annum deveneram, nec dum fictiones videram, non dum doctores aliquos audiveram, vix prima licterarum elementa cognoveram, et ecce, ipsa impellente natura, fingendi desiderium affuit, et si nullius essent momenti, tamen aliquas fictiunculas edidi; non enim suppetebant tenelle etati officio tanto vires ingenii. Attamen iam fere maturus etate et mei iuris factus, nemine impellente, nemine docente, imo obsistente patre et studium tale damnante, quod modicum novi poetice sua sponte sumpsit in-

da così grande e quasi invincibile necessità siamo tratti al fine per cui siamo nati! E se a diversi fatti siamo generati nati e nutriti, se compiamo pienamente quelli a cui siamo tratti, ciò è davvero sufficiente, senza che vogliamo passare ad altro; il che, quando altri già invano tentarono, perdettero quello che erano e non poterono diventare ciò che cercavano di essere.

Ma poi, a qualsiasi azione la natura abbia generato altri, io sono stato da essa disposto (e ne è testimone l'esperienza) fin dal grembo della madre alle meditazioni poetiche e, a mio giudizio, sono nato a questo. Ben ricordo infatti che mio padre fece ogni tentativo, fin dalla mia fanciullezza, perché diventassi mercante; e quando ancora non ero per entrare nell'adolescenza, dopo avermi istruito nell'aritmetica, mi affidò come discepolo ad un grande mercante, presso il quale per sei anni null'altro feci che consumare invano tempo non recuperabile. Di qui, poiché da alcuni indizi parve chiaro che ero più adatto allo studio delle lettere, mio padre ordinò che entrassi, come uditore, nelle scuole dei decreti pontifici, per diventare ricco; e sotto un maestro molto illustre, invano faticai ancora per altrettanto tempo. Questi insegnamenti aveva a noia il mio animo, in modo tale che a nessuno di essi potevo essere inclinato, o dalla dottrina del maestro o dall'autorità del padre — dalla quale con nuovi ordini ero continuamente sollecitato — o dalle preghiere o dai rimproveri degli amici: tanto l'animo mio era attratto dalla disposizione alla poesia. Né per nuova decisione presa, il mio animo tendeva direttamente alla poesia: anzi vi andava incontro, quasi spinto da antica disposizione. Ricordo bene che non ero ancora giunto ai sette anni di età, e non avevo visto composizione alcuna, né udito alcun maestro e avevo appena appreso i primi elementi delle lettere, quand'ecco, sotto la spinta della natura, si accese il desiderio di comporre; e sebbene fossero per nulla importanti, pure feci alcune composizioni (le forze dell'ingegno non bastavano per la tenera età a così grande impegno). Tuttavia quando già quasi maturo d'età, mi resi indipendente, mentre nessuno mi incitava o mi istruiva, anzi con l'opposizione del padre, che condannava tale genere di studi, l'ingegno spontaneamente assimilò quel poco di poesia

genium, eamque summa aviditate secutus sum, et precipua cum delectatione autorum eiusdem libros vidi legique et, uti potui, intelligere conatus sum. Et mirabile dictu, cum nondum novissem quibus seu quot pedibus carmen incederet, me etiam pro viribus renitente, quod non dum sum, poeta fere a notis omnibus vocatus fui. Nec dubito, dum etas in hoc aptior erat, si equo genitor tulisset animo, quin inter celebres poetas unus evasissem, verum dum in lucrosas artes primo, inde in lucrosam facultatem ingenium flectere conatur meum, factum est ut nec negociator sim, nec evaderem canonista, et perderem poetam esse conspicuum.

4 Sunt igitur, ut liquido patet, montes terrarum eminentie quaedam in celum, non tamen eque, surgentes; et ex his aliqui saxei, non nulli terrei sunt. Qui in sublime magis efferuntur saxei omnes, qui vero humiliores persepe comperiuntur fere semper sunt terrei. Ex his colles, quos ut plurimum montium summitates in longum protensas dicimus, et promontoria, que sese in maria propellentia cernimus, oriuntur; de quibus indistincte cum montibus mentio fiet.

5 Is tamen ante alia queso faveat operi qui illos ab orbis conditione constituit et ex excelso eorum altitudines metitur et conspicit.

6 AALAC mons est cuius nomen alii 'dividentem montem' interpretantur, alii vero 'levem' idest limpidum seu lubricum; et in Syria constitutus eminet.³

7 ABARIM mons est excelsus dividens terram Amon et Eufratis a terra Promissionis contra Ierico, Iordanem usque fluvium radices protendens. Ostenditur quippe ascendentibus de Libiade in Eston. Insignis autem est morte Moysis incliti atque primi Hebreorum ducis.⁴

8 ABYLA mons est in Mauritania celsitudine levatus in sidera, oppositus Calpe monti qui in Hispania est. Quos ambos Herculis esse columnas aiunt, voluerique ex veteribus quidam hos unum et eundem⁵ iam dudum, colle continuato, fuisse montem herculeaque virtute fuisse divisum, et ex Oceano quod ante non erat intronissum terris mare quod postea in hodiernum usque diem Mediterraneum dictum est.⁶

9 ACANTIUS promontorium est Magnesie.⁷

10 ACATON mons est Etolie.⁸

11 ACIUM Epyri promontorium est, memorabile navalis pugne Octaviani Caesaris victoria et clade Antonii et Cleopatre.⁹

12 ACREA promontorium est olim Iunoni sacrum, sese effun-

dens in mare adversus Sicionem, a Coryntho non amplius .VII. mil. p. distans.¹⁰

ACONTIUS mons est Magnesie¹¹ seu, ut aliis placet, Boe-
tie.¹² 13

ACROCERAUNI montes excelsi sunt inter Armeniam et Hyberiam,¹³ sic dicti eo quod fulminibus sepiissime infestentur. Nam 'ceraunos' grece, latine 'fulmen' dicitur;¹⁴ et secundum alios 'acros' 'ignis', 'ceraunia' 'summitas', quasi 'montes ignitas habentes a fulminibus summitates'.¹⁵ 14

ACROCERAUNIUM promontorium Epyri est in angustias Adriatici sinus emissum, inde dictum quod montibus conterminum sit qui et Acrocerauni dicuntur, eadem ratione qua superiores diximus nominatos.¹⁶ 15

ACROCORINTHUS mons est altitudinis eximie inter Egeum mare et Corinthium sinum positus, adeo quod utrumque inumbret mare.¹⁷ 16

ADILISIUS Magnesie mons est¹⁸ seu, ut non nullis videtur, Boetie.¹⁹ 17

ADOREUS mons est Frigie, ex quo Sangarius erumpens fluvius per Frigiam labitur in Bithyniam.²⁰ 18

APHESANTA sunt qui dicant montem esse Tarso Cilicie.²¹ Alii vero dicunt in sinu Argolico positum;²² quod ego magis credo, eo quod tam primi quam secundi convenient in hoc, quod ex eo Perseus ad occidendam Gorgonem iturus volatum arripuit, et Amphyrarus et Melampus vaticinaturi de bello Thebano ab Adrasto missi in eum ascenderunt,²³ qui, Greci omnes, ob hoc in Ciliciam non ivissent. 19

AGA mons est Maioris Armenie, ex quo veteres Eufratem fluvium emanare testantur.²⁴ 20

AGANIPPE mons est Boetie qui primo Enippe dictus est,²⁵ Musis sacer. 21

AGOLONIUS ex Arcadie montibus unus est.²⁶ 22

AGRAGAS mons est Sycilie haud longe a Gela,²⁷ muro olim cinctus, habens in summitate oppidum. Consuevere quidem veteres apud eum optimos equos alere et exinde in Greciam ad agones transmittere.²⁸ 23

AGRI SPECULA mons est Moabitarum qui ex eo quod vehe- 24

menter preruptus sit a non nullis vocatur Excisus, et haud procul ab Arnone mari supereminet Mortuo. In huius summitate Balaac filius Beor deduxit Balaam divinum ad maledicendum populo Israel.²⁹

25 AGROSUS mons est ubi nunc Roma, quem Faunus rex Evandro Arcado exuli concessit, et ipse Palatinum postmodum appellavit.³⁰

26 AGUED mons est Britannie, Albanie propinquus et Castro etiam Puellarum.³¹

27 AL Affrice promontorium est in Creticum procurrens mare non longe a Ptolomaida, que Barce vetusto nomine dicebatur.³²

28 ALBANUS mons est in Latio,³³ in quo olim Iulius Ascanius civitatem condidit Albam, sic a sue alba dum a Troia cum patre profugo venisset ibidem inventa nuncupatam.³⁴ A civitate denominatum montem existimo.

29 ALBUM promontorium est in Syria haud longe a colonia Claudii Cesaris Ptolomais seu Acceon, tendens in mare Syriacum.³⁵

30 ALBURNUS mons est in Lucania,³⁶ que hodie Calabriae pars est.

31 ALCION mons est in Macedonia.³⁷

32 ALGIDUS mons est haud longe ab urbe Roma .xii. mil. passuum in quo eiusdem nominis oppidum,³⁸ hodie silva latrocinii incolarum accommoda.³⁹

33 ALIMPUS mons est in insula Mitilena seu Lesbos, a continenti distans non amplius .vii. mil. passuum.⁴⁰

34 ALOCRINE mons est in Minori Asya, ex quo Menander fluvius emittitur.⁴¹

35 ALPES montes sunt, seu mons pluribus et excelsis cacuminibus distinctus Togatam Galliam dividens a Comata, haud longe a Nicea urbe incipientes⁴² et secundum quosdam in Macedoniae usque tendentes.⁴³ Hos quidem ex Hispania in Italiam veniens Hannibal Penus pervios fecisse creditur, cum a quodam eminente atque invio scopulo impeditus illum aceto ac igne dissolverit.⁴⁴

AMALECH mons est in Syria in quo Fraton oppidum, unde fuit Abdon iudex olim populi Israel.⁴⁵

AMANNUS mons est in quo oppidum Bomite, et in ora oppidi Miriandros incipiens separat Syriam Celem a Cilicia.⁴⁶ A parte altera eius plura effluunt flumina, ut Androchus, Pinarus, Lycus et Sinus, qui ab aliquibus Taurus nuncupatur.⁴⁷

AMAZONIUS mons est in Maiori Asya preter cuius radices Thermodon labitur amnis.⁴⁸ Dicitur enim hic mons (ut non nulli arbitrantur) ab Amazonibus, que penes eum primo conveniunt.⁴⁹

AMBRII apud Britannos mons est iuxta Salesteriam olim, hodie Cercaradoc.⁵⁰

AMI silvestres sunt Yndie montes ea in regione que Dedala Alexandri Macedonis temporibus dicebatur.⁵¹

HAMMODES promontorium Cilici maris est inter Cydnum Pyramumque fluvios, sese protendens in Cyprum.⁵²

AMPELUSIA Oceani Occidui extremum promontorium est in Mauritania ultra Herculis Columnas, ubi quondam Lusa et Cocta fuere oppida, postea Tingi, a quo Tingitana Mauritania dicta, quod oppidum ab Antheo conditum fuisseasserunt.⁵³ Hoc tamen promontorium Affri aliter nominant, esto idem quod apud Grecos Ampelusiam sonet. In eo quidem prisci dixerunt specum fuisse Herculi sacrum, et inde Tingi oppidum (ut dictum est) Anthei opus: cuius in rei testimonium ostendebant incole parmam elephantino tergori exectam, adeo ingenti magnitudine ut nulli hominum evo Neronis principis usui esse potuisset, eamque incole ab Antheo gestatam asserebant et ob hoc precipuo honore celebrem conservabant.⁵⁴

ANCORARIUS mons est Citerioris Mauritanie, cupressibus laudatissimis ad quodcunque opus abundans.⁵⁵

ANEMURIUM promontorium est a Pamphylia distinguens Ciliciam.⁵⁶

ANGARIS mons est Iudee et (ut percipi potest) haud longe a Samaria.⁵⁷

ANGINUS mons est excelsus apud Gallos Ligures Frinietes.⁵⁸

- 47 ANNASIVI montes dicunt esse Boetie, quos penes aiunt morari Musas.⁵⁹
- 48 ANTELIBANUS mons est Arabie Libano ad orientem appositus,⁶⁰ in quo eque cum Libano colligi thura dicunt.⁶¹ Extenditur quidem circa regiones urbis Damasci et in sortem cecidit tribus Manasse.⁶²
- 49 ANTHIRRIUM promontorium quod penes Corinthiaci sinus hostium est, non amplius .m. passuum latitudinis habens.⁶³
- 50 AONAS Helyconis montem dicunt esse Boetie Musis sacrum,⁶⁴ nec deest qui dicat Aonem Thracie montem⁶⁵ et ab eo Aonidas dici Musas.
- 51 AOTHE mons est insule Samos sese in altum erigens per .x. mil. passuum.⁶⁶
- 52 APPENNINUS mons ingens a non nullis is quem paulo ante nominavimus Alpes creditus est, et Penninum volunt denominatum ab Hannibale Penno a quo primo pervium factum putant.⁶⁷ Sed opinio longe vulgatio est eum esse Appenninum qui omnem in longum tendens Ytaliam in partes separat duas et a dextris Inferum spectans mare, a sinistris autem Superum⁶⁸ in Scyulum usque fretum progreditur. Hic autem secundum quosdam a promontorio Monichi circa finem Ligustini maris incipit, unde et Alpes, et in aquilonem fere tendens una cum Alpius a dextris linquit Bagiternos; et cum ad Nantuanos Gallos devenit in orientem flectitur eis a sinistris derelictis et Sengauis a dextris, ubi Albintimilium et Albingaunum et Ianua et Veliates Galli, cum ex parte alia habeat Cispadanos et Augustam Taurinorum. Alii vero putant inter Veneris Portum et Macre fluminis hostium, quod penes (ut arbitrantur quidam) Ligustinus inchoat sinus, eum initium sumere et in boream pauxillum tendere ac iam dicto monti separanti Cispadanos Gallos a Liguribus in finibus Veliatum Ligurum iungi. Et inde in euroastrum vergens Tyrrenum mare, Lunam civitatem, Lucam, Pisas, Pistorium et nobilissimam Tuscie civitatem Florentiam ad meridiem sinit, ad aquilonem autem Padum fluvium, Parmam, Mantuam Virgillii, Regium Lepidum, Mutinam et studiorum matrem Bononiam. Hinc a dextris ad ulteriora procedens Aritium, Cortonam, Transimenum lacum, Peru-

sium, Fulgineum, Spolitium, Mevaniam, Tudertum, Vulsinas, Faleros, Narnias et olim rerum dominam Romam conspicit; a leva autem Cornelii Forum, quod et Imolam dicimus, Faventiam et Ravennam Sabinorum coloniam, Forum Livii et Pompilii, inde Cerviam, Cesenam, Ariminum, Pensaurum, Fortune Fanum et Senogalliam, tandem sese in modum cubiti flectens, seu sui potius partem iaciens in Adriacum, promontorium facit cuius in extremitate Anchonam veteres condidere Greci; inde Firmum, Picenum et Esculum et post hos Marsos Pelignosque populos, donec alium flexum faciens altissimis verticibus Garganus dictus in Adriacum devehatur iterum, sub quo Sipontum vetus Dyomedis oppidum. Demum pretervehens a dextris urbem Tyburim Catilli,⁶⁹ Prenestas, Ferentinum, Fabracteriam et Aquinum linquit et maximum sui in Tyrrenum protendens brachium Volscos pene omnes includens in Circeum desinit montem, quem vetus fama est exitisse iam dudum Circis venefice regiam. Hinc Teanum Sedicinum et quas dixisse debueram Terracinam atque Caietam,⁷⁰ Suessam, Minturnas, Capuam atque Neapolim, et a Samnio atque Lucania Campaniam dividens scabrosis culminibus in finem Campani sinus excurrit Minerve promontorium fere usque protendens in Capream, includens cum Campania Vesuvium, Pompeios, Noceriam, Stabiam, Surrentum, post hec habens fere in visceribus Beneventum. Hinc Salernum, Lucanos, Brutiosque omnes quos mutato vocabulo Calabros nominant incole spectans, non desinit donec Regium extremum Ytalie oppidum sese evehendo contingat, relictis a leva Dauni regno, Bardulis, Bario, Brundisio atque Tarento et suorum saltuum incolis Salentinis, Petilia Ydomenei,⁷¹ Crotone, Caulone Locrisque atque Stilleo, et Leucopetram linquens ubi supra diximus in fretum secus Regium finem facit, divisus, ut creditum est et saxorum ingentium fracture testantur, terremotu a Peloro primo in Ytaliam verso Scyulorum promontorio; et variis multisque vorticibus verticibus insignis multa in se continet oppida et pascuis silvisque abundans ex se hinc inde flumina emittit maxima et famosa.⁷²

- 53 APOLLINIS promontorium in Affrica est inter Candidum et Mercurii promontoria in Sardiniam se propellens.⁷³
- 54 APRODISIAS promontorium Minoris est Asye.⁷⁴
- 55 ARACYNTHUS mons est Minerve sacer et celebris carminibus poetarum. Verum veteres in qua sit regione non concordant: nam alii dicunt eum Attice regionis montem,⁷⁵ quidam eum esse Thebanum,⁷⁶ non nulli Ambrachium,⁷⁷ et alii Arcadam.⁷⁸
- 56 ARARATH mons Armenie Maioris est, in quo veteres omnes concordare videntur arcam Noe, cessante diluvio, consedissee et eius reliquias consuevere peregrinis indigene demonstrare dixeruntque Armeni locum Exitum seu Egressum, eo quod ibi Noe arcam egressus sit.⁷⁹
- 57 ARAXUM Peloponnensium promontorium in Cephalaniam versum.⁸⁰
- 58 ARENTINUS mons est haud longe ab urbe Roma, in quo Pre-neste civitas sita est.⁸¹
- 59 ARCABRUM seu ARTABRUM promontorium Hispanie Ulterioris est vasto se cornu protendens in mare, et, Hispaniam versus occiduum finiens, terras, maria celumque disternare videtur. Hoc aliqui Olisponense dixerunt ab oppido ei appposito, et quidam vocavere Magnum eo quod maris occupet plurimum.⁸²
- 60 ARCOBARES mons Yndie est quem alii Cacobares dicunt, insignis quidem eo quod ex se Gangem profusissimum orientalem flumen effundat.⁸³
- 61 ARGEUS Cappadocie mons est arduus plurimum et omni tempore pruinis rigens, eumque dei habitaculum veteres accolere crediderunt. Subiacet ei Mazaca civitas Cappadocum metropolis.⁸⁴
- 62 ARIOBARZANES mons est Asye inter Massagetas constitutus et Parthos.⁸⁵
- 63 ARIUS mons est in insula Chio in quo nascuntur optima vina, a monte ariusia nuncupata,⁸⁶ esto sint qui dicant eum promontorium et Ariusium vocitatum.⁸⁷
- 64 ARPENDUS mons est Pamphylie cuius in radicibus Eurimedon defluit fluvius.⁸⁸
- 65 ARTAGUS mons est Cappadocum sub quo Maizacum civitas,

- que postea Cesaria nominata: credo idem cum Argeo de quo paulo ante dictum est.⁸⁹
- ARTEMISIUS mons est Arcadie.⁹⁰ 66
- ARTEMIUS in Argolico sinu mons est.⁹¹ 67
- AS mons est Macedonum.⁹² 68
- ASCREUS mons in Boetia est, a quo et vicus denominatus unde poeta insignis Hesiodus oriundus.⁹³ 69
- ASTERION mons est in sinu Argolico.⁹⁴ 70
- ASTRIXIM mons est Affrice ab aquilone habens litorales Affrice populos, a meridie vero harenas iacentes ad Oceanum usque, in quibus vagantur Gaulales Ethiopes.⁹⁵ Alii vero eum Mauritanie montem volunt, esto non multum intersit, nam et Affrica et Mauritania iuncte sunt.⁹⁶ 71
- ASNAUS mons est Chaonie cuius in radicibus fluit Aous fluvius.⁹⁷ 72
- ATER mons est Affrice e regione subatra. Hic quidem longo spatio ab oriente in occiduum protenditur et a nostris Ater vocatur eo quod adusto similis sit; nec distat multum a Matelge oppido Garamantum.⁹⁸ 73
- ATHLAS vetustissima fama celeberrimus mons est. Hunc aliqui in extremis Mauritanie finibus consistere volunt; aliqui ab Ethiopibus Daraditis et flumine Bamboto ad montem quem Theon Ochema dicunt et promontorium Hesperum decem dierum atque noctium navigatione per Oceanum eum locant.⁹⁹ Mons quidem supra nubes excelsus vertice, aspectu squalidus ea parte qua spectat Oceanum a se denominatum, qua vero Affricam prospicit nemorosus atque opacus et fontibus atque fluminibus irriguus et omnium generum fructuum abundantissimus.¹⁰⁰ Eius supremum culmen semperasserunt esse nivolum, inferiores autem partes a serpentibus, elephantibus et brutis aliis occupatas aiunt.¹⁰¹ Preterea referunt tanta tacurnitate silere per diem ut non absque horrore quodam et occulte divinitatis suspitione adeatur. Nocte vero ad instar celi crebris lucere luminibus et resonare cantibus atque tinnitibus cimbalorum, tiliarum et fistularum Egipanorum et Satyrorum.¹⁰² Sunt insuper qui referant imas eius radices densis altisque silvis repletas incognito, ex genere arborum proceritate

spectabilium frondesque cupresso similes habentium, virore valentes perpetuo easque preter odoris suavitatem obduci lanugine quadam ex qua si arte exculta sit possint non aliter quam ex bombice vestes fieri.¹⁰³ Hunc insuper non nulli Thelamonem nominari volunt, sicut Nylum flumen Melonem asserunt nuncupari.¹⁰⁴

75 ATHOS Macedonie mons est¹⁰⁵ seu (ut quidam perhibent) Thracie¹⁰⁶ Egeo supereminens et altitudinis mirande. Asserunt quidem eum umbram suam in Lemnum usque insulam efferre quam aiunt alii .LXX. mil. passuum, alii vero .LXXXVI. ab Atho distante.¹⁰⁷ Huius preterea vertex (ut pro comperto demonstrant) ventos nubesque superat, cum relictos cineres annui sacri aliquibus caracteribus insignitos anno transacto redeuntis in nullo mutatos inveniant.¹⁰⁸ Dicunt etiam huius in culmine fuisse oppidum nomine Acrothon seu Acrochaon, ibidemque etatem hominum dimidio quam alibi longiorem.¹⁰⁹ Extat etiam hic mons superbie Xersis Persarum regis perpetuum monumentum. Nam adversus Athenienses et Lacedemonas veniens, cum inter Sestum et Abidon ponte facto ex Asya in Europam pedibus ingentem traiecisset exercitum, Athon superare classe disposuit eoque defosso hominum opera a continenti disiunxit navigabili facto itinere longitudinis .LXXV. mil. passuum, cum latitudinis esset mil. .D. , et sic Athon non solum montem sed mare undique circumdatum transductis navigiis insulam derelinquit.

76 ATRITAS Achaie promontorium est haud longe ab Asineo sinu.¹¹⁰

77 AVENE promontorium Mauritanie occidentale, nam inter istud et Calpem Gaditanum coartatur fretum.¹¹¹

78 AVENTINUS ex septem urbis Rome montibus unus est, quem aliqui volunt ab avibus e Tiberi ascenduntibus nominatum. Alii volunt ab Aventino aboriginum rege ibidem occiso atque sepulto nuncupatum. Sunt insuper et qui dicant eum a Sabinis ibidem a Romulo susceptis a quodam provincie sue monte nomen impositum.¹¹² Aliqui ab adventu hominum, eo quod ibi commune Latinorum Diane templum constitutum sit, dictum; non nulli alio ab adventu appellatum, nam dicunt eum mon-

tem paludibus a ceteris fuisse disclusum et eo quod ex urbe rari-
bus ibidem veherentur Aventinum vocitatum.¹¹³

AULON mons est vinetis abundans.¹¹⁴ 79

AZAN Frigie mons est in quo Iuppiter et Cybeles coli consueverant. Alii putant apud Arcades esse et ibidem eo ritu quo apud Frigios colebantur coli Iovem Matremque deum.¹¹⁵ 80

AZARE Mauritanie montes sunt, disterrnantes a Mauritania 81
Africam.¹¹⁶

BAAL mons Ermon circa Libanum in finibus Allophilorum 82
est. Aliqui eum dicunt Baalermon, quem eo sic vocari arbitror.¹¹⁷

BALBUS mons est Affricae insignis latebra Massinise regis a 83
Siphace superati. Est enim fontibus abundans et pascuis agro-
que Carthaginensi propinquus.¹¹⁸

BALLISTA mons Gallie Cisalpine situs apud Ligures.¹¹⁹ 84

BARBOSTENES mons Laconum est non amplius .x. mil. pas- 85
suum a Lacedemone distans.¹²⁰

BARGILUS mons Phenicum Syrie conterminus est.¹²¹ 86

BEBIUS Campanie mons est, ignem ad instar Etne Sycule 87
vaporans.¹²²

BEFEGOR et Fegor montes Moabitarum sunt quorum in 88
summitate Balaam ariolus a Balaac rege deductus est ut male-
diceret Israelitis.¹²³

BERECINTHIUS mons est Frigie in quo dudum Cybeles mater 89
deum ritu gentilicio persanctissime colebatur, a quo etiam Be-
recinthia dicta est.¹²⁴

BERIS super Miniadam in Armenia mons est, cuius in vertice 90
arbitrati sunt veteres multos tempore diluvii Noe salvatos. Nec
desunt qui dicant ibidem arcam applicuisse Noe et diu post
ostensam ab incolis seu eius reliquias extitisse.¹²⁵

BINON promontorium ultra Cyrenem est inter duas Syrtes 91
protensum, Maiorem claudens.¹²⁶

BLAGNIA mons est Hibernie cuius in radicibus tres nobiles 92
scaturium fluvii Berua, Eorus et Siurus, omnem fere irrigantes
insulam.¹²⁷

BOREAS mons est Epyri Dyrrachio proximus.¹²⁸ 93

- 94 BORION promontorium Numidie, sic a Grecis dictum quod a Borea vento infestetur. Ei quidem Hipponis Regius superimpositus in Hipponis nomen permutavit.¹²⁹
- 95 BRUTINUM Hispanie promontorium est.¹³⁰
- 96 BRUTIUM promontorium Ytalie in Yonium mare tendens haud longe a Caulonia et Cosentia.¹³¹
- 97 BRACE montes sunt disterminantes Mauros Superiores et Ethiopes Perosos, a radicibus Nigrensem fluvium effundentes.¹³²
- 98 BRILESUS Attice regionis mons est.¹³³
- 99 BULI mons Syrie haud longe a Gari.¹³⁴
- 100 CAAS mons est Syrie in tribu Effraim insignis tumulo Iesus filii Nave, nam diu apud vicum Thamnam sepulchrum eius ab incolis forensibus ostensum est.¹³⁵
- 101 CADISTUS seu CALISTIS Cretensium mons est adeo in vertice candens ut a navigantibus nubes potius arbitrentur quam vertex.¹³⁶
- 102 CAEMA mons est Alpium dirimentium Togatam Galliam a Comata, ex quo Varus fluvius emittitur.¹³⁷
- 103 CAPHAREUS Euboeae mons est altissimus, promontorium faciens quod in Hellespontum protenditur,¹³⁸ apud quod plurimi Grecorum a Troia redeuntium fraude Nauplii cupientis ulcisci mortem Palamedis filii sui iniuste perempti periclitati sunt.¹³⁹
- 104 CALDONE promontorium Yndie propinquum flumini Salso, haud longe a loco ubi quondam Eufrafis hostium.¹⁴⁰
- 105 CALICANDRUM Asye Minoris promontorium est, terminus navigationis a Romanis positus Antiocho Magno ab eis superato.¹⁴¹
- 106 CALIDROMUS Achaie est promontorium haud longe a sinu Maliaco.¹⁴²
- 107 CALINGON promontorium est in Oceanum orientale tendens.¹⁴³
- 108 CALPE Hispanie mons est totus fere in mare prominens, Abyla, qui in Mauritania est, oppositus, quem, ut de Abyla dictum est, alteram Herculis Columnam vetustas credit, asserens eum cum Abyla perpetuo iugo iunctum et ab Hercule ab

- Abyla separatum et inde Oceanum mole montis ante retentum in medias exundasse terras angustoque freto Europam ab Affrica separasse.¹⁴⁴ Sunt preterea qui velint apud Sylicie Pharam Calpem alium esse.
- CALUM seu CHION promontorium Cretense in occiduum vergens.¹⁴⁵
- 110 CAMBALIDUS Yndie mons est et Caucasi ramus, sub quo Messalene; et inde mollissimus in Bactrios transitus.¹⁴⁶
- 111 CAMENTA Cypri promontorium est solem spectans occidentum.¹⁴⁷
- 112 CANASTREUM Macedonie promontorium est, cui Sena proxima.¹⁴⁸
- 113 CANATUS Citerioris Hispanie mons excelsus est cuius (ut aiunt) in vertice lacus profunditatis imperscrutabilis, colore niger, de quo miranda referunt incole. Dicunt enim si quis lapidem aut aliquid durum in eum iecerit confestim tempestatem oriri; eiusque in abdito specu palatium esse demonibus, et alia plura meo iudicio fabulosa.¹⁴⁹
- 114 CANDAVIA mons est Epyri a Dyrrachio distans .LXXVIII. mil. passuum.¹⁵⁰
- 115 CAPITOLINUS Rome mons est, eo sic dictus quod, cum in eo fundamenta foderentur edis Iovis, humanum caput inventum dicitur. Antea quidem Tarpeius dictus est a virgine vestali Tarpeia, que ibi a Sabinis necata atque sepulta est, et adhuc eius rupes saxum Tarpeium appellatur. Hunc eundem montem tradiderunt vetustissimi Saturnium appellatum, et ab eo late Saturniam terram; et in hoc antiquum etiam fuisse oppidum cui Saturnia nomen, cuius in longum postea tria mansere vestigia. Nam Saturni fanum in eius fuit faucibus, et Saturnia porta quam postea vocavere Pandanam; et quod post edem Saturni in edificiorum legibus privatis parietes postici muri sunt scripti.¹⁵¹
- 116 CAPONTES, vel CATOPEN secundum alios, mons est Scithis proximus, cuius sub radicibus haud longe a Zimara seu Zizima dicunt Eufratem oriri.¹⁵²
- 117 CARALITANUM promontorium puto Sardinie sit, versus Africa tendens.¹⁵³

- 118 CARDUENNI montes sunt Armenie Maioris in quibus archam
Noe resedisce cessante diluvio a non nulli traditum est.¹⁵⁴
- 119 CANDIDUM promontorium Affrice est Sardinie adver-
sum.¹⁵⁵
- 120 CARINA mons Crete insule est ex quo mirabile recitatur.
Aiunt enim, cum mollis sit nec amplius .ix. mil. passuum am-
bitus, intra hoc spatium nullas reperiri muscas nec mel ibidem
factum nusquam attingant.¹⁵⁶
- 121 CARIOBARZANES mons est inter Massagetas Parthosque.¹⁵⁷
- 122 CARIZIM Samarie letissimus mons est, civitati Sicioniorum
supereminens.¹⁵⁸
- 123 CARMANIE promontorium puto Persici maris, cui iunguntur
populi Armozei; et ibidem portus Macedonum est et are Ale-
xandri.¹⁵⁹
- 124 CARMELUS Phenicum mons est Helie prophete spectabilis
mansione et oleis arbutisque et vinetis conspicuus, per dietas
circiter duas distinctus.¹⁶⁰ Huius in radicibus palus est Cende-
bora ex qua progreditur Belus fluvius arenas trahens ad vitrum
conficiendum cristalli emulum ceteris prevalentes.¹⁶¹
- 125 CARMELUS mons alter a superiori in Galilea est, de quo
Nabal.¹⁶²
- 126 CARTANDRUS mons est inter Persas Medosque positus.¹⁶³
- 127 CASINUS mons est Campanie ubi dudum Apollo colebatur
ab incolis, cuius fanum destructum a Benedicto sanctitate in-
signi viro sub beati Martini titulo ad honorem veri Dei celebris
ecclesia constructa est, et eo in loco in quo ara erat Apollinis
erectum est altare ac sub Ioanni Baptiste nomine consecra-
tum.¹⁶⁴
- 128 CASIRUS mons Persidi propinquus, cui apposite urbes Seleu-
cia et Susinate.¹⁶⁵
- 129 CASIUS Syrie mons est haud longe ab Antiochia sub quo
olim Seleucia libera, Pieria appellata. Hic mons altissimus est,
nam ambitu ad cacumen .xviii. mil. passuum dicitur, altitudo
autem per directum .iiii. mil. passuum, et de eo antiquitas mi-
rabile quoddam refert. Asserit enim quarta noctis vigilia in
orientem per tenebras solis globum surgentem videri et sic par-

- vo corporis flexu hinc surgentem solem, inde profundissimam
noctem intuetur aspiciens.¹⁶⁶
- CASIUS mons alter a superiori. Hic enim in Arabia est, Pelu-
sio Egypti conterminus, haud longe a loco qui dicitur Ostraci-
ne, nobilis sepulcro Pompei Magni.¹⁶⁷
- CASPIUS mons sub boreali plaga constitutus, et ab eo Ca-
spium mare, cui conterminus est, denominatum.¹⁶⁸
- CASTALIUS mons in Delphis est Musis sacer.¹⁶⁹
- CATHABATHMON mons Parethonio propinquus est, cui et
Alexandri castra vicina sunt.¹⁷⁰
- CATACRISEA montes sunt eo in deserto per quod transitum
fecere filii Israel ab Egypto in terram promissionis venientes.
Hos quidem auro fertiles aiunt eosque penes perhibetur Mo-
ysen librum de Deuteronomio descripsisse.¹⁷¹
- CATILLUS mons est prope Tyburim civitatem Rome vicina, a
Catillo fratre Tyburti conditoris Tyburis denominatus.¹⁷²
- CAUCASUS orientalis mons et famosissimus est. Is quidem se-
cundum quosdam¹⁷³ inter Oleos, qui sunt ad Cimmericum ma-
re, et Albanos, ultra Caspium sub septentrione iacentes, eleva-
tur primo, et perpetuo iugo usque in orientem extremum pro-
tendi videtur, secundum varias illi nationes adiacentes varia su-
mens nomina. Eumque Taurum montem seu Tauro monti iun-
ctum credidere plurimi, eo quod Parcoatras Armenie mons in-
ter Taurum et Caucasum positus illos iungere videtur. Sed
fluvius Eufrates ex Parcoatra descendens et in meridiem de-
fluens et ad sinistram Taurum derelinquens eos esse disiunctos
ostendit. Et sic a dextris inter Oleos ad Albanos, ubi portas habet,
incipit Caucasus, sic dictus eo quod semper eius vertices
nive candeant, nam incolarum lingua candor dicitur cauca-
sus.¹⁷⁴ A portis autem Caspiis ad Armenas usque pilas seu ad
Tigridis fontem inter Armeniam et Hiberiam qui vertices Cau-
casi sunt Acrocerauni appellantur, de quibus supra. A fonte
autem Tigridis usque Carras inter Parthos Massagetisque
Ariobarzanes nominatur. A Carris usque ad Cadippi oppidum
inter Bacrianos et Hyrcanos Momarmali dicitur, amomi ibi-
dem nascentis insignis, a quo collis subsequens dicitur Par-
thau. Ab oppido vero Cadippi ad Saffrim vicum inter duas

Sarcaraucas et Parthionas mons est Oscobares, ex quo Ganges et Lazer exundant.¹⁷⁵ A fonte Gangis usque ad fontem fluminis Ortogorre, qui a septentrione est ubi montani Paropanisade, Taurus est. A fontibus Ortogorre usque ad Ortogorre civitatem inter Hyrcanos, Scythas et Gangaridas Caucasus est. Ultimus autem inter eos et Passiadras mons Imabus vel Imavus,¹⁷⁶ ubi Crisatoras fluvius et Samara promontorium ab orientali excipiuntur Oceano, et sic Imavus extremus est Caucasus. Alii¹⁷⁷ Taurum hunc totum volunt eumque ab oriente nostrum usque mare deducunt, Caucaso huius tam longi monti nil preter particulam orienti propinqua donantes.

- 137 CAULON Calabriae seu Brutiorum mons est in finibus Ytalie, freto Sycilie propinquus, Baco fertilis et cui eiusdem nominis oppidum fuit.¹⁷⁸
- 138 CELIDONIUM ultimum est Tauri promontorium, in nostrum effusum mare.¹⁷⁹
- 139 CELIUS mons Urbis est a Cele Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus eo quod Romulo adversus Latinum regem cum auxiliariis venerit;¹⁸⁰ inclitus quidem multis titulis, sed nec minus insignis est quod in eo poeta Ennius habitaverit.
- 140 CELTICUM promontorium Hispanie in Oceano procurrens.¹⁸¹
- 141 CENEUM promontorium Eubee in septentrionem directum.¹⁸²
- 142 CENUS extremum Ytalie promontorium versus Pelorum Sycilie tendens, non amplius .XII. stadiorum intervallo distantia.¹⁸³
- 143 CERASONCHISEON promontorium Propontidis in quo Bizantium oppidum, cui postea nomen Constantinopolis.¹⁸⁴
- 144 CERAUNI montes in Epyro oriuntur et ex inde continuo iugo Ripheis iunguntur, a parte altera in Euxinum et Meotida atque Thanaim cadunt, altera vero in Caspium.¹⁸⁵
- 145 CERCIUS mons est haud longe a Thessalia, a Merope quippe eunti Thessaliam invenitur.¹⁸⁶
- 146 CESPIUS Urbis mons est regione Exquilia apud edem Iunonis Lucine.¹⁸⁷
- 147 CHILDARDUS Hibernie mons est.¹⁸⁸

CHIMERA (ut videant loici quod aliquid sit) mons est Lycie apud Phaselitas Cariam a Lycia distermians. Huius quidem summitates perpetuis flagrant flammis que quidem augentur aqua super infusa, terra vero iniecta extinguuntur.¹⁸⁹ Alit preterea mons iste circa summum leones paulo autem infra capreas suntque radices eius serpentum plenissime. Bellerophon autem Glauci filius hunc purgavit noxiis et habitabilem fecit, a quibus fabule locus adinventus est.

- CYBELUS Frigie mons in quo Cybeles deum mater colebatur, olim denominata Cybeles ab eodem.¹⁹⁰
- CIBOTUS olim mons fuit et in eo oppidum nomine Caritate, qui terremotu absortus est una cum oppido.¹⁹¹
- CILBIANI montes sunt Thracie in quibus Cayster fluvius oritur.¹⁹²
- CILLENIUS mons est Arcadie celebris nativitate Mercurii.¹⁹³
- CIMBRORUM promontorium est sub septentrione et in Oceanum Aquilonarem protenditur.¹⁹⁴
- CIMINUS Etrurie mons est, in quo et eiusdem nominis lacus.¹⁹⁵
- CINTHIUS mons est insule Deli famosus Apollinis nativitate,¹⁹⁶ cuius tam grandem magnitudinem dicunt ut umbra sua Egei maris ambitum tegat.¹⁹⁷
- CIRENEUM promontorium in Asya Minori haud longe a monte Mina.¹⁹⁸
- CIRCUS seu CIRCEUS mons Ytalie et Caiete propinquus, sic a Circe venefica, quam ibidem regiam habuisse volunt, denominatus; cuius in summitate et oppidum eiusdem nominis fuisse pregrande dicunt. Preterea asserunt hunc olim a continenti fuisse disiunctum, non quidem freto sed paludibus, et Etheum¹⁹⁹ antea nominatum ab horrore transeuntium credentiumque ibi homines in belluas transmutari. Tandem ex Albanis montibus limus effluens completis paludibus eum fecit terre continuum.²⁰⁰
- CIRRA mons est Phocidis seu vertex alter Parnasi montis in quo olim celebre toto orbi oraculum fuit Apollinis.²⁰¹
- CYTHERON Boetie mons est poetarum carminibus celeberrimus, nec longe a Thebis extollitur.²⁰² Aliqui partem Parnasi

putant, a Cytherone quodam denominatum.²⁰³ In hoc enim precipue colebatur Bachus,²⁰⁴ secundum autem alios Venus eamque dicunt ab eo Citheream fuisse vocatam.²⁰⁵

160 CITHORIUS mons est Paphlagonie abundans buxo,²⁰⁶ in spatium .LXIII. mil. passuum porrectus, loco Veneto clarus, a quo volunt Paphlagonios in Ytaliam cum Antenore transvectos Venetos appellatos.²⁰⁷

161 CITRIA promontorium est Carie,²⁰⁸ esto sint qui dicant illum Deli montem.²⁰⁹

162 CLAREUS mons orientalis est in regione que dicitur Apavor-tene.²¹⁰

163 CLARIUS mons est Colophonie in quo colitur Apollo, et ab eo Clarius nominatus.²¹¹

164 CLIBANUS mons apud Calabros est haud longe a Lacinio promontorio.²¹²

165 CLIMAX Ethiopie mons est secus Rubrum mare, ubi honesti homines et Rubri maris tenentes imperium, femine prolixis barbibus insignes venationibus vacantes tigresque habentes pro canibus et pardos etiam nutrientes.²¹³

166 CODREI Medorum sunt montes.²¹⁴

167 COPHANTUS Bactrianorum mons est nocte flammam emittens e vertice.²¹⁵

168 COLAICUM Yndie promontorium in Taprobanem insulam sese ferentem.²¹⁶

169 CORAMBIS promontorium Paphlagonum in Ponto, haud longe ab amne Parthenio.²¹⁷

170 CORAX Etolie mons est altissimus inter Callipolim et Naupactum.²¹⁸

171 CORAS mons est non longe Tyburim, a Corace fratre Tyburti conditoris Tyburis dictus.²¹⁹

172 CHOREB mons regionis Madian est iuxta sinum Arabie imminens, qui quidem venerandissimus est ob crebram iam dudum veri Dei apparitionem.²²⁰

173 CORICUS Cilicie mons est insigni specu memorabilis qui in summo montis vertice Corico oppido supereminente amplo satis hyato patet et in profundum demissus quanto magis demittitur tanto amplior efficitur, et undique pubentibus lucis adeo

pulcher atque admirabilis sese intuentibus aperitur ut mentes admiratione consternat, qui cum etiam assuefactos non satiet per descensum unicum et angustum atque asperum .MD. passuum inter amenas umbras et opaca silvarum, rivis hinc inde quoddam agreste sonantibus. Ast ubi in finem descensum est specus apparet alter, verum cymbarum sonus terret adeuntes ingressu primo et aliquandiu spectabilis incedenti fit obscurior et ingentis amnis se extollentis frons aspicitur, qui ubi parvo cursu maximum demonstravit impetum conditur. Intra vero spacium est horribile et incognitum, angustum tamen sacrumque adeo ut a diis habitari veteres crediderint incole. Alius preterea specus ulterius est quem Thiphoneum vocant, angusto ore et (ut experti tradidere quidam) pressus et assidua nocte suffusus, eumque dicunt aliquando Thiphonis fuisse cubile, et quod in se demissa confestim exanimat. Memorandus est et fabula et natura.²²¹ Mons autem extrorsum croci plurimum ferax est, adeo ut sint qui credant ob hoc illi nomen Coricus positum.²²²

CORIS Thessalie mons est serpentes producens quibus sipas nomen est, non proprium habentes colorem sed loci similem in quo morantur sumentes; morsu quidem non aspero sitim ingerunt, et insanabilis est.²²³ 174

CORITUS mons creditur Hetrurie a Corito vetustissimo rege Electre viro et Dardani patre una cum oppido in eodem existente denominatus.²²⁴ 175

CORSICUS mons est ultra Hiberiam et Hyrcaniam, ex quo nascuntur ex vicinis fontibus Cyrus et Cambyses ingentia flumina.²²⁵ 176

CORONE Achaie promontorium.²²⁶ 177

CREON mons est in insula Lesbos.²²⁷ 178

CRIMOCA promontorium Euxini maris arduo supercilio.²²⁸ 179

CRISE promontorium est Oceani orientalis apud Seres.²²⁹ 180

CROCODILLUS Cilicie mons est a parte Amanni fluminis.²³⁰ 181

CROCUS mons est in Creta insula.²³¹ 182

CROTONIUS mons Achaie Pise civitati supereminet.²³² 183

DADAI montes sunt Yndie olim Cliopedis regine propinqui.²³³ 184

- 185 DARDANUS mons est Apulie.²³⁴
- 186 DELPHICUS mons inter Hystriam et Mentoriā esse fertur, cuius in culmine existentes aiunt ex longinquo navigia venientia cernere.²³⁵
- 187 DICTEUS Crete insule mons est a Dictea nymp̄ha que in eo colebatur dictus,²³⁶ qui quidem adeo in verticibus albet ut a navigantibus nubes quam vertices potius existimentur.²³⁷ In hoc aiunt Iovem, quem deum stolidi arbitrabantur, absconditum a matre et a Curetis nutritum.²³⁸
- 188 DIMASTUS mons est in Micono insula.²³⁹
- 189 DINDIMUS mons est Frigie in quo Galli sacerdotes Cybeles et sacra Matris deum celebrare et se abscondere consueverant.²⁴⁰
- 190 DINARETE promontorium insule Cypri.²⁴¹
- 191 DIOMEDES promontorium in Dalmatia est.²⁴²
- 192 DIPTAMON Crete insule mons est abundans diptamo herba, a quo et ipsa nomen sortita est.²⁴³
- 193 DODONA Chaonie mons²⁴⁴ in quo et silva eiusdem nominis, et in ea olim fuere quercus et quibus columbe consueverant responsa dare querentibus.²⁴⁵
- 194 DOLOROSUS mons in Anglia est.²⁴⁶
- 195 DREPANTINUM promontorium est Sycilie.²⁴⁷
- 196 DYRRACHIUM Epyri mons est, ubi castrum est quod Petra dicitur.²⁴⁸
- 197 DURISCOS promontorium est Attice regionis.²⁴⁹
- 198 EBBITEI montes sunt apud Bathimos ad Oceanum meridionale.²⁵⁰
- 199 EBRON mons Palestinorum est haud longe a Gaza Syrie civitate, cuius in verticem olim Sanson noctu Gaze ab hostibus inclusus portas vectesque detulit.²⁵¹
- 200 EDON mons est Thracie.²⁵²
- 201 EFFRAIM Iudee mons est in quo olim Sicem Fugitivorum civitas fuit.²⁵³
- 202 EGIALEUS Attice regionis mons est.²⁵⁴
- 203 ELATUS nobilis Cephalanie mons est.²⁵⁵
- 204 ELEOMNE mons est Macedonie.²⁵⁶

- HELYCON Boetie mons est Musis dicatus celebrisque poetarum carminibus, ex quo inter alia flumina Permessus egreditur.²⁵⁷
- EMIMEDIMNUS mons est Hyberie Pontice.²⁵⁸
- EMOCHI montes sunt Yndie.²⁵⁹
- EMODUS mons pars Caucasi creditur,²⁶⁰ quem cum superioribus quos Emochos vocant idem credo.
- HEMUS mons aliqui dicunt Thessalie sit et in eo locum describunt qui Tempe dicitur,²⁶¹ alii vero Thracie attribuunt. Huius celsitudinis adeo grandis fama fuit ut crederetur ex huius vertice Adriaticum et Euxinum mare posse discerni,²⁶² quod experturus Philippus Demetrii filius Macedonie rex illum conscendit, nec absque labore plurimo. Nam circa medium adeo ramorum arborum innexione densum invenit ut preter impeditum iter non nunquam celum vix cernere posset; et cum post diem tertiam ab incepto a radicibus itinere devenisset in culmen cuncta nebulis omnia comperit et vulgate opinionis omnia falsa, et sic spe frustratus duabus aris Iovi Solique in vertice consecratis descendit.²⁶³ Hic una cum Rodope et Orbelone sacris Liberi patris et Menadum cetibus, Orpheo vate primum iniciante, celebris fuit,²⁶⁴ qui, vasto iugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in culmine Aristeum.²⁶⁵ Volunt alii quod Hemus ea in parte quam aratores celebrant Scythe ostendat tumulum Polydori ubi Gerania urbs, quam vocant barbari Caciton, et ex ea ferunt Pigmeos fugatos a grui-bus.²⁶⁶
- EOS mons est ad Arabicum mare.²⁶⁷
- EPOPON dudum mons Pitecusarum insule Campano fuit in sinu, ex quo cum repente flamma emicuisset, in processu campestri solo equatus est.²⁶⁸
- HERACLEUM promontorium est Colcorum.²⁶⁹
- ERCINIUS Germanie mons insignis est.²⁷⁰
- ERIDANUS mons est Dyrrachii.²⁷¹
- ERIMANTUS mons in Arcadie finibus constitutus est, in quo Hercules aprum cuncta vastantem vivum cepit eumque Euristeo detulit regi.²⁷²
- ERIX Sycilie mons est Drepano propinquus,²⁷³ cuius in sum-

205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216

mitate fuit olim Ericine Veneris templum ab Ericae eiusdem filio et a quo denominatus est mons constitutum: in hoc autem ab Aenea Anchises secundum quosdam tumulatus est.²⁷⁴

- 217 ERMINIUS mons Lusitaniae in Hispania.²⁷⁵
- 218 ERMON mons Amorreorum est ultra Iordanem, quem Phoenices vocant Sanor et Amorrei Sanir, cuius in vertice insigne fuisse templum summe celebre apud gentiles dicitur. Distat duobus .M. passuum a Tabor et eius est adeo vertex frigidus ut ex eo ad delicias nobilium estivo tempore ferantur nives Tyrum.²⁷⁶
- 219 ESPERUS CERAS promontorium extremum Affricae est adversus Dorchadas insulas olim Gorgonum domos, Ethiopum Esperorum confine.²⁷⁷
- 220 ESPERUS mons Ethiopum est sub Affrico situs.²⁷⁸
- 221 ESTIE promontorium Bosphori est.²⁷⁹
- 222 ETHEODONTIA mons est Graeciae Thermopylis supereminens.²⁸⁰
- 223 ETNA mons in medio Siciliae orbi toto celeberrimus fama et cum sublimis plurimum sit solitudoque et culmine celso globosus ignis emictere, hodie deficiente iam subterraneo sulphure solum fumos emittit.²⁸¹ Cuius in summitate duos esse crateres, ex quibus olim eructabat flamma, dicunt indigene, circa quos eum asserunt esse cinereum et nivium ut plurimum tectum, cum circa radices amenissimus montium sit, limpidissimis fontibus et fructibus abundans.²⁸² Et quoniam persepe terremotibus regio agitur, fabulam finxerunt veteres, eum scilicet a Iove Tiphei capiti super impositum, et hinc quas suspirans gigas flammam emittit evomere et tremere omnem dum frustra conatur excutere.²⁸³ In hoc oppidum ingens et sui nominis olim fuit.²⁸⁴
- 224 EUCALEGON mons est haud longe a Sigeo Troianorum promontorio.²⁸⁵
- 225 EUGANEUS mons est Venetiarum, quem (ut quidam putant) incolae dicunt hodie Paduanum, Patavo proximum.²⁸⁶
- 226 EUPROSOPON promontorium Syriae est non longe a Sidone.²⁸⁷
- 227 EUROTAS mons est Laconiae regionis.²⁸⁸

- PHALARIUM promontorium est Corcira insulae ex quo in mare protenditur scopulus quem a similitudine Ulixis navem fuisse dixere vetusti.²⁸⁹
- FALERNUS Campaniae mons est optimi vini ferax.²⁹⁰
- 230 PHANEUS promontorium Chii insulae, et secundum alios Siciliae, vitis consitus et a Phaneo rege olim denominatus.²⁹¹
- FARACLI mons est seu vertex Yde montis Troiani.²⁹²
- 232 FASGA mons est supra Iordanem in terra Moab contra Ierico,²⁹³ sub quo Ianna civitas in campo Moab.²⁹⁴
- FERRARIA promontorium Hispaniae sub quo Hyberus fluvius ingreditur mare.²⁹⁵
- 234 FESULE mons est biceps Florentiae inclite Tusciae civitatis supereminens, olivetae plenus, ex quo si lapides qui plumbei sunt exciduntur brevi tempore spatio novis incrementis restaurari compertissimum est. Fuit et in culmine huius eiusdem nominis vetustissima civitas, ruinis semesis testantibus.²⁹⁶
- 235 PHYCONTA promontorium est Affricae importuosum haud longe ab his oris quas dudum testantur aliqui tenuisse Lotophagos.²⁹⁷
- 236 FIONDIS Thessaliae mons est Memphus vocitatus olim.
- 237 FISCELLUS Italiae mons haud longe a Thyberi fluvio.²⁹⁹
- 238 FOGOR Moabitarum mons est ad quem Balaach rex deduxit Balaam ariolum ut malediceret Israelitis.³⁰⁰
- 239 PHOLOE mons est Thessaliae: in eo quondam Centauri nati sunt.³⁰¹ Alii Arcadiae montem dicunt, non nulli Thraciae.³⁰²
- 240 FORGIUS Ethiopiae mons excelsissimus.³⁰³
- 241 PHRASUS Etoliae mons est, haud longe a promontorio Antirion ubi hostium Corinthiaci sinus.³⁰⁴
- 242 GABAA mons est Iudaeae in tribu Benjamin haud longe ab Ierusalem.³⁰⁵
- 243 GABALO mons est in terra promissionis in quo iussu Moysis altare constitutum est.³⁰⁶
- 244 GADGAD mons est in deserto Sinai, quem penes castrametati sunt filii Israel.³⁰⁷
- 245 GAGE mons est Minoris Asiae in quo Coridalla et Rhodiopolis site sunt.³⁰⁸

- 246 GAGUS mons est Minoris Asye haud longe a Patara; credo
idem cum superiori.³⁰⁹
- 247 GALAAD mons est ad tergum Phenicis et Arabia Libano co-
pulatus, et in eodem civitas eodem nomine dicta quam cepit
Galaad filius Machir de manu Amorreorum et tam monti
quam civitati nomen suum imposuit, et ab eo olim Galadites
regio nuncupata est.³¹⁰
- 248 GALEO mons Attice regionis.³¹¹
- 249 GALLICANUS Campanie mons est et imminet agro Falerno,
et eidem Casilinus.³¹²
- 250 GALLIDROMON mons est seu aliud ex cacuminibus immi-
nentibus Thermopylis.³¹³
- 251 GALMAD mons supra Idumeam et Samariam.³¹⁴
- 252 GARGARA Frigie mons seu summus Yde montis vertex,³¹⁵
nam Gargara dictus quasi 'cara caros' quod 'caput capitis' so-
nat, idest 'altitudo altitudinis', ubi templum olim fuit Iovis.³¹⁶
- 253 GARGANUS Apulie mons est sinistrorsum ab Appennino in
Adriaticum veniens mare, cuius in radicibus Sipontum civitas
olim a Diomede montis victore condita.³¹⁷ Secus hunc Meta-
pontum dicunt, ubi Palladis Helinitis templum fuisse aiunt in
quo diu servata sunt Epii instrumenta quibus durium equum
apud Ylionem fabricaverat; et apud eundem asserunt locum
fuisse Daunie nominatum, in quo Palladis Achaie templum,
ubi bipennes eree et arma Diomedis sociorum deposita diu
ostensa sunt. Dicunt preterea ibidem fuisse canes Grecis ve-
nientibus leta garrulitate blandientes.³¹⁸ Sed quod longe maius
et verius atque venerabilius est, hoc in monte anno ab incarna-
to Verbo .CCCLXXXI. Zenone principe imperante Romanis di-
vino munere Michaelis archangeli specus incolis ostensus est,
in hodiernum usque celebris et summa a Christicolis devotione
visitatus.³¹⁹
- 254 GARI mons est Syrie,³²⁰ et secundum alios dictus Garius in
Samaría,³²¹ in quo Cusei populi ab Assyríis in Samariam missi
relicto Ierusalem templo diis suis altaria construxerunt.³²²
- 255 GAULALEUS Mauritanie mons est et ab eo circumhabitantes
Ethiopes Gaulales dicti sunt.³²³

- GAULANNUS Campanie mons est Puteolis Baisque vici-
nus.³²⁴
- GAURUS Campanie mons est³²⁵ propinquus Massico monti
atque Surrento.³²⁶
- GAZARIM mons seu GARIZEUS in Iudea est supereminens Si-
cionorum civitati.³²⁷
- GEBAL mons est Iudee oppositus Gazari, qui et Hebal nun-
cupatus est.³²⁸
- GEBENNA Gallie mons est inter Arvernos et Elvios medius,³²⁹
et in eo civitas posita cui Genua nomen est.³³⁰
- GELBOE Syrie mons est .vi. a Scitopoli lapide.³³¹ In hoc, quia
Saul primus Iudeorum rex a Palestinis victus, occisis filiis, ab
Amalechita iuvene percuti precibus obtinuit, maledictione Da-
vid successoris eius nec ros nec pluvia postea cecidit.³³²
- GERASENORUM mons est trans Iordanem, in quo Alexander
Iudeorum rex mortuus est.³³³
- GERESTRUM Eubee promontorium Atticam spectans.³³⁴
- GERIONIS montes in Ytalia prope Lerinatem agrum
sunt.³³⁵
- GIBEL mons est Iudee sub quo Ior et Dan fontes ex Libano
prodeuntes Iordanem fluvium iuncti faciunt.³³⁶
- GINDOS Minoris Asye promontorium in quo dudum Trio-
pia Libera.³³⁷
- GION mons est Iudee, apud quem Salomon fuit inunctus in
regem Iudeorum et diademate insignitus.³³⁸
- GIRIM mons est apud Garamantas in quo nasci gemmas ve-
tustas testata est.³³⁹
- GORDITANUM Sardinie promontorium in conspectu habens
Asulensem et Anenosim insulas.³⁴⁰
- GRIM mons est Citerioris Hispanie mari contiguus.³⁴¹
- GRACIUS mons Frigie est Xanto flumini propinquus.³⁴²
- IAGRUS mons est ex Armenia inter Medos Adiabenosque ve-
niens supra Param et Cenem.³⁴³
- IAMBUS mons est Caucaso iunctus, dividens Yndiam a
Scythia Superiori et Inferiori Hyrcania.³⁴⁴
- IANICULUS unus ex montibus Urbis, in Etruria quidem posi-
tus.

tus et sublicio ponti iunctus,³⁴⁵ a Iano, ut creditur, olim Romanorum deo nuncupatus.³⁴⁶

275 HYBLA mons Attice regionis seu Arcadie est, thymo abundans et melle.³⁴⁷

276 YCARUS mons est Attice regionis.³⁴⁸

277 YDA mons est Frigie, haud longe ab Ylione et Hellespontico supereminens mari, memorabilis iudicio Paridis. Ex eo quidem mirabile quoddam retulere veteres, scilicet solem surgentem longe aliter quam in aliis terris conspici. Nam intento ad hoc ex summo montis apice, cui Gargara nomen, a media fere nocte passim ignes micare plurimi videntur diu; tandem, nocte in diem eunte, qui sparsi fuerant in unum convenire, donec in unam emicent flammam que, postquam diu grandi incendio similibus clara visa est, sese in rotundam formam cogi cernitur et ingens factus globus terris apparet annexus, deinde paulatim decrescere et lucidior effici donec iam fugatis tenebris sese extollat in altum, sol factus. Ex hoc preterea monte Scamander, qui et Xantus, et Symois fluvii, longe fama maiores quam undis copiosi, et alii scaturiunt plures.³⁴⁹

278 YDALIUS mons in Cypro Veneri sacer est.³⁵⁰

279 YDEUS mons est Crete insignis plurimum apud veteres, eo quod in eodem Iovem absconditum a matre Rheia et clam nutritum credant antiqui, eiusque sepulcrum in eo a priscis diu visitatum est.³⁵¹

280 YDRUS Calabrie mons est,³⁵² unde oppido nomen Ydruntum.

281 IGRIS promontorium est Elidos haud longe a Pisa.³⁵³

282 IMABUS orientale promontorium ab Emodis montibus in mare Oceanum se extollens. Sonat quidem Imabus Iarica lingua niveus, extremus quidem Caucasus est.³⁵⁴

283 HYMETUS mons inter ceteros Attice regionis obtinet pulchritudinis principatum, nam floribus nitet, timo abundans et optimo melle,³⁵⁵ et in eo, dicunt, nascitur herba carisia, quam mulieres, uti ardentius appetantur a viris, brachiis alligare consueverunt.³⁵⁶

284 YNARIMES mons olim fuit insule Prochyte, ut scribitur, sed ego credo eius que hodie Iscla vocatur adversa Miseno,³⁵⁷ et

sub eo finxere poete, eo quod altissimus fuerit et ignes more Etne evaporaverit, Iovem caput supposuisse Thiphei.³⁵⁸ Hic quidem mons, a perpetuo igne introrsum fere consumptus, a terremotu excussus et in mare deiectus est fecitque ex se longe ab Iscla insulam aliam quam indigene Prochyta vocaverunt eo quod ex propinquo ceciderit mons ex quo edita sit.³⁵⁹

IOVIS mons in Hispania est occidenti oppositus, cuius eminentia, quia inter exigua cautium spatia consurgit, Hannibalis scala appellata est.³⁶⁰ 285

IPPANIS mons Scythie est.³⁶¹ 286

YPERBOREI montes sunt Scythie in asiatico Oceani litore sub ipso cardine siderum,³⁶² Yperboarei dicti eo quod ultra eos flat Boreas. 287

YPOPLACUS mons est Lycie seu Cilicie haud longe a Thebis Lyciis, quibus olim dominabatur Iection pater Andromache uxoris Hectoris.³⁶³ 288

IPPIUS mons secundum quosdam in Bithinia est et sub eo Picipolis fuit civitas,³⁶⁴ alii illum dicunt Ylioni propinquum et post eum insidiis latuisse Grecos, et hinc sumptum quod ex equo, qui 'ippos' grece dicitur, prodierint. Sane Bithinia Troadi contermina est, et is forte mons medius inter eas. 289

IPSIZORUS mons est Macedonie.³⁶⁵ 290

IRAURANCOS mons est Germanie ex quo dicunt Danubium nasci.³⁶⁶ 291

IRMINI promontorium est Achaie.³⁶⁷ 292

IRPINUS mons est Sabinorum in quo optimi nascuntur equi.³⁶⁸ 293

ISAINUS mons est Peoniam a Midia separans, in quo nascuntur animalia menopem nominata, bovi similia, quibus pregrandes come a collo pendent et usque in oculos a cervice.³⁶⁹ 294

ISCHINIE promontorium est Thessalie super Demetriadem civitatem.³⁷⁰ 295

ISMARUS Thracie mons est pro parte asperrimus et in residuo vinetis olivetisque abundantissimus.³⁷¹ In hoc non nunquam Orpheus cythara canere consuevit.³⁷² 296

ISPALUS promontorium in ora Ethiopici oceani est, se protendens in mare quod Azanium appellatur.³⁷³ 297

- 288 ITABIRUS mons est Iudee, apud quem Alexander Aristoboli regis filius et Iudeorum rex a Gavinio Romanorum duce pugna superatus est.³⁷⁴
- 299 ISTHMOS mons in quo sita Corinthus civitas est. Hic ex Achaia in reliquam Greciam tendens tenui spatio separat Yonium mare ab Aegeo.³⁷⁵
- 300 LACINIUM promontorium est Ytalie inter Adriaticum et Yonium mare in eorum tendens, insigne quondam Iunonis Lacinie templo haud longe a Petilia civitate.³⁷⁶
- 301 LAMPEUS Arcadie mons est.³⁷⁷
- 302 LAMUS mons est Carie nobilis ob Endimionis fabulam, quem aiunt a Luna dilectum in eodem obdormivisse.³⁷⁸
- 303 LATERNUS et hic Carie mons est in quo quidam tradunt hospites a scorpionibus non ledi, cum ab eis indigene occidantur.³⁷⁹
- 304 LATINIUS mons est circa Romam in quo tradunt fuisse Lupercal ludicrum ab Evandro Arcade institutum, in quo nudi iuvenes per ludum atque lasciviam decurrebant.³⁸⁰
- 305 LECTON mons Troadis est, seu Yde potius vertex.³⁸¹
- 306 LENTUS Arcadie mons est.³⁸²
- 307 LEPETIS mons est Mitilene.³⁸³
- 308 LEPTETERA promontorium est Yndorum ad oceanum Meridianum, haud longe a Maleo insula.³⁸⁴
- 309 LETHEUM promontorium est Corinthiorum.³⁸⁵
- 310 LETO mons est Gallie Cisalpine apud Ligures.³⁸⁶
- 311 LEUCALONIUM promontorium est Pamphylie.³⁸⁷
- 312 LEUCATA mons est altissimus in promontorio Epyri quod Leucopetra dicitur, iuxta Ambrachiam civitatem quam postea Octavianus Cesar superatibus ibidem Antonio et Cleopatra Nicopolim appellavit et templum Actiaco Apollini constituit.³⁸⁸ Hunc alii promontorium Leucatem vocant, et non nulli Leucatem montem dicunt esse Arabiae, alii vero Leucatas promontorium propinquum Bithynie volunt.³⁸⁹ Possibile ut ubique sint, cum certissimum sit Leucatum montem esse Epyri.
- 313 LIBANUS mons Phenicum altissimus a thure dictus quod ibi colligitur, in Sacris Lictoris mons celeberrimus.³⁹⁰ Alii dicunt

- eum Arabiae montem cum sit medius inter Arabas et Phenices.³⁹¹ Ex hoc quidem Abana et Farfar et Iordanis flumina et alia oriuntur.³⁹² Muro quondam iunctus fuit Antilibano de quo supra.³⁹³
- LYCABESSOS mons est Attice regionis olivetis conspicuus.³⁹⁴ 314
- LIBETRAS mons est Etolie³⁹⁵ Musis sacer, a quo et ipse Libetrides appellantur. 315
- LYCEUS mons est Arcadie pinetis clarus et templo Panis, in quo eum natum asserunt.³⁹⁶ 316
- LYCIUS mons est Grecie medius inter Meropum montem et Macedoniam et Thessaliam et Epyrum.³⁹⁷ 317
- LICORONIS mons Arcadie est.³⁹⁸ 318
- LILIBEUS promontorium Sycilie in occasum respiciens, a civitate ibidem posita nominatum.³⁹⁹ 319
- LIBANUS mons est Syrie ex quo Orontes fluvius oritur.⁴⁰⁰ 320
- LITRICHUS mons seu montes deserti Mauritanici.⁴⁰¹ 321
- LURA mons Gallie inter Sequanos et Aluceros.⁴⁰² 322
- LUCRETILIS mons est Sabinorum.⁴⁰³ 323
- LUCRINUS mons est in extremis Ytalie, cui et Locris civitas imposita, Peloro oppositus et a quo Lucrina palus.⁴⁰⁴ 324
- MACROCENNI montes sunt ab Hystro flumine non longinqui.⁴⁰⁵ 325
- MAGNAVA mons est in Gallogrecia apud quem a Manlio Vulsone pugnatum est cum Thelostobagiis et Tectosagiis et obtenta victoria.⁴⁰⁶ 326
- MALEUS seu MALES mons est in Yndia apud Orestas, Moneides et Smaros, cuius montis umbra estate in austrum, hyeme ad septentrionem vergit, nec amplius .xv. noctibus ex eo videitur septentrio.⁴⁰⁷ 327
- MALEA seu MALEUM promontorium Laconie est quod l. mil. passuum infra mare protenditur, adeo undas impellens ut nautas persequi videatur.⁴⁰⁸ Ex quo narratur quod, cum conscendisset in eo Maleus Tyrrhenorum rex, qui tubam eream primus invenerat et pyrratica mare infestabat, in eo templum Apollini consecravit eumque Maleoticum nuncupavit et monti eque a se nomen imposuit. Alii dicunt Achaie esse montem et quod

ibidem veneretur Apollo et quod ex eo Amphyarao vati auxilia missa sint.

- 329 MALLUS mons est cui cui proximi sunt Mandei et Malli, quorum mons Mallus qui tractus est Gangis.⁴⁰⁹
- 330 MAMBRE mons est iuxta Ebron, ubi credimus ab opifice rerum Deo parentem primum fuisse plasmatum.⁴¹⁰
- 331 MARATHON mons Attice regionis insignis Thesei victoria ex tauro superato et Ycari regis a rusticis occisi morte et Milciadis gloria.⁴¹¹
- 332 MAROS mons est Epyri.⁴¹²
- 333 MARPESSOS mons est Paros insule, marmorum candore conspicuus.⁴¹³
- 334 MASICITUS mons Aricando flumini proximus est et Andrie civitati.⁴¹⁴
- 335 MASSICUS mons est Campanie,⁴¹⁵ promontorium olim Minerve sacrum, Capree insule oppositum faciens, hinc Surrentum in radicibus habens et inde Amalphiam et Salernum.
- 336 MASTUSIA promontorium est in Chersoneso oppositum Sigeo Troiano.⁴¹⁶
- 337 MATINUS Apulie mons est.⁴¹⁷
- 338 MAUL mons est Britannie, cuius in radicibus lacus est aquis suis adeo animalia fessa restaurans ut nullo videantur attrita labore.⁴¹⁸
- 339 MAXILLUM mons est Etolie.⁴¹⁹
- 340 MAXTERIA mons est Hispanie iuxta oppidum Aurone.⁴²⁰
- 341 MEDULLUS Hispanie mons est.⁴²¹
- 342 MELAM seu MELAMPUS mons est in tertio Europe sinu.⁴²²
- 343 MEMPHEUS mons circa Thessaliam.⁴²³
- 344 MENALUS Arcadie mons est excelsus, sic dictus ab ovibus quarum plenus est, nam 'mela' grece, latine 'ovis'.⁴²⁴
- 345 MENETUS mons est in Alpibus.⁴²⁵
- 346 MERCURII promontorium Affrice est, in Syciliam vasto tractu se ferens.⁴²⁶
- 347 MERITUS est mons in tertio Europe sinu.⁴²⁷
- 348 MEROPUS mons est Grecie propinquus Thessalie, insignis Quinti Fulvii victoria et Philippi regis Macedonum fuga. Grandis quippe mons et anfractibus variis prerruptus est.⁴²⁸

MEROS mons est Yndie Iovi sacer, cuius in specu incole Liberum patrem fuisse nutritum arbitrantur. Et ex hoc forsitan habuit fabula argumentum, quod ex utero tractus fulminate matris patris femori sit appositus.⁴²⁹ Hic autem mons hedera plurima et vitibus atque fructetis conspicuus est et irriguus fontium, eiusque sub radicibus Nisa civitas est.

MESIA mons est in Asya Minori mari supereminens, clarus navali victoria Atheniensium in Persas, duce Themistocle.⁴³⁰

METAGONIUM promontorium est Affricam dirimens a Numidia.⁴³¹

MICALESOS promontorium civitatis Oncheste in Grecia est.⁴³²

MILITON mons est Phtiorum.⁴³³

MIMANTA mons est grandis contra Chion.⁴³⁴

MIMAS Minoris Asye mons est haud longe a Colophone civitate. Hic quidem a mari in campos excurrit .CL. mil. passuum et eius caput Sipilus.⁴³⁵ Nubes autem verticibus suis apposite (ut aiunt incole) futurarum tempestatum qualitatem ostendunt.⁴³⁶

MINDALENSIS mons est insule Sami memoratu dignus ob crucem mortemque Policratis Samii tyranni olim felicissimi.⁴³⁷

MINERVE promontorium Campanie est ex Massico monte procurrens in Capream insulam.⁴³⁸

MYONENSUM promontorium est inter Teium et Samum, cuius collis in modum mete auctus est, a continenti vero aditum habet semita manufacta.⁴³⁹

MISENUS mons est Campanus Cumis proximus, a Miseno Enee socio ibidem ab eodem sepulto denominatus.⁴⁴⁰

MODIM mons est non amplius .VI. mil. passuum distans a Hierusalem, ea via que tendit Ramata. Ex hoc Mathathia fuit, Maccabeorum pater.⁴⁴¹

MOLUS mons Meonie qui prius Tmolus dicebatur, ex quo Pactolus effluit fluvius aureas trahens harenas, cuius in radicibus Cadieni, Loreni Philadelphinique appositi.⁴⁴²

MONACHUS Arcadie mons est.⁴⁴³

MONICHUS promontorium est in sinu Ligustini maris haud a

- Nicea distans,⁴⁴¹ Ianuensium pyrratarum potissimum et insigne receptaculum.
- 364 MONOETES mons est Illyrie.⁴⁴⁵
- 365 MORIN seu MORIAN mons est Iudae, cuius in culmine, iussu Dei, Abraam filium suum Isach eidem Deo voluit immolare, ubi David postea templum construxit insigne.⁴⁴⁶
- 366 MORMALUS mons est inter Bactrianos et Hyrcanos, in quo amomum nascitur.⁴⁴⁷
- 367 MOSSILICOS promontorium est Ethiopie, in quo cinnamomum devehitur. Ad hoc usque Sesostrim dicunt duxisse exercitum, cum sint qui dicant nil ulterius esse preter oppidum unum Ethiopum in litore Baragaza.⁴⁴⁸
- 368 MULELACA Affrice promontorium est, propinquum flumini Asusabe.⁴⁴⁹
- 369 NABAUTH mons est qui hebraice dicitur Nabo, supra Iordanem contra Ierico, in quo quidam aiunt mortuum Moyssem Hebreorum ducem.⁴⁵⁰ Hic tamen alibi Abarim nominatur.⁴⁵¹
- 370 NAUSTATHMOS promontorium litoris Cyrenaici.⁴⁵²
- 371 NAZARE montes sunt meridionales Numidie.⁴⁵³
- 372 NEBRODES Sycilie mons est cui damarum copia nomen dedit.⁴⁵⁴
- 373 NEMEUS Cleonensium mons est.⁴⁵⁵
- 374 NEPTALIM mons est Galilee super quo olim fuit sacerdotalis civitas.⁴⁵⁶
- 375 NEPTUNUS mons est Sycilie cui specula superest in Tuscum et Adriaticum mare prospectans.⁴⁵⁷
- 376 NERIS mons est apud Argos.⁴⁵⁸
- 377 NIGER mons est Garamantum.⁴⁵⁹
- 378 NIMAVI mons est orientalis ubi deficit Caucasus.⁴⁶⁰
- 379 NYMPHEUM promontorium est Dalmatie quod accolunt Amantes et Bullones.⁴⁶¹
- 380 NION mons est apud Rithreum portum.⁴⁶²
- 381 NIPHATES Armenie mons est.⁴⁶³
- 382 NIRITUS mons Ithace, a quo Ulyxes Niritius denominatus est.⁴⁶⁴

- NISA mons est Yndie, in quo Liberum patrem aiunt fuisse nutritum. Hunc eundem supra Meros diximus vocitatum.⁴⁶⁵
- 384 NISA mons est Phocidis seu vertex alter Parnasi montis, in quo dudum colebatur Bachus.⁴⁶⁶
- 385 NISUS mons Megarensium, a Niso qui purpureum habuit crinem et Megarensium rege ibidem sepulto dictus.⁴⁶⁷
- 386 NULO seu NILO mons est in quo ferunt homines habitare aversis plantis, octonos digitos in singulis pedibus habentes.⁴⁶⁸
- 387 NUMORDIS mons est Mitilenensium.⁴⁶⁹
- 388 NUMASTICUS Mitilenensium mons est.⁴⁷⁰
- OAXES mons est Scythie.⁴⁷¹
- 390 OCYLA mons est Armenie, cuius in summitate, deficiente diluvio, arcam Noe fuisse delatam ferunt et diu ibidem lignorum reliquias perdurasse. In multis quidem montibus hactenus dictum est hanc consedissee: quod sane intelligendum est aut eum montem plura habuisse nomina aut plura cacumina diversimode nominata, quorum aliud memini pro alio ponitur seu pars pro toto, ut scribentium moris est.⁴⁷²
- 391 ODORI montes in regione Thasie sunt.⁴⁷³
- 392 OENIPHILE Dyrrachii mons est.⁴⁷⁴
- 393 OETA mons inter Thessaliam et Thraciam insignis morte Herculis, in eo quippe rogos eius conditus et ipse consumptus est.⁴⁷⁵
- 394 OFFENSIONIS mons Hierusalem fere continuus est in accubitu montis Oliveti, sic dictus eo quod in eo Salomon adoraverit ydolum Moloch.⁴⁷⁶
- 395 OGYGIUS mons apud Thebas est, ab Ogygio rege sic dictus.⁴⁷⁷
- 396 OLENEUS mons Arcadie qui et Nemeus dictus est.⁴⁷⁸
- 397 OLYMPUS mons est altissimus Macedonie.⁴⁷⁹ Hunc olim crediderunt aliqui unum et idem fuisse cum Ossa monte Thessalie, et tandem terremotu disiunctos peperisse Peneum fluvium et paludibus quibus laborabat Thessalia exitum prestitisse.⁴⁸⁰ Is quidem adeo verticem in celum extollit ut nubes argumento cognoscatur excedere, nam cinere sacrorum characteribus lic-

terarum signato consueverant sacrificantes discedere et insequenti redeuntes anno uti liquerant signatum inveniebant: ex quo apparet nec ibi ventos efflare nec aves volare nec pluvias cadere aut aliam ullam alterationem causari, quin imo, quia subtilissimus sit aer, sunt qui dicant solitos cum spongiis aqua plenis et olfactui appositis ascendere ut aerem attraherent crassioem.⁴⁸¹ Videtur quidem Olympus quasi Ololampus, idest celum, quod et olympus etiam nominatur.⁴⁸² In hoc insuper dicunt Iovem adversus Titanas pugnaturus aquile primo augurium habuisse.⁴⁸³

398 OLYMPUS alter a superiori mons est in Gallogrecia, clarus victoria Manlii Volsonis ex Tolostobogiis habitus.⁴⁸⁴

399 OLYMPUS mons est a superioribus alius in Minori Asya Smirne propinquus, qui et Mysius dictus est,⁴⁸⁵ cuius in radicibus Hannibalem dicunt Brusam condidisse civitatem dum apud regem Bithynie Prusiam moraretur.⁴⁸⁶

400 OLYMPUS mons est eque a superioribus alius, nam in Ethiopia secus mare Rubrum est, quem aiunt oriente sole usque in horam diei quintam flammam emictere. Est enim haud longe ab Eliopoli civitate.⁴⁸⁷

401 OLISIPO mons est Hispanie cui et oppidum eiusdem nominis est appositum, hoc memoratu dignum: nam equas in eo ex favonio vento concipere et velocissimos equos parere testantur incolae.⁴⁸⁸

402 OLIVARUM mons est in Iudea Hierusalem iunctus, inter ceteros orbis veneratione dignior. Nam in eo Christus veri Dei filius discipulos docuit, oravit et ad Patrem rediens ultima in terris reliquit vestigia. Quo in loco non absque divinitatis miraculo cum ob reverentiam et memoriam sue Ascensionis ecclesia rotundo scemate conderetur, nulla arte, nullo fabrorum ingenio obtineri potuit ut summum culmen ecclesie tegeretur, ut appareret a terra in celum usque Deum voluisse nulla interposita re sui glorificati corporis integrum conservari meatum.⁴⁸⁹

403 OMOLON mons est Thessalie.⁴⁹⁰

404 OPON promontorium Crete insule se in occidentem vergens.⁴⁹¹

405 OPITUS Macedonie mons est.⁴⁹²

OPPIUS mons Latii fuit, Facultali lacui propinquus.⁴⁹³ 406

OR mons est Arabie ex quo divina gracia Moyses virga aquam excussit, clarus quidem morte et sepultura Aaron fratris Moysi.⁴⁹⁴ 407

ORBELON mons est Thracie mediterraneus sacris Liberi patris et cetu Menadum, Orpheo primum iniciante, celebris.⁴⁹⁵ 408

ORCOBARES mons Yndie est inter duas Sarcaraucas et Parthienas, seu secundum alios inter Dahas et Caraucas et Parthienas positus. Ex hoc autem Ganges et Laser flumina oriuntur.⁴⁹⁶ 409

OREB mons Madian et (ut quidam dicunt) pars est montis Sina, et in eodem rupes ostenditur que Petra dicitur ex qua virge ictu, divino tamen munere, Moyses aquas eduxit populo sicienti.⁴⁹⁷ 410

OROMENUS mons apud Yndos nativi salis est, ex quo lapidinarum ritu sal effoditur, inde renascens maius regum vectigal quam ex auro vel margaritis.⁴⁹⁸ 411

ORSA mons est cum portu in sinu Persico, ut arbitrantur aliqui.⁴⁹⁹ 412

OSSA Thessalie mons est olim, ut quidam existimant, idem cum Olympo, sed terremotu disiuncti viam fecere Peneo flumini et paludibus quibus Thessalia inficiebatur.⁵⁰⁰ Apud hunc aiunt quondam Centauros morari solitos.⁵⁰¹ 413

OTRIX Thessalie mons est oppositus Osse, in quo Lapitharum fuit origo.⁵⁰² 414

PACHIERI montes sunt in Maiori Asya, e quibus funditur Absartus fluvius.⁵⁰³ 415

PACHINUM promontorium est Sycilie Peloponnesum spectans, dictum ab aeris crassitudine, nam 'pachis' 'crassus' est.⁵⁰⁴ 416

PALADUR mons est Anglie super quo a quodam Rudundibra oppidum Sestonie conditum est.⁵⁰⁵ 417

PALATINUS urbis Rome mons de cuius nominis causa multiplex inter veteres dissensio est. Nam sunt qui dicant pulsus inde Aboriginibus ab Evandro Arcade et ab eodem ibidem oppido condito a Pallante Arcadie urbe Pallentium dictum et dein-

de Palatinum. Quidam vero dicunt a Pallante avo Evandri et alii a Pallante filio dictum. Preterea asserunt et alii a Pallantia Evandri filia ibidem ab Hercule vitata et postmodum dum moreretur in monte sepulta,⁵⁰⁶ et alii a Pallantia Latini regis coniuge,⁵⁰⁷ non nulli a Pallanta Hyperborei filia ab Hercule ibidem oppressa, pauci vero asserunt a quibusdam qui, Palatini dicti, ex agro Reatino ibi ante Evandrum evenere,⁵⁰⁸ et aliqui a balatu ovium ibi pascentium Balanteum et exinde per antistichon Palanteum:⁵⁰⁹ quibus diversitatibus claritatem monti additam certissimum est.

419 PALINURUM Calabrie promontorium haud longe ab Elia, que postea Velia dicta est,⁵¹⁰ in quo Palinuri gubernatoris navis Enee tumulus est et ab eo locus nomen sortitus est.⁵¹¹

420 PARTHAU mons est inter Bactrianos et Hyrcanos proximus Mormalo monti, ubi amomum nascitur.⁵¹²

421 PALLENE mons est cui tanta soli planicies in culmine est ut quinquae urbium sedes sit atque ager. Nam cum totus in altum satis anguste conscendat, ubi incipit ibi Possidea est; ubi amplius patet ibi Mendetione: quarum altera ab Eretris, altera ab Achivis Ylione capto condita est.⁵¹³ De nominibus autem aliarum invenisse nil memini.

422 PANCOATRA seu PARCOATRA mons est Armenie medius inter Taurum et Caucasum, ex quo Tigris et Eufrates in austrum variis funduntur ex fontibus.⁵¹⁴

423 PANETOLIUM mons est Etolie,⁵¹⁵ ea de causa sic dictus quia ibidem omnis Etolia conveniebat ad peragenda communia, et inde 'pan', quod est 'totum', et Etolia.⁵¹⁶

424 PANDION mons a Pandione filio Erichthonii et Athenarum rege dictus.⁵¹⁷

425 PANGEUS Thracie mons est et Thessalie iunctus,⁵¹⁸ in quo secundum quosdam Iulius Cesar a Pompeianis fere ad deditio-nem coactus est.⁵¹⁹ Huius in radices Mestus defluit amnis.

426 PARNASUS, quamquam alii discrepent, Phocidis mons biceps est,⁵²⁰ cuius vertices alter Apollini, alter Bacho sacer est.⁵²¹ Huius in radicibus Delphis liberum fuit oppidum et per illud Cepheus effluit amnis. In hoc enim Castalius est fons Musis sacer⁵²² et (ut volunt aliqui) in huius verticibus tempore diluvii

Deucalionis ipse Deucalion una cum Pirrha coniuge servatus est cum aliis pluribus.⁵²³

PANTRIDI montes Capadocie seu Armenie sunt.⁵²⁴ 427

PARAPANISUS Yndie mons est adversus Bactris,⁵²⁵ alii dicunt sub ipso Parapaniso Bactram conditam. 428

PARNES Grecie mons est vitibus abundans.⁵²⁶ 429

PARIEDRE montes sunt circa Armenie principium.⁵²⁷ 430

PARTHENIUS mons Arcadie a virginibus denominatus, eo quod in eodem venari consueverunt.⁵²⁸ 431

PARTHENIUM Taurorum apud Scythas promontorium est.⁵²⁹ 432

PEDALIUM Carie seu Yonie promontorium est.⁵³⁰ 433

PELION Thessalie mons orientalis⁵³¹ tam habitatione Chironis centauri quam nuptiis Pelei et Thetidis memorandus est.⁵³² 434

Hic altissimus perhibetur, nam, ut quidam asserunt, .MCCCL. passuum ratione perpendiculari excelsus est.⁵³³ In eius summitate pineta sunt, quercus vero cetera occupant.

PELORUM Sycilie promontorium respiciens aquilonem,⁵³⁴ a Peloro gubernatore navis Hannibalis ibidem sepulto denominatum est.⁵³⁵ Hoc (ut volunt plurimi) iam Appennino iunctum fuit et terremotu postea separatum et, exiguo freto quanquam estuoso interposito, actum ut Sycilia insula sit, que olim erat iuncta Ytalie.⁵³⁶ 435

PENNINUS mons est unus ex his quibus multis Alpes eminent, a sacro in eo Pennino denominatus.⁵³⁷ 436

PEON mons est ultra Ethiopas perpetuis flagrans ignibus.⁵³⁸ 437

PERIMULE Yndie promontorium, et in eo celebre Yndorum emporium est.⁵³⁹ 438

PERPARUS mons Argolici sinus est.⁵⁴⁰ 439

PETRA APPUANA mons est olim Gallorum Frimenatum ab initio Appennini in agrum Lucensem protensum, hinc Ligustinum Tuscumque mare et veterem Lunam civitatem, inde Pistoriensium et Florentinorum campos aspiciens et procurrentia in euroaustrum Appennini iuga, rigens fere nive perpetua, et a quo quondam Apuani nominati sunt Galli.⁵⁴¹ 440

- 441 PETRE Dyrachii mons est apud quem castra Pompei Magni
fuere civili estuante bello.⁵⁴²
- 442 PETRINUS Campanie mons est apud Sinuessam civitatem.⁵⁴³
- 443 PIERIA Macedonie mons est cui maximum auri pondus ab
antiquis imperatoribus fuisse suppositum fama fuit ex quo
quattuor locis ab imo apertus est, et ex imo ferunt per palmum
aurum concrecere.⁵⁴⁴
- 444 PILARTES Dyrachii mons est.⁵⁴⁵
- 445 PILLINEUS mons Pityuse insule est.⁵⁴⁶
- 446 PINDUS mons est Thessalie, Apollini Musisque sacer et
Acarania ab Etolia dividens; Acheloum fluvium emittit. Cele-
bris quidem Lapitharum origine est, et in eo Perebi habitant
populi.⁵⁴⁷
- 447 PION mons est in Nympha insula.⁵⁴⁸
- 448 PIONIUS mons est Minoris Asye, supereminens Ptele et Ca-
ystro fluminibus.⁵⁴⁹
- 449 PIRENEUS mons est ingens dividens Hispaniam a Galliis, sic
dictus eo quod fulminibus feriat sepe, nam 'pyr' grece latine
dicitur 'ignis'.⁵⁵⁰ In eo quippe nascuntur boves agrestes, maio-
res animalibus ceteris exceptis elephantibus, et 'uri' grece vo-
cantur.⁵⁵¹
- 450 PIREUM promontorium Atheniense in Eginam progre-
diens, apud quod Atheniense portus seu navalia fuere du-
dum.⁵⁵²
- 451 PLATANODES Achaie promontorium, haud longe a Pisa et
Alpheo flumine.⁵⁵³
- 452 POSSEIDUM promontorium Yonie est, haud longe ab oraculo
Apollinis Bramacie, dictum postea Didymei, et urbe Mile-
to.⁵⁵⁴
- 453 PRINDASUS mons Asye ex quo Ticius fluvius qui Pergamum
abluit funditur.⁵⁵⁵
- 454 PURGARA mons est et in eo oppidum eius nominis prope
Troiam.⁵⁵⁶
- 455 QUEDONI montes sunt Thracie.⁵⁵⁷
- 456 QUILLEUS mons est Arcadie.⁵⁵⁸
- 457 QUIRINUS vel QUIRINALIS mons est Rome dictus a fano Qui-

- rini quod in eodem fuit, seu a Quiritibus qui cum Tacio Sabi-
norum regem ibidem castra habuerunt,⁵⁵⁹ seu a Romulo qui
Quirinus vocatus est ab hasta quam gerebat, que Sabinorum
lingua dicitur 'quiris'.⁵⁶⁰
- QUOSSEI montes ultra Armeniam et Babiloniam sunt.⁵⁶¹ 458
- RAMNUSIUM Scordensium mons est.⁵⁶² 459
- REGIS mons inter Ytaliam et Pannoniam est, sic dictus eo
quod in Ytaliam veniens Alboinus rex Longobardorum a Nar-
sete vocatus illum conscendit et Ytaliam prospectavit monti-
que nomen dedit. In hoc bisontes feras dicunt nasci, ingentis
magnitudinis beluas.⁵⁶³ 460
- REMMA mons est qui in Regnorum libris domus dicitur ydoli
Damasceni.⁵⁶⁴ 461
- RETHEUM promontorium Troianum est, Aiaci Thelamonii
sepulchro conspicuus.⁵⁶⁵ 462
- RETICUS mons est in Germania altissimus.⁵⁶⁶ 463
- RIPHEI montes sunt Scythie in capite Germanie a perpetuo
flatu ventorum nuncupati, a quibus Tanais fluvius egreditur.⁵⁶⁷ 464
- Ultra hos iacet ora que spectat ad Oceanum aquilonare, pars
mundi a natura rerum damnata et densa demersa caligine.⁵⁶⁸
- RION promontorium circa hostium Corinthiaci sinus, dirri-
mens Etolos a Peloponneso.⁵⁶⁹ 465
- ROAS mons seu petra Iudee est.⁵⁷⁰ 466
- RIPEI montes Arcadie, qui absque aspiratione scribuntur;
ubi cum aspiratione, Scythie.⁵⁷¹ 467
- RHODOPE mons Thracie mediterraneus est a Mygdonibus
habitus, sacris Liberi patris et cetu Menadam, Orpheo ini-
tiante, celebris.⁵⁷² 468
- RHOSII montes in Syria sunt versus Taurum montem
positi.⁵⁷³ 469
- RUSTEUS promontorium Oceani septentrionalis est.⁵⁷⁴ 470
- SEBASTEN mons super Idumeam et Samariam.⁵⁷⁵ 471
- SACER mons trans Anienem fluvium non amplius .III. mil.
passuum ab Urbe distans est, in quo sepius plebs Romana a

nobilitate dissentiens consedit, nec ante recuperatam libertatem urbem reintravit.⁵⁷⁶

473 SACER mons alter a superiori in Hispania est in finibus Gallicie, quem ferro violari nefas habebatur. Sane cum terra fulgure conscissa erat, quod ibi res assidua est, aurum detectum tanquam Dei munus colligi permictebatur.⁵⁷⁷

474 SACER mons a superioribus alius circa sinum Persicum est, opacus silvarum et arborum odorem mire suavitatis reddentium, in Cerna insula adversa Ethiopie.⁵⁷⁸

475 SACRUM promontorium e media fronte Hispanie in Oceanum protenditur.⁵⁷⁹

476 SALANGA mons est Hibernie altissimus, mari imminens quod Britanniam et Hiberniam interfuit, vocitatus a Salanga, Bartolani primi habitatoris Hibernie filio, esto postea ob monasterium in radicibus a beato Dominico constructum hodie Mons Domini appelletur.⁵⁸⁰

477 SALENTINUM promontorium est Ytalie adversus Yonium mare procurrens, sinus faciens Tarentinum.⁵⁸¹ In hoc Ydomeus Cretensium rex post Troianum excidium a suis pulsus veniens habitavit et ibidem civitatem construxit.⁵⁸²

478 SAMARA promontorium in Oceano orientali, ubi deficit Caucasus, est, ad aquilonem habens hostia fluminis Ortorogorre, ex quo Oceanus Sericus appellatur.⁵⁸³

479 SAMONIUM promontorium est Crete insule tendens adversus Rhodum.⁵⁸⁴

480 SAMUS Thracie mons est ex cuius vertice omnis Yda videbatur et Troia.⁵⁸⁵

481 SANIR Amorreorum mons est, vocatus a Phenicibus Sanior, a Latinis Ermon, cuius in vertice fuit insigne templum quod a gentilibus cultui habebatur.⁵⁸⁶

482 SARDEMYOS mons est Pamphylie finis et Lycie principium, ubi Phaselis civitas a Mopso condita.⁵⁸⁷

483 SARNUS mons est medius inter Pompeianum agrum et Salernitanum, ex quo magno cum murmure Sarnus erumpit fluvius apud Sarnum oppidum in montis radicibus constitutum.⁵⁸⁸

484 SARPEDONUM promontorium finis fuit regni Sarpedonis regis Lycie,⁵⁸⁹ quam a Pamphylia distinguit in litore.

SATURNIUS mons urbis Rome est, qui et Capitolinus et Tarpheus dictus est.⁵⁹⁰

SCALCIDE montes sunt prope Libanum.⁵⁹¹

SCARABRUM promontorium Paphlagonie, Tauri iuga spectans.⁵⁹²

SCYLLACEUM promontorium Ytalie, haud longe a Scylla freti Syculi.⁵⁹³

SCIPIADES promontorium est Epyri.⁵⁹⁴

SEIR mons est Idumee sub Damasco, in quo Esau habitavit, a quo, cum esset hirsutus et hispidus, dictus est.⁵⁹⁵

SEMEIR seu SEMER mons est in Iudea, et super eum sepulchrum Ioseph et civitas Samaria olim regia Israelitarum, que postea ab Herode Antipatris Sebasten nuncupata est.⁵⁹⁶

SEMERON mons Iudee est, quem legimus ab Amri rege Israel emptum a quodam Semera et in eius vertice civitatem edificatam et a vendentis nomine Semeron appellatum. Hunc ego idem puto cum proximo superiori.⁵⁹⁷

SENEUS promontorium est Hispanie propinquum promontorio Sacro.⁵⁹⁸

SEPTEM FRATRES septem sunt Mauritanie montes, interno mari ex ordine suppositi, et a numero septem et a similitudine Fratres appellantur.⁵⁹⁹ Hi quidem olim frequentes elephantibus fuere, hodie preter Yndiam nemo habet.⁶⁰⁰

SERIPHION promontorium est Thracie, Ebro flumini propinquus.⁶⁰¹

SERIUS mons est Thracie.⁶⁰²

SYAGRIUM Arabie promontorium est.⁶⁰³

SIGEUM promontorium est Asye ea in parte ubi Hellespontus apertius dilatatur, oppositum urbi Calissie que in Europa est, et in eo oppidum Sigeum eque dictum et Hecube monumentum quod Cynoseme dicitur.⁶⁰⁴ Huius in sinu Xantus Symoenti iunctus immictitur.⁶⁰⁵ Dicitur autem Sigeus propter Herculis taciturnitatem, quem cum nollet hospitio Laumedon suscipere tacens finxit abire et demum rediit hostiliter cuncta dissipans: 'sige' quippe 'silentium' sonat.⁶⁰⁶

SIGNIA mons est Minoris Asye circumfusus flumine Marsie, cuius in radicibus Tyboton civitas sita est.⁶⁰⁷

- 500 SILA seu SILEUM mons est Lucanie.⁶⁰⁸
 501 SILIOS mons est Aththice regionis.⁶⁰⁹
 502 SINAY mons est in regione Madian super Arabiam, qui et Coreb et Oreb aliquando sacris in licteris nominatur.⁶¹⁰ Hic excelsus plurimum est et altitudine ceteros superare videtur, et in eo Deum habitare veteres credidere, cum Moysi pascenti greges ardens in rubo apparuerit, precipiens illi ut calciamenta solveret. Venerabilis quippe plurimis ex causis est. In hoc lex Moysi ab ipso Deo data est, cuius virga divino opere in serpente conversa est et mox in virgam, cuius manus leprosa et demum sana facta est; ex petra huius virge ictu aqua excepta est.⁶¹¹ Et ne cuncta vetustiora recitem, novissime Caterine virginis et ob Christi nomen passe corpus post supplicium exanimae a divinis ministris in summitatem delatum atque pie tumulatum est.⁶¹²
- 503 SION parvus in Ierusalem mons est, cuius in vertice quondam civitatis arcem construi fecit David, a quo sacro carmine plurimum celebratus est.⁶¹³
- 504 SIPYLUS mons est maximus inter Lydiam et Frigiam, Tantalus olim dictus.⁶¹⁴ In hoc quidem dixere prisci locum esse qui dicitur Acheloon, in quo Nympharum cubilia. Clarus vero est tumulis filiorum Niobis et mutatione ipsius in saxum.⁶¹⁵ In eo lapidem cylindro similem nasci dicunt, non permictentem filios inobedientes esse parentibus.⁶¹⁶
- 505 SIPYLUS mons fuit in Magnesia et in eodem loco Ciprius civitas fuit, que una cum monte ab hyatu terre absorta est.⁶¹⁷
- 506 SIRA mons in tribu Dan est, in quo Thamnasara civitas Iesu filii Nave, in qua diu etiam post eiusdem Iesu sepulchrum visum est.⁶¹⁸
- 507 SITHON mons Thracie est perpetuis damnatus nivibus.⁶¹⁹
 508 SITHORIS mons est a Chio insula distans .LXIII. mil. passuum.⁶²⁰
- 509 SLANIUS mons est Hibernie insule altissimus, dictus a Slanio rege in vertice eius sepulto.⁶²¹
- 510 SMARAGDON mons est Ethiopie mari supereminens Rubro, qui surgente sole flammam emittit usque ad horam quintam.⁶²²

- SOPHIM mons est Effraim.⁶²³ 511
 SOPHORA mons est Yndie orientalis, iuxta quem habitaverunt filii Iectan filii Heber; ad quem Salamon classem quando transmisit non minus triennio itineri immorantem.⁶²⁴ 512
 SOLIS promontorium in Mauritania est.⁶²⁵ 513
 SOLYMI Pisidie montes sunt.⁶²⁶ 514
 SOLOXIUS mons Terraconensis Hispanie est et ex Oretanis jugis Carpentanisque et Asturum a Betica atque Lusitania distinguitur.⁶²⁷ 515
 SOLURIUS mons est Hispanie, a singularitate dictus, cum solus altior omnium videatur, vel quod solis radius in eo appareat antequam alibi oriatur.⁶²⁸ 516
 SOMORUS mons est Syrie.⁶²⁹ 517
 SORACTIS mons est Hirpinorum, secundum alios Faliscorum,⁶³⁰ olim Diti patri sacer, sed secundum alios Apollini,⁶³¹ in quo spelunca comperta latebram sibi elegit Silvester pontifex summus Costantino Cesare Augusto imperante Romanis.⁶³² 518
 SPARNES mons est Attice regionis.⁶³³ 519
 SPERCHIUM promontorium Thracie est, nobile Orpheï vatis origine.⁶³⁴ 520
 STESIARUS mons est Molossorum.⁶³⁵ 521
 STYMPHALON mons est Arcadie, in quo Hercules Stymphalidas occidit aves.⁶³⁶ 522
 STOPEDON promontorium est Cilicie haud longe a flumine Calidado in conspectu insule Cypri.⁶³⁷ 523
 STRYMON mons est Thracie, ex quo Ebrus et Neston flumina emittuntur.⁶³⁸ 524
 SUBAR mons est in Galilea, insignis Helie prophete raptu et Helysei memoria ob fontem ab eo ibidem benedictum.⁶³⁹ 525
 SUEVUS mons est ab ortu solis Germanie initium faciens, et cum permaximus sit ad Cimbrorum usque promontorium tenditur. Ab hoc autem Suevi nuncupati sunt.⁶⁴⁰ 526
 SUISMOTUM mons est Gallie Cisalpine apud Ligures.⁶⁴¹ 527
 SUNIUM promontorium est Attice regionis, finiens ad litus Ellados quod spectat ad orientem.⁶⁴² Apud hoc aiunt ab Apolline sagittis occisum Phrontin Onitoridem gubernatorem navis Menelai, et a Menelao ibidem sepultum.⁶⁴³ 528

- 529 SURRENTUM promontorium Mauritanie, in occasum excurrens montesque Brace includens.⁶⁴⁴
- 530 TABIM mons est inter antropophagos Scythas eminens, Oceano septentrionalis iunctus, inter quem et Taurum Seres habitant.⁶⁴⁵
- 531 TABOR mons est in medio Galilee mira rotunditate spectabilis atque sublimis,⁶⁴⁶ quem penes Nazareth civitas ex qua denominatus Salvator humani generis Christus. Venerabilis quidem mons iste est, cum solus in terris in suam transfiguratum divinitatem Christum viderit nondum passum.
- 532 TABURIUS Syrie mons est, Isacar terminans sortem.⁶⁴⁷
- 533 TABURNUS mons est in Samnio, olivetis conspicuus.⁶⁴⁸
- 534 TAGER mons est in Hispania Olisippo propinquus, in quo eque sunt statuto anni tempore ex vento concipientes favonio.⁶⁴⁹
- 535 TAYGETA mons Laconum inter Lacedemoniam et mare positus, Libero patri et Apollini sacer olim.⁶⁵⁰
- 536 TAMAN mons est Asye Maioris, inter quem et Taurum montem habitaverunt filii Iapheth.⁶⁵¹
- 537 TAMUS promontorium est, quod Taurus attollit collis: credo idem cum superiori.⁶⁵²
- 538 TARIUS Epyri mons iuxta Leucadam.⁶⁵³
- 539 TARPEIUS mons est Rome, qui olim Saturnius, postea Capitolinus dictus est.⁶⁵⁴
- 540 TAUNUS mons est Germanie altissimus.⁶⁵⁵
- 541 TAUROMENITANUS Sycilie mons est asper quod acutissimos habeat lapides.⁶⁵⁶
- 542 TAURUS mons a multis idem cum Caucaso creditur. Nam Asyam omnem ab eo incipiens et in Cilicium mare desinens in duas fere equales dividit partes. Sane quantumcunque de Caucaso multa dicta sint, etsi reiterari fere videantur, de hoc veterum opiniones scripsisse non pigebit. Is igitur a primis orientis litoribus surgens Celidonio disternitur promontorio, et ubi primum ab Yndico sese extollit Oceano, in occidentum tendens per varios circumagitur flexus, hinc Phenicum, inde Ponticum, illinc Caspium Hyrcanumque adversus Meoti-

das paludes agitur. Ergo sic inter hec claustra coactus, postquam superans flexuosus evadit ad cognata Ripheorum montium iuga infinitis fere nominibus et extraneis clarus incedit. Nam primo Edigis, mox Paropanisus, Circous, Compages, Pariadis, Coatras, Oreges, Oroantes, Impetus Taurusque dictus est. Et ubi semetipsum exuperat Caucasus, ubi ingentia emittit brachia Sarpedon, Toracesius, Gragas iterumque Taurus nominatur. Ubi vero declinat seque populis facilem exhibet, Portarum sibi vindicat nomina, que alibi Armenice, alibi Caspie, alibi Cilicie vocitantur. Et quia nunc, contractus et effugiens aliquando maria, pluribus immiscetur gentibus, a dextris Hyrcanus et Caspius, a levo vero Pariedrus, Mortius, Amaronicus, Corosicus, Scythicus appellatus est, ab universa vero Grecia Ceraunius; et tandem dum in nostra exit maria Taurus dictus est.⁶⁵⁷ Ex quo etsi longe plura scribi possint, hec superioribus, ubi de Caucaso, iuncta dicta sufficiant. Solers autem lector quod verius arbitrabitur id sequatur.

TEMISTEA promontorium est in conspectu insularum Prodisiarum positum, initio Persidis propinquum.⁶⁵⁸ 543

TENARUS Laconie promontorium est circa finem Malei montis, in quo quia hyatus est et ex eo, agente spiritu quodam, audiuntur rumores et murmura progredi, Inferorum veteres dixerere descensum.⁶⁵⁹ 544

TENINTRUS Macedonie mons est proximus Apollonie.⁶⁶⁰ 545

TEON OCHEMA mons est Ethiopum, iunctus Oceano occidentalis, flammis flagrans assiduus.⁶⁶¹ 546

THERMOPYLE mons est longissimus a Leucade in occidente incipiens et in Egeum mare haud longe a Demetriade civitate finiens omnemque Greciam per medium dividens, Marthoum, Epyrum, Perebiam et Magnesiam atque Thessaliam et Optiotas cum sinu Maliaco derelinquens, in austrum autem Etole partem maiorem, Acarnaniam, Locridem atque Phocidem et Boetiam cum insula Euboea et Attica regione in modum promontorii sese in eum extollente, et una cum istis a tergo Peloponnesum. Insignis quippe multorum egregiorum factorum tam Grecorum quam exterorum ducum, sed potissime inclita 547

atque memorabili morte Leonide commilitonumque suorum et tam grandi quam turpi strage Persarum.⁶⁶²

548 TETERCUS Ytalie mons Fiscello proximus.⁶⁶³

549 TETRICUS mons Sabinorum est asperimus.⁶⁶⁴

550 TEUMESON mons Thebis propinquus, ex quo aiunt se precipitem dedisse una cum Melicerte filio Inonem Cadmi filiam et Athamantis coniugem.⁶⁶⁵ Volunt apud hunc Herculem alterum ex leonibus occidisse.

551 TICIUNTA mons est Grecie, seu unus ex cacuminibus Thermopylarum dicitur.⁶⁶⁶

552 TIFATA Campanie mons est, Capue supereminens civitati.⁶⁶⁷

553 TIFERNUS mons est in Samnio.⁶⁶⁸

554 TILARUS mons est apud Molossos, et ibi Dodonei Iovis templum. Circa huius montis radices centum vel ultra fontes exundare creduntur.⁶⁶⁹

555 TYMNIAM promontorium est Thracie, et in eo urbes Helmydeson et Philias et Pinopolis; Hellesponto propinquum.⁶⁷⁰

556 TINOLUS, quem alii Tmolus ex *i* et *n* facientes *m* tantum scribunt, et ut credo bene, nam sic Greci sepe faciunt,⁶⁷¹ mons est Cilicie vel Meonie et non nulli Lycie dicunt, croco et vitibus abundans et melle, habens ex parte una Sardos, ex altera Ipeplos, et ex eo Pactolus aurifer fluvius oritur.⁶⁷² Hic Molus in superioribus nuncupatur.

557 TISEUS mons Grecie excelsus, Demetriadi civitati propinquus.⁶⁷³

558 TOMARUS Ambrachie mons est.⁶⁷⁴

559 TRAPEZE, quod Troezam aliqui vocant, promontorium Europe est, a quo primo se concitat Hellespontus.⁶⁷⁵

560 TREBANORUM mons est, ex quo Anio fluvius ortus in Tyberim effluit.⁶⁷⁶

561 TRISONE promontorium est, in quo Byzantium, ante Lygum dictum,⁶⁷⁷ Constantinopolis ultimo.

562 VATICANUS mons est in quo Iovem nutritum dicunt aliqui.⁶⁷⁸

563 VECILIUS mons Ytalie prope Algidum.⁶⁷⁹

VENERIS promontorium Cilicie cum eiusdem nominis oppido, Cypro propinquum.⁶⁸⁰ 564

VESEVUS seu VESULUS mons est Ligurie iuxta Alpes, inter ceteros Alpium clarissimus,⁶⁸¹ cuius ex imis radicibus Padus erumpit fluvius.⁶⁸² 565

VESEVUS Campanie mons est nulli montium coniunctus, undique vinetis atque fructetis abundans. Hinc ab euroaustro Pompeios in radicibus habuit atque Sarnum ab euro fere, sed remotius Beneventum et a Vulturno Capuam et a circio Neapolim Chalcidensium Parthenopem dictam, in tumulo Sirene sedentem.⁶⁸³ Ex hoc enim maximo cum incolarum pavore Nerone Cesare imperante repente tam grandis erupit circa verticem fumus ut omnis brevi tractu temporis ab eo tegeretur regio, nec evanuit illico quin imo per dies plures adeo condensum permansit ut sublatis omnino solaribus radiis noctem faceret plurium dierum continuam. Tandem cum adiacentia omnia et ipsum mare quod in conspectu sub radicibus est ab occiduo complexisset cineribus, cessans flammam ingentem e culmine montis evaporantem vidisse permisit, que multis seculis postea exustos evomens lapides perduravit. Hodie nec fumus nec ignis emittitur, stat tamen in montis vertice hyatus ingens preteriti testis incendii. Huius autem in radicibus pugna fuit commemorabilis inter Romanos atque Latinos, in qua P. Decius Mus consul se pro victoria obtinenda devovit diis Manibus et inde decubuit.⁶⁸⁴ Incole hodierni montem hunc vulgo Summam vocitant. 566

VIMINALIS mons est Rome, a Iove Viminio nuncupatus.⁶⁸⁵ 567

VINNIUS mons est Hispanie.⁶⁸⁶ 568

VOSEGUS mons est in finibus Ligonum, et ex eo Mosa progreditur fluvius.⁶⁸⁷ 569

URANIUS mons est. Hunc in Epicrantia Carchedonensium esse aiunt, silvis omnimodis abundantem atque versicoloribus floribus variatum et ex eis viatoribus incolisque plurimum odoris fundentem; et (quod longe maius est) in eo olei fontem asserunt habentis odorem corticis cedri, cui volentem propinquari mundum esse necesse est: et si sit, et si hauriatur ex illo, oleum augeri. Preterea penes hunc fontem lapidem ingentis 570

magnitudinis ortum dicunt et eum estate flammam emictere, hyeme autem eis ex partibus unde exalaverat ignis aque scaturigines apparere, adeo frigide ut glaciei simillime videatur, nec hoc clam contingere aut per tempusculum perdurare, quin imo quam diu durat estas, et ignis; et e converso tota hyeme prosilit aqua.⁶⁸⁸

571 VULTUR mons est Apulie.⁶⁸⁹

572 ZAPAORTENUS mons Parthorum est, in quo sita civitas Dara ab Arsace primo Parthorum rege condita. Mons quidem amenus plurimum, et natura loci adeo munitus ut inexpugnabilis videatur.⁶⁹⁰

573 ZEPHIRIUM promontorium Ytalie protendens in Yonium mare, in quo Petilia civitas.⁶⁹¹

574 ZIPH mons est squalidus vel caligans seu nebulosus. Puto in Syria est.⁶⁹²

[II.] DE SILVIS

Silva, nemus et lucus idem. Verum silva primum ubicunque longe lateque apud Latinos arborum et potissime silvestrium et ut plurimum infructuosarum multitudo frequens excrevit dicta est, quasi 'soliva' idest solitaria, eo quod raro ab hominibus frequentetur; que si alicui numini, more gentilium vetusto, forsitan dicata fuisset, illico a numine nemoris sortiebatur nomen, quod tamen superstitionibus illis cessantibus silvis minoribus in hodiernum usque tribuitur. Lucus autem et silva et nemus esse potest, dum modo per etatem et negligentiam frequentia arborum et ramorum condensetur adeo ut diei lux auferatur solo, ex quo per antiphrasim silva vel nemus quod obscurum est lucus postea appellatur.

Ceterum quia silve, uti barba hominum et mulierum crines, montium sunt ornamenta, ferarum domicilia ac pastorum armentorumque persepe refugia nec non et multis mortalium opportunitatibus prestant commoda, postquam de montibus dictum est, de eis et nemoribus lucisque, et potissime de his que apud auctores priscos famose sunt, singularis mentio facienda est; in quibus, uti ante fecimus, etiam sequemur ordinem alphabeti et ab Albunea que primum se offert, Dei nomine invocato, sumemus exordium.

ALBUNEA Hetruscorum fuit famosissima silva in qua etsi terti odoris fons esset non obstitit quin ad eam omnis Ytalie multitudo vetusto errore decepta pro responsis concurreret. Erat profecto seu in fonte seu arboris in trunco spiritus aliquis immundus qui deceptis orantibus responsa daret ambigua.¹

ANGITIA nemus Marsis inclitum.²

ARDUENNA silva Gallie est magnitudine sua celebris valde. Hec etenim per medios fines Treverorum a ripis Rheni flumi-

nis et Remorum initium ad Nervios usque pertinet milibusque passuum amplius .D. occupans.³

6 ARICINUM nemus ab Aricia oppido cui propinquum est nomen obtinuit, et apud priscos olim insigne fuit. In hoc quidem, post revocatum opere Esculapii ab Inferis Yppolytum, a Diana quam persancte colebat ipse translatus est.⁴ In hoc insuper Egerie fons, apud quem Numa Pompilius, hydromantiam exercens, se cum Egeria nympa de agendis consilium sumere simplicibus ostendebat.⁵ Apud hoc etiam nemus et Simon magus Petri et Pauli adversarius, claudus iam post casum factus, misere expiravit.⁶

7 ARSIA Hetruscorum silva fuit, penes quam dum Valerius Publicola consul Romanorum adversus Veientes et Hetruscos, bellum pro Tarquiniis pulsus gerentes, in aciem descensurus esset, repente e silva prodeuntem ingentem vocem auditit atque dicentem: "Uno plus Hetrusci cadent". Quod post obtentam a Valerio victoriam verum fuisse compertum est, et Silvanum deum Romanis faventem hoc dixisse creditum.⁷

8 AUGUE seu AUGUITIE Lucanie nemus est.⁸

9 BACENIS Germanie silva est infinite magnitudinis Cheruscos dividens a Svevis et quasi nativi muri loco alternis eorum adversus se incursionibus obstaculum est.⁹

10 BEBRYACUM nemus in Bithinia est, in quo aiunt quondam Amycum Bebryciorum regem consuetum vim hospitibus inferre, quam cum in eodem Polluci a Colchide redeunti facere conaretur, a Polluce occisus est.¹⁰

11 CIMINIA silva Hetrurie est olim permaxima et horrenda adeo ut nec mercatoribus esset pervia nec habitata latronibus, postea tamen apertissima facta est. Nam cum nemo preter duces eius eam esset intrare ausus, disponentibus Romanis in Hetruscos agere bellum, M. Fabio et C. Martio Rutiliano consulibus, primus qui illam transire ausus est Fabius in habitu pastoralis uno tantum sociatus servo fuit.¹¹

12 CLARIUM nemus est Colophonie, Apollini Clario consecratum.¹²

CORYCIUM nemus Thebis propinquum est, ab Ogygio rege suo a Thebanis postea Ogygium nominatum.¹³

14 DAUNIA silva apud Apulos (ut arbitror) est a Dauno eorum rege nuncupata.¹⁴

15 DODONA celebris inter poetas plurimum silva est. Hec in Dodoneo monte Chaonie frequens est, et in ea templum fuisse dicitur Dodoneo Iovi sacrum. Fertur preterea in hanc duas de celo columbas descendere solitas et veteribus insidere quercibus et ex eis postulantibus dare responsa. Tandem ex eis, ut aiunt, altera transvolavit in Delphos Boetie civitatem et ibi Apollinis Delphici clarum fecit oraculum, altera ad Ammonis Iovis templum in Affricam transmigravit: et sic Dodona muta relicta est.¹⁵

16 ERICINIA multis silvis nomen est,¹⁶ sed maior atque notior ea est quam apud Germanos etiam Greci veteres cognovere eamque dixere Oriciniam. Huius quidem latitudo novem dierum iter expedito homini patet. Oritur autem ab Helvetiorum et Nemetum atque Turiacorum finibus et recta Danubii fluminis regione ad fines Dacorum et Anartium usque contingit. Inde se sinistrorsum flectens propter immensam sui magnitudinem multarum gentium fines attingit et cum .XL. dierum in longitudinem eius progressus factus sit, nemo tamen ex Germanis est qui se audisse aliquem ad eius devenisse finem dicat, aut quo sub celo oriatur seu potius finiatur acceperit.¹⁷ Multa quidem in ea ferarum sunt genera, cum quibus pro gloria robusti iuvenes silve propinqui exercentur.¹⁸

17 PHOLOE Thessalie silva est a Pholo centauro incola denominata.¹⁹

18 GRYNEUM nemus in finibus Yoniis est et Apollini consecratum, in quo ferunt prisci Mopsum vatem fuisse Apollinis, qui et Gryneus etiam exinde cognominatus est, addentes in eodem aliquando Calcantem cum Mopso de divinandi peritia disputasse.²⁰

- 19 YDA silva est Frigie, ab Yda monte in quo excrevit denomi-
nata. Apud hanc ad ostentum somnii Hecube effugiendum
expositus est Alexander, qui postea Paris dictus est, et huius in
vallibus de pulchritudine seu dignitate dearum ab eodem iudi-
cium latum est.²¹
- 20 YDALIUM nemus in insula Cypri est Veneri sacratum.²²
- 21 YDEUM nemus est Grecie in quo Liberi Patris filius cum fur-
to subtraxisset pastori iuvenum et ad restitutionem cogere-
tur, patris auxilium invocavit, qui confestim iuvenum transforma-
vit in cervum et sic filium rubori surripuit et rapina ditavit.²³
- 22 INIA silva est in Rhetia in qua Rhenum atque Danubium ori-
ri quidam tradiderunt.²⁴
- 23 HYRCANIA ingens est silva adeo ut ab ea Hyrcania regio no-
minetur Scythis contigua. Alit quippe animalia silvestria plura,
sed tigres precipue.²⁵
- 24 LAUREA silva olim in Latio propinqua Tyrrheno litori fuit in-
signis; tandem excisa, ubi erat vicus edificatus est cui ab ea
Laurentum nomen impositum est.²⁶
- 25 LIBYSTRIS silva est, ut quidam dicunt, Thessalie, alii vero il-
lam apud Bistonas esse confirmant; que, etsi multorum anima-
lium altrix sit, ursos tamen pregrandes alit et validos.²⁷
- 26 LITANA silva est in Gallia Cisalpina in qua Galli Boi Lucium
Postumium consulem legionesque Romanorum trucidavere.²⁸
- 27 MALITIOSA silva olim fuit in campo Sabino, penes quam
Tullius Hostilius Romanorum rex adversus Sabinos hostes ha-
buit pugnam et silvam victoria sua fecit insignem.²⁹
- 28 MARATHONIDIS silva apud Marathonem montem in regione
Attica est, in qua Ycarus a rusticis ebrrius occisus est et ab Eri-
gone filia requisitus et canis ductu repertus.³⁰ In hac Theseus
taurum regioni infestum occidit.³¹
- 29 MOLORCOS nemus est et Nemea silva vocatum, sed sic eo
dictum quia dum accederet Hercules adversus leonem Ne-
meum a Molorco pastore susceptus et hospitatus est, ob quod
beneficium nemus postea Molorcum nuncupatum est.³²

NASSAMONUM nemus apud Nassamones est, ad quod sunt
qui velint Herculem accessisse et ibidem oppressisse leo-
nem.³³

NEMEA silva est inter Argos et Thebas, apud quam regnavit
Lycurgus.³⁴ Hec quidem clara est ob leonem ab Hercule in ea-
dem superatum³⁵ et ob agonem annuum in honorem Archemo-
ri, occisi a serpente dum Hypsypiles nutrix Langiam monstraret
Argivis, celebratum.³⁶

PARTHENIUM nemus est Arcadie in quo quondam Iuppiter
transformatus in Dianam Calistonem virginem viciavit.³⁷ Dic-
tum enim Parthenium a virginibus que in eo consueverant ve-
nationibus exerceri.³⁸ Nam 'parthenias' grece, 'virgo' latine so-
nat.

PELIUM nemus apud montem Pelion et ab eo denominatum
credo, Chironis centauri domicilio clarum.³⁹

PLANCTUS silva est haud longe a Ierosolimis, in quo dudum
David retinuit exercitum suum.⁴⁰

PROXINNE silva est Argo propinqua.⁴¹

SILA Brutiorum est silva.⁴²

STYMPHALIS silva est in Stymphalo monte, in qua Hercules
Stymphalidas occidit aves.⁴³

TEGEA silva est Arcadie in qua Pan Arcadum deus honore
plurimo colebatur.⁴⁴

TEMPE nemus est Hemonie inter Ossam et Olympum, cuius
per medium Peneius amnis a Pindo monte veniens discur-
rit.⁴⁵

THYMBRA silva est Troie propinqua sacra Apollini, et in ea
eius templum, Thymbrei Apollinis nominatum, in quo Achilles
ab Hecuba deceptus per insidias noctu a Paride vulneratus et
occisus inermis est.⁴⁶ Dicitur autem silva hec a thymbra herba
qua abundat plurimum: hanc autem herbam aiunt latine vocari
cyanem.⁴⁷

URBS silva est prope Ticinum Gallie Cisalpine.⁴⁸

42 ZONE nemora sunt haud longe ab Hebro flumine et promontorio Seriphione Thracie, que quidem secuta dicuntur carentem cythara Orpheum.⁴⁹

[III.] DE FONTIBUS

Postquam de montibus et ornatu eorum, silvis atque nemoribus expeditum est, antequam progrediamur ad flumina explicuisse de fontibus his quos celebres antiquorum fecere traditiones non erit absurdum. Est igitur fons cuiuscunque fluminis seu alterius congregationis aquarum initium, a fundendo dictus.¹ Et ideo, cum parentes filiis preponendi sint, fontes loco parentum lacubus fluminibusque preponemus et quasi montium partus post eos explicitos adnectemus. Fons ergo aliqualis in primo e visceribus terre exitu aquarum congregatio est, in se non nunquam aliquandiu subsistens, esto ut plurimum postea aut in rivum tenuem aut in amplius flumen procedat. Quos cum eorum mirabilibus exponentes, ut in prelibatis factum est sic, prestante Deo, ordinem servabimus alphabeti. Et quoniam persepe amenissimi sunt et venereis deliciis videntur suo tempore esse conformes, ab Acidalio fonte olim Veneri consecrato sumemus initium.

ACIDALIUS fons est in Orcomeno civitate Boetie, qui quidem Veneri sacer fuit, et ab eo Venus etiam Acidalia aliquando nominata est. In hoc autem dixere poete Gratias tres Iovis filias, que Veneri obsequentes sunt, lavari consuetas, volentes ostendere sub figmento qualis sit fontis huius proprietas, cum nomen etiam faciat manifestum. 'Acida' quidem grece, latine 'cura' sonat, qua plurimum infestantur amantes, et in qua lavare, idest a sordibus excutere, debemus gratias, ut aut non concedamus indignis aut illas sincero animo meritis largiamur.²

ACIDULUS agri Venafrani in Campania fons est, egris oculis mederi consuetus.³

ACILIUS fons est in Sycilia, ex quo talis fertur fabula. Acis iuvenis quidam Syculus Galatheam nympham amavit et ab illa amabatur, quam cum amaret Poliphemus cyclops et sperni se

cerneret vidissetque Acim Galathee misceri, iratus eum occidit. Qui Galathee nymphe dilecte sue precibus in fontem sui nominis a Neptuno conversus est.⁴

5 AGANIPPE fons est Boetie celebris plurimum eo quod Musis dicatus sit, a quo et ipse Muse Aganippe non nunquam nuncupate sunt.⁵

6 ALBUNEA fons est in altissimis montibus Tyburtinis, qui sic ab aque qualitate denominatus est. Hunc non nulli Leucotheam etiam vocare.⁶

7 ALIS fons est in potionibus adeo suavis ut nulla potius aqua desideretur.⁷

8 AMIMONEUS fons est apud Argos ab Amimone Danaï regis Argivorum denominatus, ex quo talis consuevit narrari fabula. Amimon cum studiose in quadam silva iaculo venaretur, minus advertens percussit Satyrum; quam cum vellet Satyrus viciare, illa Neptuni auxilium deprecata est. Ipse autem, fugato Satyro, illam oppressit et ex ea suscepit Nauplium, postea Palamedis patrem, fontemque loco propinquum et flumen ab ea denominavit.⁸ Alii dicunt eam vite tedio affectam in fontem sui nominis fuisse conversam.⁹

9 ANXIR fons Volscorum fuit haud longe a Terracina, que Anxir antea dicta est,¹⁰ qui, eo quod ignaris letalem haustum preberet, ab incolis iniectis lapidibus et terra oppletus est.¹¹

10 AON fons est ab Aonia regione in qua est denominatus, Musis sacer, a quo et ipse vocantur Aonides.¹²

11 APOLLINIS fons est in Lycia, Turius appellatus.¹³

12 ARCHEMORUS fons est in Nemea silva, iuxta quem celebratur agon in honorem Archemori Lycurgi regis filii et ab eodem denominatus, cum antea diceretur Langia.¹⁴

13 ARCHIDEMIA Scyllie fons est in agro effluens Syracusano.¹⁵

14 ARETH fons est Syrie apud quem Gedeon adversus Madianitas tendens castrametatus est.¹⁶

15 ARETHUSA fons est Scyllie Syracusarum proxima muris ea in parte que dicitur Achradina,¹⁷ celebris plurimum poetarum carminibus, ex quo consuevit talis fabula recitari: Arethusam Elidis fuisse nympham et se lavantem in Alpheo Elidis flumine ab eodem fuisse dilectam, quem cum ipsa fugeret eiusque se-

quentis circuitationibus teneretur aiunt deorum implorasse auxilium, quo in fontem sui nominis versa est; cuius undis cum misceri vellet se Alpheus, deorum miseratione per subterraneos meatus evasit in Scylliam, quam etiam secutus per eosdem meatus Alpheus ibidem immixtus est.¹⁸ Alii eam Scyculam dicunt fuisse nympham et ab Alpheo ex Elide veniente in Scylliam fuisse dilectam.¹⁹ Sed seu ab Elide fons veniat seu in Scylliam penetrare fontique predicto misceri, cuius rei evidentissimum aiunt esse argumentum fontem Arethusam de quinquennio in quinquennium emittere purgamenta, nec illa aliud apparere quam stercora hostiarum in Alpheum apud Elidem in sacris Olympiacis secundo flumine proiecta et sic in Arethusam delata.²⁰ Hunc insuper fontem dicunt non nulli de quinquennio in quinquennium translocari.²¹

ARETHUSA fons est alter a superioribus in Ythachia erumpens 16 apud petram que Corax denominatur, ex quo talis recitatur fabula. Fuit Corax venator quidam qui, quacunquē de causa fecerit, ex petra illa in mare se precipitem dedit, a se petre nomen relinquens; cuius Arethusa mater precipitium videns, egre ferens in proximum se fontem miseranda deiecit et fonti mortua nomen dedit.²²

ARETHUSA et hic a superioribus fons est alius (ut quibusdam 17 placet) in agro Thebano.²³

ARTACHIIN fons est apud Listrigonas.²⁴ 18

ASVAMEUS fons est circa Tiana Orcio Iovi sacer, eo sic vocatus quia sic incole vocent aquas. Is quidem plurimum mirabilis est. Nam, ut fertur, aque eius ex subterraneis meatibus frigidissime in fontem veniunt, in quo illico fervent, et ex astantibus incolis his qui pro re aliqua rite iuraverunt suavis potui et dulcis est, deierantibus vero adversa et, ex fonte prosiliens tanquam in hostes, oculos, pedes manusque talium feriens hydrophisim atque depilationis egritudines infert. Nec est lesis abire possibile, donec suum periurium confiteantur his quorum in preiudicium deierant.²⁵ 19

BAIARUM fontes memoratu quidem dignissimi sunt. Nam 20 parvo soli spacio plurimi salubresque omnes scaturiunt. Baie

autem locus est inter Puteolos et Miseni monumentum secus Campanum mare, non longum litoris tractum occupans, tanta celi benignitate et agrorum fertilitate atque nemorum et maris amenitate conspicuus et optabilis ut olim in se posset Romanos attrahere proceres et Roma relicta hyeme atque vere detinere toto: quod satis edificia ingentia et vetustate semesa testantur. Et, quod non parum eis ignominie infert, apparent adhuc conchiliorum et piscium medio in gurgite carceres.²⁶ Est et preterea templorum insignis. Nam ibi videre est Apollinis oraculum ingens opificum artificio, non deitate numinis venerabile, Sibylle insuper Averno supereminens lacui vetustissimam atque ingentem edem, et quod non nulli templum fuisse Veneris arbitrantur, pre ceteris neglectum. Quid multa? fontium abundantissimus est, et omnes pro diversitate diversis egritudinibus prestant remedium salutare, et, quod mirabile est, ubicunque in litore fodias, facile et fere circa ipsam soli superficiem tepentes comperies undas morbisque aliarum more medentes: quibus vero conferant prebet experientia documentum.²⁷ Sed inter alios a ceteris semotus est in litore precipuus unus quem Tritolim indigene vocant. Hic quidem exciso manibus monte superba testudine atque amplo habitaculo conspicuus estuantis Oceani maris more bis in die fervidas eructat undas et totidem tepentes absorbet, et opitulans infirmitatibus variis ceteros excedit inclita fama.

21 BANDUSIE fons est limpидissimus.²⁸

22 BIBLIS fons est Mesopotamie haud longe a Carris,²⁹ ex quo fabula talis. Biblis Cauni fuit soror eumque infausto amore dilexit, qui cum sororis amorem horresceret et fugeret, infelix illum usque Carras frustra secuta est; ibi autem doloris impatientis miseratione deorum in fontem sui nominis conversa est.³⁰

23 BITUMINIS fons est, ut arbitrari possum, apud Ethiopas iuxta Corambim.³¹

24 BLANDUS fons est iuxta Senam Iuliam, aquarum abundans, et quia opportunitatibus incolarum copia sua blandiri videtur Blandi nomen consecutus est.³²

CAPHARNAUM fons est Galilee quem plerique credunt per 25 subterraneos tramites a Nylo flumine derivari, eo quod piscem procreet coracinum nusquam alibi preter hunc in fontem quam in Nylo repertum.³³

CALLIROE fons est Attice regionis novem effluens rivulis.³⁴ 26

CALLIROE alter a superiori fons est et medice salubritatis fert 27 gloriam, haud longe scaturiens a Ierosolima; sic ab ipso aquarum preconio nominatus.³⁵

CALLIPIA fons est in Epheso civitate penes eximium Amazo- 28 num opus, Diane Ephesie templum.³⁶

CAMENARUM fons Rome fuit.³⁷ 29

CAMINON fons est calidas aquas habens citra fervorem, quas 30 si vino miscueris triduo potionis calorem servant.³⁸

CARMAMENIS Meonie fons est.³⁹ 31

CASTALIUS fons est poetis familiaris plurimum, cum Musis 32 sacer sit. Hic in Parnaso monte est, et dicitur Castalius a virgine quadam Castalia, que cum illi Apollo vim vellet inferre in fontem se precipitem dedit et in eo nomen vitamque reliquit.⁴⁰

CHEBRON fons est Iudee apud quem expugnatus fuit Ismael 33 vir nequam ex genere David qui post desolatam Hierusalem a Nabuzarda principe regis Babilonie multos Iudeos occiderat.⁴¹

CELPISIA fons est Attice regionis.⁴² 34

CHII fons in insula Chio est, a qua etiam denominatus, ex 35 cuius aqua si quis potaverit hebes efficitur.⁴³

CYANE Sycilie fons est in agro Syracusano⁴⁴ de qua talem veteres fabulam recitabant. Fuit Cyane Sycula nymphe et Proserpine socia que cum cerneret illam asportari a Plutone iter raptoris voluit impedire nec potuit. Tandem se spretam videns dolore deflens nimio in fontem sui nominis mutata est,⁴⁵ esto sint qui dicant eam stagnum esse seu paludem.⁴⁶ 36

CICERONIS fons haud longe a Puteolis est, calidas emictens 37 aquas que egris oculis plurimum conferunt. Et ideo Ciceronis vocatur quia in villa eius quam Academiam vocaverat, ea in via que ab Annio lacu fert Puteolos, est. Nec tamen eo vivente fons erat, sed brevi interposito post eius necem tempore illam

- Antistio Vetere possidente eius in parte prima prorupit, quem etiam Laureas Tullius, unus ex libertis olim Tullii, carminibus celebrem reddidit, ut appareat clarum hominem dum viveret scientia sua mentalibus mortalium oculis prestitisse medelam et sic eius possessionem eo defuncto prestare corporeis.⁴⁷
- 38 CIZICUS fons apud Cizicum Asye civitatem sit existimo et a civitate denominatus, esto Cupidinis fons ab aliquibus nuncupetur; a quo putarunt veteres Veneris incendia aboleri.⁴⁸
- 39 CLANIUS in Campania fons est apud Acerras, quem aiunt incole dum creverit circumadiacentium agrorum presagire pestem.⁴⁹
- 40 CLEON fons est Asye Minoris haud longe a Cilene Marsye civitate.⁵⁰
- 41 CLITOR Arcadie fons est, qui potus odium inducit vini.⁵¹
- 42 CLITUMNUS (ut quidam dicunt) Mevanie fons est.⁵² alii Umbrie lacum et circa eum maximos boves gigni,⁵³ alii vero Mevanie flumen asserunt.⁵⁴
- 43 CORALIS fons Carphati.⁵⁵
- 44 CRUNESCOR seu CRUNOS Attice regionis fons est.⁵⁶
- 45 DAN fons est in Libano monte, ex quo progreditur fluvius qui nomen fontis tam diu servat donec alteri ex eodem monte effluentis, cui nomen Ior, iungatur. Iuncti autem simul Iordanem faciunt flumen.⁵⁷
- 46 DAULOTOS fons est Sabeorum.⁵⁸
- 47 DEBRIS fons est apud Matelge oppidum Garamantum, mire conditionis. Eius quidem aque a meridie usque in mediam noctem ferventissime sunt, a media vero nocte in meridiem usque econtra frigidissime.⁵⁹
- 48 DELIUS fons Diane sacer est, et ab eo ipsa Delia denominata est.⁶⁰
- 49 DYRCES fons est Boetie Thebis proximus, ex quo talis narratur fabula. Anthiopa Nicti regis filia nupsit Lynceo regi Thebarum, qui eo quod comperisset eam ex Iove concepisse illam abdicavit et Dyrce superinduxit, que, timens ne Lynceus traheretur in amorem Anthiopae, illam carcerari iussit. Sane cum Anthiopa Amphionem et Zethum peperisset, carcere libe-

rata adultos filios irritavit in Lynceum et Dyrce; qui, occiso Lynceo et Thebarum occupato regno, Dyrce indomitis tauris alligavere, qui dum eam traxissent atque occidissent ubi postea fons Dyrce erupit reliquere, quem quidem ex eadem Dyrce, miseratione deorum in fontem mutata, factum atque denominatum quidam volunt.⁶¹

DORA fons est Sabeorum.⁶² 50

EDIPODE fons est Boetie, credo ab Edipo rege Thebarum 51 denominatus.⁶³

EGERIA fons est in Aricino nemore Aricie propinquum, 52 quem Numa Pompilius Romanorum rex Camenis dicavit, et cum ex opaco specu progredierentur aque, ad fidem dictis augendam ibidem se deam consulturum de agendis fingebat, cum hidromantiam exerceret solus.⁶⁴

EGELON fons est in Frigia haud longe a fonte Marsye.⁶⁵ 53

ENA fons est, a quo et locus in quo est Ena denominatus, ubi 54 quondam ingens fuit ydolum toti regioni venerabile. Hic autem locus propinquus est Tanne, vico grandi intra Heliam et Dyosopolim.⁶⁶

ENUSCABELES fons est in Arabia, quod nomen camelorum 55 fons sonat.⁶⁷

EPIGRAMEA fons est Boetie apud quem quidam arbitratur 56 Cadmum characteres licterarum excogitasse.⁶⁸

ESCULAPII fons Athenis est, et que in eo merguntur in Phalerio flumine in Atrino campo delata comperiuntur.⁶⁹ 57

ESSUS fons Fodi.⁷⁰ 58

EXAMPHEUS parvus fons apud Callipodas est, qui Scythe 59 sunt. Hic adeo amaras emittit aquas ut Hypanem, per maximum Scytharum fluvium, quam cito illi miscetur, omnem reddat amarum, cum eo usque dulcis atque potabilis fuerit.⁷¹

FRIGIDI fontes in agro sunt Ardeatino odore sulphureo fetidi.⁷² 60

FLUTIA Syclie fons est.⁷³ 61

GARGA fons est Eubee, in quo se balneantem Dianam vidit 62 Acteon, a qua mutatus in cervum secus hunc fontem a suis canibus laceratus est.⁷⁴

- 63 GARGAPHIE fons est Boetie, Diane quondam seu Hecati sacer, quem eundem cum superiori quidam putant, nec obstat locorum diversitas, cum facile uno pro altero sumi poterit: non enim Eubea alio medio quam Euripo a Boetia separatur.⁷⁵
- 64 GEON fons est in Iudea, apud quem Salomon a Nathan propheta et Sadoch sacerdote in regem Iudeorum unctus est.⁷⁶
- 65 GERON in Esciacodice fons est, ex quo bibentes oves si albe sint efficiuntur nigre.⁷⁷
- 66 IEZARA fons est Samarie propinquus, in quo Samarite, corpus occisi Acab regis sui referentes Samariam, currum eius sanguine regio respersum lavarunt.⁷⁸
- 67 IMEA fons est Attice regionis.⁷⁹
- 68 INESSA fons est apud Rhodios a quo et Syclie civitas nuncupata.⁸⁰
- 69 IOB fons in Ydumea est qui (ut aiunt) colorem mutat quater in anno, pulverulentum, sanguineum, viridem atque limpidum, ternis mensibus nunquamque conservans.⁸¹
- 70 IOVIS fons in Dodone est duplici de causa mirabilis. Nam cum frigidus sit, si mergantur ardentes faces illas more aliorum extinguit, extinctas autem accendit. Preterea semper in meridie deficit, cum circa medium noctis exundet, quam ob causam anapauomenon vocatur ab incolis.⁸²
- 71 YPPOCRENE fons est Boetie.⁸³ Hunc aliqui fingunt ob equi Pegasi percussionem factum, et hinc denominatum. Quod quidem figmentum facile detegitur si secundum quosdam inspicatur hystoria. Volunt quidam Cadmum equo insidentem, dum sedem sibi sociisque perquireret primo apud hunc fontem constitisse, et quia licterarum grecarum repertor fuit, quarum forsam meditationem ibidem sumpsit, illum Musis sacer esse voluit.⁸⁴
- 72 IUTURNA fons est in Ytalia apud Numicum fluvium, et quia saluberrimus sit Iuturne a iuvando nomen sortitus est. De hoc enim fonte Romam ad sacra aquam deferre semper consuevit antiquitas.⁸⁵

- LANGIA fons est in Nemea silva, quem penes agon annuus celebrabatur Archemoro Lycurgi filio, a quo postmodum Archemorus denominatus est.⁸⁶
- LARINE fons est Attice regionis.⁸⁷
- LERNEUS fons est quem aiunt Neptunum, postquam Amymonem filiam Danaï a Satyro liberatam compressit, locum tridente percussisse et fontem produxisse Lerneum et eum qui ex eo progreditur fluvium Amimonem a compressa virginem nominavit.⁸⁸ Hunc tamen aliorum secuti opinionem supra Amimoneum scripsimus fontem.
- LETHNUS fons est Arcadie cuius aquas aiunt abortus fieri non pati.⁸⁹
- LEUCOGEI fontes inter Puteolos et Neapolim sunt qui oculis medentur egris.⁹⁰
- LIBETROS Magnesie fons est Musis sacer, a quo Muse dicuntur Libetrides.⁹¹
- LINUS Arcadie fons qui abortus fieri non patitur.⁹²
- LIRIOPE fons est in quo aiunt se primo vidisse Narcisum et amore sui captum eum penes occubuisse.⁹³
- MAGIA Syclie fons est in agro Syracusano.⁹⁴
- MARSIA fons est in Frigia ad Cilenarum oppidum.⁹⁵
- MELLE fons est in Estiati ex cuius aqua si biberint nigre oves albe efficiuntur.⁹⁶
- MENAIIS fons est in Syclia apud Leontides, per quem iurare timent.⁹⁷
- MESSEIS Thessalie fons est.⁹⁸
- MOLUS fons est in insula Delo, quem aiunt eodem tempore cum Nylo flumine crescere atque decrescere.⁹⁹
- MITURNION fons est in Argolico sinu.¹⁰⁰
- NASTO fons est in tribu Benjamin, quem alii Napto vocant.¹⁰¹
- NEMINICA fons est in agro Reatino.¹⁰²
- NEPTUNUS fons fuit apud Terracinam, ex quo qui inadvertentes biberint occidebantur, quam ob rem ab antiquis obstructus est. Hunc supra Anxurem nominavimus.¹⁰³

- 91 NYPHEUS fons est penes quem gentiles Nympharum nomi-
na celebrabant.¹⁰⁴
- 92 NYOBEA fons est in Argolico sinu.¹⁰⁵
- 93 OESTRUM fons est Syclie apud quem Muse coluntur.¹⁰⁶
- 94 HORTORUM fons iuxta collem Libani montis effluens flumen
facit quod inter Tripolim et Tortosam mari miscetur.¹⁰⁷
- 95 PANEUS fons est sub Libano monte, in quo si qua natantia
proiciantur in lacum cui Phiala nomen cuncta reperiuntur.¹⁰⁸
- 96 PEGASEUS fons est in monte Parnaso Musis sacer et a Pegaso
equo ungula factus, et inde Pegaseus nuncupatus, cum et alia
illi sint nomina plura.¹⁰⁹
- 97 PIPELUS fons est Macedonie Musis sacer¹¹⁰ et a quo Muse
vocitate Piplee sunt.¹¹¹
- 98 PIRENE fons est Corinthi.¹¹²
- 99 PITONIA fons est saluberrimus apud Marsos. Oritur quidem
in ultimis Pelignorum montibus et amplis egurgitationibus ef-
fluens, Marsos transiens et lacum Fucinum, mergitur in specu
et in Tyburtino agro effunditur iterum, ex quo factis fornicibus
primus perducere Romam Ancus Marcius ex regibus unus aus-
picatus est, post quem Q. Marcius Rex tunc pretor, et post
eum ultimus restauravit M. Agrippa.¹¹³
- 100 PROTHESIS fons est apud Thesiphontem Persarum civita-
tem.¹¹⁴
- 101 PSAMATHE fons est apud Thebas.¹¹⁵
- 102 REGIE AQVE fons est Epyri haud longe a castello Macroce-
raunis et Cuna.¹¹⁶
- 103 ROGEL fons est in tribu Benjamin quem penes Adonias victi-
mas immolatus est.¹¹⁷
- 104 RODIORUM fons est in Chersoneso qui de novennio in no-
vennium egerit purgamenta.¹¹⁸
- 105 ROTRINI fontes in Frigia sunt agro Agaseno propinqui et
Apamie civitati.¹¹⁹
- 106 RUBRUS fons est Ethiopie ex quo qui biberit lymphatus effi-
citur.¹²⁰

SACER fons in Epyro est frigidissimus et spectate diversitatis. 107
Nam si in eo ardentem demeriseris facem extinguit, extinctas
inflammat. Hunc supra Iovis fontem diximus.¹²¹

SALMACES fons est in Caria secus Halicarnassum civitatem 108
qui falsa multorum opinione creditur venereum morbum im-
plicare bibentibus, et ob id figmentum illud poeticum exortum
putant quod legitur de Hermaphrodito a nympa Salmace
adamato, quem aiunt dum lavaretur in fonte a Salmace captum
et ex duobus eis Salmacis precibus corpus unum utrumque se-
xum habens factum sit. Sed longe alia causa locum prestitit fic-
tioni et a minus intelligentibus infamia fonti exorta est. Est ete-
nim fontis huius aqua perlucida et egregio sapore delectabilis
gustui, et cum Nydas quidam et Arevanias ab Argis venientes
Troezen coloniam deduxissent barbaros incolae, Caras scilicet
et Lelegas, eiecerunt, qui pulsibus montana adiacentia
petierunt et ladrocinii ceperunt novos infestare inquilinos.
Ceterum cum ex colonia unus secus fontem aque bonitate
tractus tabernam meritoriam condidisset eamque rebus omni-
bus questus causa ad alliciendos in cibum homines complexset,
continuando per tempus factum est ut ex barbaris seu necessi-
tate cibi seu delectatione quosdam traheret, post quos et alii
advenere loci fama attrahente, et sic consuetudinem cum Gre-
cis sumentes paulatim efferatos cepere linquere mores et hu-
manitate quadam molliri, et tandem ex belluis mites effici ho-
mines; et sic non effeminatos in Venerem, ut quidam intelli-
gunt, reddidit sed ab asperitate nimia et silvestri ad humanam
mansuetudinem revocavit, et cum advenis hostibus concives
faciens in amicitiam perpetuam copulavit.¹²²

SALSULAE fons est Narbonensis provincie non dulcibus 109
aquis defluens sed salsioribus quam sint maris, ut nomen meri-
to sortiretur. Distat autem modicum a lacu Rubreso qui Ata-
xem recipit fluvium.¹²³

SAMES fons est in tribu Benjamin.¹²⁴ 110

SILOA fons est in radicibus montis Syon non iugibus effluens 111
aquis, sed horis certis et diebus aliquibus bullit.¹²⁵ Hunc qui-
dam volunt ex Piscina Probatica fluere.¹²⁶

- 112 SINOMOTOE notissimus Achaie fons est haud longe ab oppi-
do Patras.¹²⁷
- 113 SOLIS fons in Cyrenaica regione est in medio nemoris quod
Ammonius dicitur, qui profecto habita consideratione ad mu-
tationes eiusdem mirabilis est. Sole quidem surgente aiunt
aquas eius emanare tepidas, calescente meridie frigiditas, eo in
vesperam inclinante tepescere, nocte autem intempesta ferve-
scere, et in tepiditatem reverti dum diei propinquior nox acce-
dit.¹²⁸
- 114 SORGIA a surgendo dictus in Narbonensi provincia, loco qui
dicitur Vallis Clausa, fons nobilissimus est. Nam e specu quo-
dam abditissimo saxei montis tanta aquarum erumpit abun-
dantia ut abyssi putei aperiri fontes, mitius tamen anni tem-
pestate quadam exundans; et, cum clarissima aqua sit et amena
gustui, illico facta fluvius optimorum piscium ferax est, produ-
cens in fundo sui herbam adeo bobus sapidam ut demersis ad
illam carpendam sub undis capitibus assidue pascentes fere ad
suffocationem usque detineant. Inde inter asperrimas cautes
effluens parvo contenta cursu in Rhodanum mergitur.¹²⁹ Cele-
bris quidem et antiquorum preconio et aquarum copia et pi-
scium atque herbarum fertilitate est, sed longe celebrior in po-
sterum factus novi hospitis carmine et incolatu. Apud hunc
quidem nostro evo solitudinis avidus, eo quod a frequentia ho-
minum omnino semotus videretur locus, vir inclitus Franciscus
Petrarca poeta clarissimus, concivis atque preceptor meus, se-
cessit nova Babilone postposita¹³⁰ et parvo sibi comparato do-
micilio et agello, agricultoris sui contentus obsequio, abdicatis
lasciviis omnibus cum honestate atque sanctitate mirabili ibi-
dem iuventutis florem omnem fere consumpsit. Etsi solitudinis
amenitate plurimum teneretur, non tamen detestabili aut va-
cuo ocio tempus trivit, quin imo sacris et assiduis vacans stu-
diis¹³¹ inter scopulos montium umbrasque nemorum, teste so-
noro fonte, *Affricam* librum egregium heroico carmine gesta
primi Scipionis Affricani cantans arte mira composuit, sic et
Buccolicum carmen conspicuum, sic *Metricas epistolas* plures,
sic et prosaice *Invectivas in medicum* et epistolas multas et lau-
dabiles ad amicos; ac insuper ad Philippum Cavalicensem epi-

scopum¹³² *De vita solitaria* librum tam exquisito atque sublimi
stilo ut divino potius quam humano editus videatur ingenio.
Quam ob rem quasi obsoleto veteri aquarum miraculo, post
eius discessum etatis fervore superato tanquam sacrarium
quoddam et quodam numine plenum eius hospitium visitant
incole, ostendentes locum miraculi ignaris et peregrinis. Nec
dubium quin adhuc filii, nepotes et qui nascentur ab illis
ampliori cum honore tanti vatis admiratione vestigia venerentur.

SPANDEUS fons est in insula Asye Coa.¹³³

115

TAMARITIE Cantabrie fontes sunt. Nam cum tres sint inter se
octonis distantes pedibus, in alveum unum coeunt vasto amne.
Hi quidem, esto eius vicinus fons sit sine intermissione affluen-
tissimus, singulis tamen diebus duodecies siccantur, et vigesies
aliquando, quod in augurium Cantabri sumunt.¹³⁴

116

TAMOS fons Arabum est haud longe a monte Eo.¹³⁵

117

TESIARUM fons est conceptus mulieribus representans.¹³⁶

118

TIMA fons est apud Colophoniam in Apollinis Clarii spelun-
ca, ex potu cuius miranda redduntur oracula, vita tamen bi-
bentium brevior.¹³⁷

119

TURIUS fons est in promontorio Ethiopie a navigantibus
expetitus.¹³⁸

120

VELINI fontes Ytalie ultra Interamnas sunt.¹³⁹

121

VIRUINUS apud Laconas fons est.¹⁴⁰

122

ZAME fons est in Affrica ex cuius aqua si quis biberit cano-
ram faciet vocem.¹⁴¹

123

[IV.] DE LACUBUS

- 1 Erat animus michi, cum de fontibus dictum esset, ut de fluminibus scriberem. Sed quia persepe cernimus fluvios quosdam e lacubus exundare aut susceptos ex eis emergere, mutare propositum satius esse ratus sum et lacus primo famosos apponere, ne, si post posuerim, ab hostiis in fontes videar flumina revocasse.
- 2 Est ergo lacus aquarum pregrandis copia ex occultis terre meatibus in unum deveniens atque consistens locum, ex quo non nulli aiunt lacum dici quasi aquarum locum.¹ Hos quidem maximo mortalium commodo per terrarum ambitum passim natura rerum disposuit; et, quicquid aliqui dixerint, longe a fontibus alienos. Augentur autem fontes et minuuntur facile pluviis aliisque supervenientibus atque cessantibus undis, ubi lacus absque incremento aut sorbere ingentia flumina aut tanquam hospites suscipere atque emittere illico cernimus. Habent et exitus fontes in rivis vel fluvios; lacus, non dicam omnes sed ut plurimum, nullos habent, esto ignoremus quoniam recondant pluvias et torrentes. Ferunt et grandia navigia lacus, fontibus vero nec minimis innatant cortices. Preterea fontes nullos aut parvulos alunt pisces, ubi ex lacubus fere omnibus maximos atque saposos piscantes assumimus.
- 3 Sunt et qui dicant, quod longe inconvenientius est, lacus idem esse cum stagnis, cum vulgo Galli nulla facta distinctione sic vocitent.² Absurdum quippe est, cum stagnantes aquas deficere et non nunquam aridum linquere solum contingat et aliquando, extenuatis estivo fervore aquis, reliquas languentes paucitate putrescere et odore tetro adiacentia inficere loca; quod lacubus contigisse fere nunquam compertum est.
- 4 Quid in multa procedam, cum liquido pateat fontes, stagna lacusque inter se fore diversos? Ad quos describendos, favente Qui super arida fundavit illos, per alphabetum more solito ve-

nientes Acheros seu Acheronta, cum se primum offerat, ordinum aliorum principem faciemus.

ACHEROS vel ACHERON volunt quidam lacum esse et ad inferos deferri, et ibi Acherontem fluvium facere.³

ACRONIUS in Alpibus lacus est, quem descendens a fonte Rhenus facit.⁴

AECICUS Apollonie lacus est.⁵

APHIO lacus est cuius aqua habet vitilignes tollere.⁶

ALBANUS lacus est in Albano monte haud longe ab Urbe, ex quo vaticinatum fuit nunquam Romanos Veium capturos nisi primo ex Albano lacu emicteretur aqua.⁷

ALCE lacus est per Porcidamum, quem apud Yndos puto, in quo cum nil mergatur fluitant omnia.⁸

ALOCRINE lacus est in Minori Asya in monte Alocrine, ex quo Menander oritur fluvius.⁹

ALMIRIS lacus est super Hystropolim, haud longe ab hostiis Hystri fluminis.¹⁰

ASCONIUS lacus est in Bithinia propinquus Olympo monti et Bruse civitati, olim ab Hannibale condite.¹¹

AMPSANCTUS lacus est apud Lucanos ex quo tam letalis evaporat odor ut volantes desuper aves necentur eo suscepto.¹²

ANAUS lacus est in Asya est, qui a circum nascente absinthio inficitur.¹³

ANETICUS lacus Egyptiorum est circa quem papyrus nascitur, ex quo primo carte facte sunt.¹⁴

ANNIUS lacus Puteolis vicinus est, quem ego arbitror hodie Sudatorii lacum vocari a balneo Sudatorii quod in eius est margine, cum lacus alter preter hunc in partibus illis innominatus sit. Si is est, nullum alit animal preter ranas. Ei insuper nullo artificio reperiri fundus (ut aiunt incole) potest. Cum altorum montium in theatri forma circumdatum sit et cum nullos habeat exitus, non amplius .VIII. mil. passuum ambitus est. Imminet inter alios huic ad austrum mons filicibus plenus, ex quo Iunio veniente mense tot serpentium invicem glomeratorum globi se precipitant ut mirabile visu sit omnesque se in subdi-

tum demergunt lacum, nec est qui unquam exeuntem viderit aliquem aut innatantem vel aliter prodeuntem.¹⁵

- 18 **ARETHISSA** Armenie Maioris lacus est in quem impetuoso cursu Tygris intrans non aliter quam si contineatur a ripis nulla in parte miscetur lacui, quin imo servato alveo in partem exit oppositam semper quicquid ingerit secum trahens, quod aquarum testatur dissimilitudo. Hunc lacus versa vice adeo libere ire permittit ut prout nichil illi de suo concedit fluvius, sic nec illi largitur lacus. Quod quidem patet in piscibus, quorum unum tantum genus lacus alit, cum plurima Tygris ex quibus nunquam a piscatoribus aliquis in aquis lacus repertus est, sic nec ex specie illa que in lacu nascitur nunquam in aquis transcurrentis Tygris ullus inventus, visus aut captus est, tanta servat diligentia quisque suos.¹⁶

- 19 **ARICINUS** lacus haud longe a Roma est ab Aricia propinquo oppido dictus, apud quem Diana Ypolitum ab Esculapio ad superos revocatum, mutato nomine, latere voluit; qui Virbius nominatus ibidem Diane sacra transtulit.¹⁷

- 20 **HAMASICUS** lacus est Troie propinquus.¹⁸

- 21 **ASCANIUS** lacus est cuius aque in summitate sunt dulces atque potabiles, si ad profundiores processeris nitrosas comperies.¹⁹

- 22 **ASFALTIS** lacus est Syrie ea in provincia que iam dudum Pentapolis vocata est, qui quidem in multis mirabile est. Nil enim ante alia gignit nec ex viventium genere quicquam suscipit.²⁰ Quod ut experientia cerneret, Vespasianus princeps iussit in eum quosdam nandi ignaros morti damnatos proiici, qui etsi iactu mersi sint, tanquam a vehementi spiritu ad superiora viventes impulsusunt.²¹ Sic nec aves assuetas mergi suscipit. Que vita carent absorbet omnia, ut si ponas ardentem lucernam innatat vivente lumine, eo mortuo confestim mergitur. Aque eius, amare et fastidiose gustui, ingentes bituminis globos ferunt, quo agente nullis ventis lacus agitari potest. Preterea navigationis impatiens est, cum nil mortuum patiatum quin sorbeat, ea preter que bitumine illustrentur.²² Est tamen lavationibus egrotantium utilis medeturque morbis aliquibus;²³ et, eo quod ingens et absque motu sit, a non nullis Mare Mortuum

appellatur; quidam vero eum Mare Salinarum dici volunt. Includitur longitudine inter Ierico et Zoaros Arabie stadiis .DCCLXXX., cum latitudinis non habeat preter .CL.²⁴ Circa huius margines Sodomorum civitates divino igne consumptas constat, ut adhuc earum quedam testantur vestigia, et, quod mirabile est et memoratu dignissimum, sunt ibi campi producentes fructeta eximie formositatis poma facientia, adeo ut qui viderit trahatur facile in desiderium comedendi, verum si carpsit fatiscunt illico et in cinerem resolvuntur fumantesque divinum videntur testari iudicium.²⁵ Hunc secus iam dudum colligebatur balsamum, cuius fructes Cleopatra Antonii, regina Egypti, extirpatos usque ad unum omnes in Egyptum transtulit ibique plantari fecit, quo permanent etiam usque in hodiernum.²⁶

AVERNUS Campanie lacus est in sinu Baiano²⁷ celebris plurimum carminibus poetarum. Huius in margine semesi vetustate parietes adhuc Sibyllini oraculi testantur opus magnificentum.²⁸ Sunt preterea circum scaturientes assidue tepentes fontes, et, quia mari contiguus sit eoque estuante misceatur illi et ob sulphureas scaturigines circum adiacentes, impotabiles habet aquas, pisces autem paucos gignit et parvos atque nigros nec ullo humano usui commodos, sed multos et maximos aliquando ab agitato impulsoque in eum mari suscipit, et si forsans primo haustus aque videatur difficilis, assuefacti tamen in eo vivunt a nullo hominum piscationibus infestati. Dicunt veteres hunc Averni lacum silvis adeo densis fuisse circumdatum ut modicum illi ad exhalandum relinqueretur spacium. Est enim modici ambitus et collibus continuis circum cinctus, et ob id volantes desuper aves ab exhalatione illa confestim necabantur.²⁹ Introrsum vero adeo umbris densus et sulphureo odore oblitus erat ut merito intransitibus videretur Avernus, idest 'absque delectatione'.³⁰ et ideo, quia ibi densa caligo erat atque fetida et quia sepe obscenum illud sacrum humano sanguine confectum inferis agebatur, ab ignaris inde esse iter ad inferos creditum. Nec desunt qui arbitrentur ibidem ab Ulixe primo, occiso Helpenore vi sacrorum et carminum ab inferis evocatos Manes et de futuris consultos; sic et postea ab Enea, mactato Miseno.³¹ Ostenditurque ab incolis iter in specum in domum

Sibylle et alia quedam huic opinioni facientia fidem. Tandem aiunt Octavianum Cesarem factis undique excidi atque eradicari silvis locum amenum atque salubrem reddidisse.³² Vidi ego ex hoc lacu, Roberto inclito Ierusalem et Sycilie rege vivente, tam grandem piscium copiam eiectam in margines ut monstro simile videretur, et cum omnes essent mortui, introrsum nigri erant et sulphure fetidi, adeo ut nullum ex illis gustaret animal. Creditum ex eo est a prudentioribus incolarum eruptas diebus illis in lacum sulphureas venas tanti vigoris ut, infectis aquis, pisces occiderit.

24 ANIEN lacus est Velinorum et per Tyburtinorum fines infunditur. In Tyberim fluit; ab Aniense filio Apollinis nuncupatus.³³

25 BENACUS lacus Gallie Cisalpine est³⁴ inter artas montium fauces situatus, adeo ut coacti impetu inter eos venti eum more maris estuaciones undarum atque tempestates facere cogant.³⁵ Hunc aiunt aureas harenas evolere et ex eis nutriri pisces quos vocant indigene carpiones, nusquam alibi repertos.³⁶ Ex hoc virgilianus Mincius fluuius excurrit in Padum.³⁷

26 BOEOBOIS lacus est Thessalie.³⁸

27 BORISTENES lacus est apud Boristenas Scythas, flumen eiusdem nominis habentes.³⁹

28 BIGUNTINUS seu BRIGANTINUS lacus est in agro Retico, murelas murenis emulas generans.⁴⁰

29 BUSESAGORE lacus est apud Scythas a Meotidis paludibus petroso dorso disclusus.⁴¹

30 CALDAICI lacus inter Seleuciam et Thesiphontem sunt in quos Tygris funditur, qui .LXV. mil. passuum ampliati illum vasto effundunt alveo, forsan Caldaici dicti quia aut in Caldea ut Caldee nomen dederint.⁴²

31 CALEARCIUM Affrice lacus est.⁴³

32 CASPIUS lacus est, esto Caspium dicatur mare, sicuti et Asfaltidis lacum Mare Mortuum appellamus; verum huic convenientius, ob immensam eius magnitudinem, dicimus. Est igitur inter Caspios et Hyrcanos tam lato longoque tractu diffu-

sus ut mare non incongrue nuncupetur. Sed constat eum ex concursu maximorum fluminum ab aquilone cadentium⁴⁴ in aquas perpetuas et maximas ampliatur, nullos exitus patentes habentem nec se usquam alicui mari iungentem. Est preterea nationibus multis conterminus, habens in circuitu portus et littora, et navigia vehit ingentia, patiens insuper tempestates et maris accidentia reliqua.⁴⁵

CAULAS lacus est in Iudea haud longe a fonte Chebron.⁴⁶ 33

CLITORIUS lacus est Ytalie, cuius ex aqua si quis potaverit in vini odium incidit.⁴⁷ 34

CLITUMNUS lacus est Umbrie, apud quem aiunt maximos boves gigni; supra eum fontem diximus.⁴⁸ 35

COCYTUS secundum quosdam lacus est apud inferos;⁴⁹ alii dicunt fluvium. 36

COPE sunt lacus in Syria, Arabia et Numidia, apud quos a circum habitantibus bituminis ingentes colliguntur moles.⁵⁰ 37

COTANICUS in Sycilia lacus est.⁵¹ 38

CROBSITARIA lacus est ex quo non solum qui biberint sed qui ex eius aquis lavaverint moriuntur.⁵² 39

CIMINUS lacus est apud Hetruscos in monte cui et Ciminus nomen est, quem taliter natum fabulosa dicebat antiquitas. Nam cum aliquando ad hos populos devenisset Hercules et ad ostendendam virtutem suam forte provocaretur ab eis, defixit in solo vectem ferreum; quem cum nullus posset auferre, rogatus sustulit eumque confestim aqua secuta est, que lacum fecit.⁵³ 40

CURTIUS olim lacus fuit ubi nunc Roma est. Verum dum excresceret civitas, factis subterraneis cloacis, exhaustus est. Nominis huius triplicem causam retulerunt antiqui. Quidam dixerunt eo in loco terre hyatum apparuisse et ab aruspibus fuisse responsum deum Manio postillionem postulare, idest civem fortissimum eodem micti. Quam ob rem Curtium quandam, strenuum virum, tanquam ipse postularetur, armatum aiunt conscendisse equum ac sese in hyatum precipitem dedisse, eoque facto coisse terram et sic eius corpus humatum fuisse locoque nomen datum visum est: et sic non lacus fuisse videtur aquarum, sed sic locus pro libito vocitatus. Alii dicunt Sabino 41

bello, quod inter Romulum et Tatium ob raptum Sabinarum suscitatum est, Metium Curcium virum fortissimum, unum ex ducibus Sabinorum, dum pugnaret acriter, urgente Romanorum acie, sese in paludem ibidem existentem coniecisse, ex qua cum suasionem suorum emersisset eosque in Capitolium collegisset se, lacui nomen dedisse. Non nulli volunt eum locum fulguritum esse et ex senatus consulto circumseptum eumque Curtium appellatum quia a Curtio consule factum sit, qui ea tempestate Marco Genitio collega erat.⁵⁴

42 CUTILENSIS lacus est in quo insula mobilis est, et inde Cutilensis dictus.⁵⁵

43 ELECTRIDES lacus est Syrie in quo electrum nasci dicitur.⁵⁶

44 EPTABOLUS lacus est apud Mauritaniam.⁵⁷

45 EUPILIS lacus est Gallie Cisalpine, ex quo progreditur Lambrus fluvius in Padum defluens.⁵⁸

46 EXQUILINUS lacus Rome fuit, sub monte qui Oppius dicitur.⁵⁹

47 FACULTALIS lacus Rome fuit regione Exquilina, apud quem Servius Tullus Romanorum rex sepultus fuit.⁶⁰

48 FERONIA Terracine lacus fuit.⁶¹

49 PHIALA haud multum longe a Libano lacus modicus est, ex quo sunt qui credant Iordanem oriri et, parvo discursu tractu, a terra sorberi et ad radicem Libani iterum ebullire. Quod aiunt deprehendisse primum Philippum tetrarcam paleis in Fiala positis eisque apud Paneam recollectis: Paneam enim fontem vocant sub Libano ex qua Iordanis effluit. Dicitur autem lacus iste Phiala a rotunditate, qui quidem cum semper plenus sit, nunquam ut exundaret compertum est.⁶²

50 FLEVO lacus est quem Rhenus, maximam aquarum copiam trahens, de se ipso post longum decursum facit et in eius medio insulam eque Flevo nominatam amplectens. Demum exinde exiens iterum sese cogit in ripas.⁶³

51 FUCINUS lacus est apud Marsos⁶⁴ seu (ut quidam dicunt) Equiculanos:⁶⁵ forsan ambobus conterminus. Nam hodie vulgo dicitur lacus Marsi. Optimos autem pisces nutrit.⁶⁶ Ab hoc au-

tem lacu volunt quidam haustum seu absorptum fuisse oppidum Archippe quod olim Marsyas Lydorum dux, a quo Marsi dicti sunt, condiderat.⁶⁷

FURIALIS lacus est Boetie insani generator amoris. Dicunt quidem qui ex eo biberint in tantum libidinis ardorem incendi ut fere agi Furiis videantur. Ob hoc nomen sortitus est Furialis.⁶⁸

GALILEE lacus est quem Hebrei more suo mare nominant. Omnem enim aquarum collectionem 'tarsim' vocant, quod latine mare sonat.⁶⁹ Is autem dulces habet aquas, tanquam qui ex Iordane fluvio efficitur.⁷⁰ Et Galilee dicitur quia preterfluit Galileam. Et non nunquam etiam Tyberiadis dicitur mare, eo quod illi superimmineat civitas Tyberiadis.⁷¹ Preterea et stagnum Genesaret appellatur aliquando eo quod crispantibus undis ex se auram generet,⁷² seu a Genesara regione quam preterfluit, admirabilem diversissimis generibus arborum,⁷³ et extenditur stadiis .CLX., cum latitudinis non amplius habeat .XL. In hoc enim piscabatur Symon Bar Iona quando accersitus in discipulum fuit a Iesu.⁷⁴ Sic et Andreas frater eius et Zebedei filii in hoc tempestate passi sunt dormiente Christo.⁷⁵ Et huius in litore, cum iam surrexisset a mortuis, illi panem et assatos paravere pisces.⁷⁶

54 GEBENNENSIS lacus est Gallie, quem idem volunt cum lacu Lemanno, ex quo Rhodanus effluit.⁷⁷

55 YLAS Bithinie lacus est abluens Trusiadem urbem. Apud hunc seu in hoc resedisse creditur Ylas dilectissimus Herculi puer, Nympharum rapina, et ab eo lacum atque fluvium ex eo manantem denominatos volunt, eiusque in memoriam annis singulis solemnibus tripudatione populus lacum circuit Ylam vocans.⁷⁸

56 LARIUS lacus est Gallie Cisalpine propinquus Como civitati, piscium abundantissimus, ex quo Addua progreditur fluvius.⁷⁹

57 LEMANNUS Gallie Transalpine lacus est grandis, ex quo su-

ceptus egreditur Rhodanus et a quo adiacentes populi nominantur Lemanni. Hunc supra Gebennensem vocavi.⁸⁰

58 LYCOMEDIS lacus est Ethiopie propinquus Psillis populis⁸¹ qui ore serpentum exhauriunt venena vulneribus.⁸²

59 LORISMA lacus est in Minori Asya in aspectu fere insule Rhodiorum.⁸³

60 LUCRINUS lacus est Campanie inter Mesenum, Baiarum caput et Euboicas Cumas,⁸⁴ Lucrinus (ut veteres dicunt) a lucro dictus. Nam cum in eodem multitudo piscium caperetur, ex quibus maximum mercatores consequerentur lucrum, Lucrinus dictus est.⁸⁵ Verum cum plurimum estuans mare, quod penes est, obesset piscantibus et ob id minui videretur vectigal quod exinde persolvebatur Romanis, a senatu Iulio Cesari datum opus est ut Lucrinum a maris impetu immunem redderet; qui labore maximo atque sumptu, oppositis molibus et parvo relicto mari hostio, Lucrinum ab estu maris securum reddidit. Quam ob rem a non nullis postea Aque Iulie appellatae sunt;⁸⁶ alii Maris Otia vocaverunt, a quibusdam Mare Mortuum appellatur. Sane etsi non omnino repletus harenis sit, modicum tamen vacui reservavit, quod magis aliquibus navibus quietam aliquando stationem prestat quam piscatoribus lucri commodum.⁸⁷

61 LUMIE lacus est apud Babiloniam Caldeorum, plurimum liquidi bituminis evomens quo creditur quondam a Semiramide Assyriorum regina et testaceo latere Babiloniam omnem muris instauratam.⁸⁸

62 LUNE lacus est Athamanie tenuia accendens ligna, ex cuius aqua si quis potaverat aut in insaniam labitur aut solvitur in soporem.⁸⁹

63 MALEFICUS lacus est Scotissei, quem etiam Insanum vocant. Hic die fit amarus ac salsus tantundenque dulcis atque potabilis, nocte vero serpentes albos vicenum cubitorum emittit in aridam.⁹⁰

64 MANDALUS lacus apud Ethiopas est.⁹¹

65 MAREOTIS lacus est, qui olim Crapotes dicebatur, penes

quem Alexander Macedo Alexandriam insignem Egypti civitatem constituit.⁹²

MOERIDIS lacus est in Egypto civitati Memphis propinquus, 66 qui (ut quidam dicunt) .CCL. mil. passuum, et (ut alii) .CCCCL. longitudinis habuit et latitudinis .L., manufactus opera Moeridi regis Egyptiorum a quo et denominatus est.⁹³

MONOLEUS lacus est Ethiopie haud longe a Ptolomaida Epitha cognominata, ad venatus elephantorum a Philadelpho condita.⁹⁴

MOERIS lacus est in Egypto .XX. mil. passuum ambitus, qui 68 campus fuit aliquando, postmodum lacus altior quam ad ferenda navigia opus sit.⁹⁵

OAXUS lacus est Yndie, cuius oras incolunt Bactriani atque 69 Oxostaste; ex quo quidem Oxus emittitur fluvius.⁹⁶

PANDOSIA lacus Acarnanie que vocari consueverat Curetis.⁹⁷ 70

PELSEIS Pannonie lacus est.⁹⁸ 71

PERGUSA Sycilie lacus est, olim nemoribus circumdatus, 72 quem penes, dicunt, spatibatur Proserpina flores legens, dum Plutoni placuit et ab eodem raptus est.⁹⁹

REGILLUS lacus est in agro Tusculano. Penes hunc, aiunt, 73 dum Paulus Postumius dictator adversus Mamilium Tusculanorum ducem pugnaret, visi sunt Castor et Pollux pro partibus Romanorum acriter dimicantes. Sic et ab eisdem dicunt Valerio P. Vatinius Reatine prefecture viro noctu Romam petente nuntiatum die precedente ab Emilio Paulo Persem regem Macedonum victum captumque.¹⁰⁰

RUBRESUS lacus est Narbonensis provincie, cui super innatat 74 fluvius Atax fusus e Pyreneo.¹⁰¹

SALENTINUS lacus est Salentinorum iuxta Anduriam oppidum. Hic, ad margines usque plenus, neque exhaustus minuitur nec superinfusus augetur aquis.¹⁰² 75

- 76 SALINARUM lacus est Affrice inter Rusicadam et montes Azare.¹⁰³
- 77 SARA Iudee lacus est, non amplius ambitus occupans quam .xvi. mil. passuum, urbibus plurimis atque celeberrimis circumseptus.¹⁰⁴
- 78 SCAPHAGIOLUS modicus lacus est in Appennino qui inter agrum Pistoriensem atque Mutinensem sublimatur, miraculo magis quam aquarum copia memorabilis. Nam, ut omnes testantur accole, si quis sponte vel fortuito lapillum vel rem aliam que aquas moveat in eum proiciat, repente aer in nubes cogitur et tanta ventorum tempestas oritur ut non nunquam vicine lacui validissime quercus fagique veteres aut truncentur aut radicitus evellantur. Quid animalia dicam, si qua sint, si arbores enervantur? Et sic infesta omnibus per diem totam aliquando perseverat.¹⁰⁵
- 79 SERIPHUS lacus est in quo rane non coassant, cum id faciant si alibi deportentur; qui denominatus est a Seripho insula in qua est.¹⁰⁶
- 80 SEBINNUS Cisalpine Gallie lacus est, ex quo Olius flumen exundat.¹⁰⁷
- 81 SICENDUS Thessalie lacus est, in quo rane nullo modo coassant, cum alibi delate faciant.¹⁰⁸
- 82 SEMECONITIS lacus est Galilee, qui a Iordane fluvio intersectatur.¹⁰⁹
- 83 SIRBONIS lacus Casio, monti Arabie, iunctus fuit habuitque, ut tradunt veteres, .cl. mil. passuum circuitus, postea in modicam devenit paludem.¹¹⁰
- 84 SPECULUM DIANE lacus est haud longe ab Aricia, quem supra Aricinum nominavimus.¹¹¹
- 85 TAGE lacus est Ethiopie.¹¹²
- 86 TARENTINUS lacus apud Tarentum, Ytalie civitatem, est, qui estivo estu siccatur in salem.¹¹³
- 87 TARQUINIENSIS lacus a civitate Heturrie Tarquiniensi denominatur, in quo duo magna circumferuntur nemora nunc triquetram nunc rotundam facientes figuram impellentibus ventis, quadratam autem nunquam.¹¹⁴

- TEPIDIS lacus est per quem Tygris impetuoso cursu rapitur.¹¹⁵
- TESPROTIE lacus est Ambracie, ex quo Acherusia funditur fluvius.¹¹⁶
- TIBERIADIS lacus est Galilee. Hunc paulo ante a Galilea denominavimus.¹¹⁷
- TOLOSENSIS lacus est Tolose civitati propinquus et ab ea denominatus, in quo Tectosagi peste oppressi monitu auruspicum omne aurum atque argentum quod predantes quesierant proiecerunt, et abiit pestis.¹¹⁸
- TRASIMENUS Tuscie lacus est, hinc Perusium et Cortonam, inde Aretinum et Sene Iulie agrum habens, insignis clade Flaminii Romanorum consulis et Hannibalis Peni victoria.¹¹⁹
- TRAGODITIS lacus est qui ter in die amarus et totidem dulcis fit.¹²⁰
- VADIMONIS lacus est in quo natat insula.¹²¹
- VELINUS lacus iuxta agrum Rossulanum fuit; hic secundum quosdam exaruit.¹²² Alii dicunt in Piceno esse et lapideo cortice cuncta iniecta obducere,¹²³ alii illum in Reatino agro describunt, alii in Narem fluvium a quodam Romano consule dicunt fuisse diffusum.¹²⁴
- VENERIS lacus in Syria est apud Ieropolim, ex quo vocitantis edituis pisces veniunt, ut fertur, et adulantur auro exornati atque scalpuntur, et hiantia ora prestant manibus inserentis.¹²⁵
- VENETUS lacus est in Alpibus a Rheno flumine editus, uti et Acronius, ex quibus effluens efficitur fluvius.¹²⁶
- VITURNE lacus est haud longe a Roma, cuius in margine olim fuit edes Castori et Polluci sacra, eo quod apud eundem lacum visi sunt cum pro Romano pugnassent imperio, equos lavantes suos.¹²⁷
- VERBANUS lacus est Gallie Cisalpine ex quo Ticinus emergitur fluvius, seu, ut dicunt alii, per quem Ticinus ex Alpibus veniens, sua celeritate servata, decurrit ad Padum.¹²⁸
- VULSINUS lacus a Vulsinis oppido cui adiacet nominatus, piscium fertilis, in Etruria est.¹²⁹

101 ZOROANDA lacus est sub Tauro monte, ubi absconditus ultra montem Tygris fluvius iterum exit in lucem: quod quidem patet eo quod ea que in flumine specum intrante projecta sunt altera ex parte montis redduntur in lacu.¹³⁰

[V.] DE FLUMINIBUS

Figmento poetico traditum est flumina ab Oceano et Terra
fuisse progenita. Nec equidem credendum eruditos homines
tanta fuisse caligine offuscatos ut animalium more arbitrarentur
hec procreatio facta sit, quin imo sub tam tenui velamento
senserunt ex amplissimo Oceani fonte, quibusdam agentibus
mediis, omnem humorem in terram deduci, cuius in visceribus,
postquam amaritudo digesta est omnis et ceptus meatus in
exitum usque peractus est, his in locis ad quos aut traxit aut
impulit potentia maior fontes parturiantur et lacus, ex ubertate
quorum (ut iam pretactum est) derivantur et flumina.

Et quia de fontibus atque lacubus pro qualitate laboris
sumpti satis dictum est, etsi, si opportunitas exigat, reassumetur
et iterum, de fluminibus congrue dici potest, principia, fluxus
et fines paucis explicando. De his potissime dico quos ad
notitiam nostram antiquorum deduxit solertia seu ipsi sumpsimus
oculis regiones varias peragrantes. Sunt igitur flumen, fluvius,
rivus et torrens in se aliquid diversitatis habentes, esto non
nunquam scriptores, secundum stili exigentiam, improprie uno
utantur pro altero. Flumen quippe omnis aqua est que ab ipso
exitu (ut ita loquar) ex utero usque in finem, eo scilicet quo
commixtione alterius nomen extinguitur, continetur. Fluvius is
est locus per quem flumen perpetuo cursu deducitur. Rivus autem
est tenuis aqua que ex fonte vel lacu exuberante procedit, vel
que aquationis seu oblectationis alterius causa a fluvio in partem
deflectitur aliquam. Torrens is est qui agentibus imbribus
repente fit turgidus vel impetuusus, sese e montibus precipitem
ferens in valles, et pluviis cessantibus exarescit. Verum in
presenti opere nil nobis est cum rivis aut torrentibus, quorum
cursus aut flectuntur facile aut auferuntur estate. Et id circo
venientes ad fluvios, quos amnes quandoque loci amenitas per
quem vadunt nuncupari facit, Eo propitio

iussu cuius eorum flexibus arida humectatur, ceptus alphabeti servabitur ordo, longoque agmini dux dabitur Arnus Florentie civitatis fluvius, non quidem tanquam ob licterarum ordinem meritus, sed quia patrie flumen sit et michi ante alios omnes ab ipsa infantia cognitus. Bona ergo legentium pace fiet, eoque paucis expedito confestim ordo reassumetur in reliquis.

3 ARNUS Tuscie fluvius est, et ex Appennino effluens mergitur in Tyrrhenum; cuius lapsus paulo propensius ostendendus est. Is igitur ex dextero Appennini latere, eo ex loco cui vulgo dicitur Falterona, prorumpens, inter confragosa vallium occidentum petens, ab initio paucis fertur undis. Inde adiutus ab aliis grandiusculus factus, a sinistris Aritium vetustate nobilem civitatem linquens, postquam Florentinum intravit agrum eo usque labitur ut Anchisam, oppidum Florentinorum, preterfluat, maiorum eximii iubaris Francisci Petrarche poete conspicui vetustissimam sedem. Inde Florentiam, totius Ytalie singulare decus, parvo cursu contingit et eius per medium currens petit Alpheos, quorum antiquissimam urbem Pisas¹ postquam in partes divisit duas, haud longe ab ea, ut diximus, effunditur in Tyrrhenum.² Qui etsi navigabilis non sit nec piscium fecunditate famosus, si quis recitare velit plurimum clarissimorum facinorum facile efficietur insignis, ex quibus (ut aliis prestetur locus) unum recitasse satis est. Is quippe, certantibus de orbis imperio Romanis atque Carthaginensibus, pro Romanis partibus vires posuit suas. Nam cum iam Alpes ex Hispania veniens Hannibal Penus superasset et Appennino transceso ex Gallia venisset in Tusciam a Fesulis iturus Aritium, quasi ex composito totus effluens in tantum ripas excessit ut Penum maxima exercitus parte privaret eumque ducem cogeret mediis in undis elephantis superstiti insidere. Quem adeo nocturnis ac palustribus auris affecit ut oculo caperetur uno, et ob hoc arbitrator a veteri fama in hodiernum usque servatum ut ob semicatum hostem Florentini, quorum fors in agro contigit, cognominati sint ceci. Et si tantundem fluvius egisset alter, aut cecus pugnasset Penus aut quietam Ytaliam omisisset.³ Ad meta deveniendum est:

Rupibus ex dextris tenuis profunditur Arnus, Appennine, tuis; mox primis abluit undis saxa Casentini placido cum murmure vallis. Auctior hinc factus montanos spernit et arva irrigat Areti, quod linquens margine levo tendit in occiduas urbes camposque patentes, quem cursu disiuncta suo Florentia mater suscipit infestum multis fluctuque tumentem. Spectat in Alpheas rapide descendere Pisas, quasque penes vario flexu gravis incola terris occupat omne solum stagnis putrique palude. Hinc sectis Pisis ac amplo gurgite totum collectus, Tyrrhene, tuas se mergit in undas. ABANA fluvius est Damasci,⁴ in radicibus Libani montis exortus, in Syriacum effunditur mare.⁵ ABIGA fluvius est Numidie⁶ 6 ABSEpus fluvius est Asye apud Lampsacum oppidum preterfluens, ex quo Priapus fuit, obscenitate virilium cognitus.⁷ 7 ABSARRUS fluvius est in Pachieris montibus Asye ortus. In Pontum effluit haud longe a Trapezonta, cum Eniocorum fluvius sit.⁸ 8 ABSILIS seu ABSILIASPER fluvius est Asye, Laziam preterfluens civitatem.⁹ 9 ABSYRTUS fluvius Colchorum, quem fingunt ex sanguine Absyrti fratris Medee et ab eadem fugiente cum Iasone occisi ortum, et ideo sic vocatum.¹⁰ Ego autem puto secus hunc fluvium Absyrtum a Medea occisum et ob id, veteri fluvii nomine subtracto, Absyrtus denominatus sit. 10 ABUS fluvius Epyri in finibus Apolloniatum.¹¹ 11 ABONA fluvius est Britannie.¹² 12 ACHATES Sycilie fluvius in quo soliti reperiri lapides qui et achates a flumine dicti sunt.¹³ 13 ACAPSEONSIS fluvius est Asye apud Eniocos, Preutebros Colchorum gentes.¹⁴ 14 ACAPsis fluvius est Asye apud Lazos, qui et Colchi sunt populi.¹⁵ 15 ACHELOUS fluvius est Grecie, ex Pindo, Thessalie monte, ef- 16

fluens; Etoliam ab Armenia dividit et in Maliacum sinum effluit.¹⁶ Hic autem apud poetas famosissimus est et de eo narrantur multa. Sunt qui dicant hunc primum erupisse terram,¹⁷ alii vero dicunt eum primum vinum cum poculis immiscuisse.¹⁸ Preterea talis ex eo fabula recitatur, qui Deianiram Meleagris sororem in coniugium volens cum Hercule qui eam desponsaverat certamen habuit et cum se in varias verteret formas, tandem versus in taurum longam cum Hercule luctam exercuit, postremo altero privatus cornu se victum confessus est. Hercules autem de Copie dicavit illud nymphisque exhibuit.¹⁹ Cuius rei veritas fuit quod cum esset Achelous bicornis et multum occuparet agri, quidam rex conatus est eum in unum alveum cogere, quod quidem, etsi difficillimum fuerit, tandem peregit et locus ille qui a cursu fluvii remansit immunis, cum esset pinguis solum, maximam frumenti, vini atque fructuum copiam incolis attulit.²⁰

- 17 ACHERONTUS fluvius apud Molossos oritur et in Thesprotium effluit sinum,²¹ seu potius (ut placet aliis) ex lacu Thesprotie oriens in Ambrachium sinum cadit.²² Hunc poete inferorum dicunt fluvium, eo quod viventibus evehatur undis et eius nomen sonet 'tristitia'.²³
- 18 ACHERON fluvius Lucanorum est Consentiam civitatem circumdans. Apud hunc Alexander Epyrotarum rex et Olympiadis frater, qui Brutiis adversus Lucanos auxilio venerat, in transitu a Lucano satellite occisus est.²⁴
- 19 ACESINUS fluvius est Persie et in Yndum fluvium cadit, navigabilis quidem et magnus,²⁵ circa quem ferunt arundines tante magnitudinis atque grossitiei nasci ut singula eorum internodia incolis prestant vices navigii.²⁶
- 20 ACESTIS Yndie pregrandis est fluvius atque navigabilis, quem iuxta Alexander Macedo Bucephalam fecit construi civitatem dimissisque Taxile et Poro Yndianis regibus naves intravit Oceanum petiturus.²⁷ Hunc ego arbitror in Gangem effluere.²⁸
- 21 ACIS fluvius est Sycilie ex Etna monte procedens, ex cuius ripis fertur Poliphemum saxa in Ulyxem egisse.²⁹ Hunc, ubi de

fontibus, fontem diximus, et ibidem fabulam scripsimus mutationis eiusdem.

- ACRIS Ytalie fluvius est Heraclee civitati propinquus.³⁰ 22
- ADDUA fluvius est Gallie Cisalpine. Ex Alpibus secundum 23 quosdam fusus,³¹ ingreditur Larium lacum et ex eo integer emergens in Padum effluit.³² Alii dicunt eum ex lacu originem trahere.³³ Bonos quidem pisces nutrit et potissime timolos.
- ADONIUS fluvius (sunt qui dicant) nascitur haud longe a 24 Tyberiade civitate et longo defluens cursu a Cretico recipitur mari:³⁴ quod michi impossibile videtur, cum in Syriacum potius credam.
- ADIMA Numidie fluvius est.³⁵ 25
- ADUMEN fluvius haud longe a Roma.³⁶ 26
- ADUS Epyri flumen est, a quibusdam Eas appellatum, Apol- 27 lonie propinquus.³⁷
- AECIS vel AERAS Macedonie fluvius est et decurrit in Yo- 28 nium;³⁸ quod non credo.
- AESIS fluvius est in Piceno: ex Appennino fluens in Adriati- 29 cum cadit haud longe a Senogallia civitate.³⁹
- AEGOS fluvius est in Chersoneso, naufragio Attice classis in- 30 signis, cuius proximus Sextos est Abido oppositus.⁴⁰
- APHAS fluvius est Molossorum in sinu cadens Ambra- 31 chio.⁴¹
- AFFRODISIUS fluvius in Pyrra est, reddens steriles mulie- 32 res.⁴²
- AGASINUS fluvius pregrandis et clarus in Yndum defluit flu- 33 men.⁴³
- AGECIM Minoris Asye fluvius est.⁴⁴ 34
- AGER fluvius est Mauritanie. Ex Atlante monte profluens in 35 occiduum, cum ex septentrionali regione sit ortus, in lacum Eptagonum seu Eptabolum tendit. Inde sub desertis montibus fluens per meridiana loca manat et in paludem mergitur quandam ex qua emergens progreditur et Meroem insulam cingit; et cetera que de Nylo, cuius hic videtur initium, narrabuntur.⁴⁵
- AGILA fluvius est Mauritanie Cesariensis.⁴⁶ 36
- AGISINES fluvius est orientalis apud Censonas et Aphilos, 37

per quem Alexander Macedo ad Oceanum tendens devectus est.⁴⁷

38 AGNICES fluvius est Armenie celebris, qui in Tygrim effluit.⁴⁸

39 AGON fluvius est Ethiopie.⁴⁹

40 AGERA Calabriae est fluvius haud longe a freto Syculo.⁵⁰

41 AGATENIA Sycilie fluvius est a colonia Terme non distans.⁵¹

42 ALABASTROS fluvius est Frigie haud longe ubi Troia fuit.⁵²

43 ALACMON fluvius est Macedoniae ad quem pecora que candida nasci volunt deducunt incole; cumque nigra velint, ad Axum.⁵³

44 ALADER fluvius est Gallogrecie haud longe a vico quem Tison vocant incole.⁵⁴

45 ALAEBIN fluvius est Megarensium, cuius fontem Dedalus dilatavit agrumque reddidit et regionem fertilem quam idem fluvius devastabat.⁵⁵

46 ALANUS fluvius est Scythie a quo Alani populi denominati creduntur.⁵⁶

47 ALAUNA Britannie fluvius est.⁵⁷

48 ALBIS Germanie fluvius est et Suevos a Cervetiis dividens⁵⁸ mergitur in Oceanum.⁵⁹

49 ALBE BAMBLEE flumen est in Vasconia.⁶⁰

50 ALBANEIS fluvius Albanie, cui Amazones et Sauromathe propinqui.⁶¹

51 ALBULA fluvius dictus est qui hodie Thyberis per Urbem labitur.⁶²

52 ALCES Bithinie flumen est.⁶³

53 ALCHIONE Sycilie fluvius.⁶⁴

54 ALDUASDUBIS fluvius Volsontionis circuit civitatem.⁶⁵

55 ALEMON fluvius Macedoniae disternit a Thessalia.⁶⁶

56 ALERE Vasconie fluvius est.⁶⁷

57 ALESUS fluvius Asye Minoris est per Colophoniam effluens.⁶⁸

58 ALPHEUS fluvius est Elidis iuxta Pisam decurrens,⁶⁹ de quo concordantibus omnibus viris clarissimis mirabile recitatur, scilicet quod in Achaia mergatur et in fontem Arethusam apud

Syracusas in Scyliam exeat et in mare Syculum vadat, quod in olympiacis sacris percipitur, ut supra, ubi de Arethusa dictum est, scribitur; ubi et fabula amoris eius in fontem. Sunt preterea qui dicant fontem in Arcadia esse ex quo Alpheus et Arethusa procedunt separatis alveis, et demum post aliqualem cursum coeuntes in unum terras subeunt et in Syracusanum agrum effluunt.⁷⁰

ALFIDAMUS Thessalie fluvius est.⁷¹

ALIARTES Boetie fluvius est.⁷²

ALIAGMON fluvius est Macedoniae.⁷³

ALIBOCRUS fluvius est orientis. Nascitur ex monte Lyseo et in Oceanum tendit.⁷⁴

ALIS fluvius est Capadocie inter Calibes decurrens iuxta Lycastam civitatem⁷⁵ insignis victoria Manilii Vulsonis et clade Gallogrecorum qui ibidem ducibus Lonorio atque Lutario sumpserant sedes.⁷⁶ Oritur quidem in radicibus Tauri montis.⁷⁷

ALLIA fluvius est non amplius .xi. mil. passuum via Salaria ab Urbe distans, e montibus Crustumerinis effluens in Tyberim.⁷⁸ Romanis quippe abominabilis est, nam ibidem a Gallis Brenno duce .xv. kal. augusti vires eorum omnes attrite sunt, ex quo illico urbis subsecuta ruina et patrum cedes atque capitoline arcis obsidio.⁷⁹

ALINTOS Lucanorum fluvius est, Lucaniam a Veliensibus dividens.⁸⁰

ALISICUS Macedoniae fluvius est.⁸¹

ALMON parvus est fluvius Rome proximus, in quo simulacrum Cybelis cum trahi non posset per Thyberim lotum est, et exinde .vi. kal. aprilis lavari in eodem annis singulis consuevit.⁸²

ALLOA BAGORZAN flumina sunt in terra Medorum, ad quorum montes populus Israel captivus deductus est.⁸³

ALMANTICUS Armenie Maioris fluvius est.⁸⁴

ALPON Turingie fluvius est, inclitus Sigiberti regis Francorum victoria ex Unnis adversum se venientibus habitus.⁸⁵

ALOTIS Campanie fluvius.⁸⁶

ALSA fluvius provincie Aquilegiensis.⁸⁷

59

60

61

62

63

64

66

67

68

69

70

71

72

- 73 ALTO fluvius Dyrrachii in Illyricum decurrens.⁸⁸
- 74 ALVUS fluvius Dacis conterminus in Oceanum effluit.⁸⁹
- 75 AMASENUS Vulscorum fluvius, ultra quem Metabus Vulscorum rex fugiens telo alligatam proiecit Camillam filiam suam.⁹⁰
- 76 AMESA Numidie fluvius est.⁹¹
- 77 AMESUS fluvius Rome vicinus.⁹²
- 78 AMPHITA fluvius circa initium Numidie.⁹³
- 79 AMPHRISUS fluvius Thessalie penes quem Apollo posita deitate propter fulminatam Esculapium filium suum septem annis sub forma pastoris Admeti regis pavit armenta.⁹⁴
- 80 AMIMON Argivorum fluvius est ab Amimone Danaï regis filia nuncupatus, ut premonstratum est supra ubi de Amimone fonte.⁹⁵
- 81 AMIS Germanie fluvius est in Oceanum effluens.⁹⁶
- 82 AMPSAGA vel AMPSACUS initium est Numidie in mare decurrens apud Coloniam Augustam.⁹⁷
- 83 AMISSIS Germanie fluvius est in Oceanum se fundens.⁹⁸
- 84 AMISSUS fluvius est haud longe a Pylo civitate Nestoris, Messenam interfluens civitatem.⁹⁹
- 85 ANAS fluvius est Hispanie Lusitaniam a Betica separans, Oritur quidem in Launitano agro Hispanie Citerioris et modo in stagna se dividens et nunc in angustias resorbens aut in cuniculis totum se condens ad ultimum in Atlanticum cadit Oceanum.¹⁰⁰
- 86 ANAPIS Syclie fluvius est leniter fluens. Hunc quidam Anapoliis vocant.¹⁰¹
- 87 ANATHIS fluvius est Syclie haud longe a Syracusis.¹⁰²
- 88 ANATIS fluvius est Affrice.¹⁰³
- 89 ANAURUS Thessalie fluvius est, sic denominatus eo quod ex se neque auram neque nebulam emictat.¹⁰⁴ In hoc calciamentum Iason ad sacra Pelie veniens dereliquit, quod cernens Pelias intellexit se moriturum cito et eum in Colchos misit.¹⁰⁵
- 90 ANARIUS fluvius est propinquus Bactris, Alexandriam, quam ibi construi fecit Alexander, preterfluens.¹⁰⁶
- 91 ANCUS Syclie fluvius est, qui per .II. mil. passuum sub ter-

- ram se mergens Syracusis miscetur mari appellaturque Anopos.¹⁰⁷
- ANDROCHIUS fluvius est Cilicie ex Amano monte progrediens.¹⁰⁸ 92
- ANEMON fluvius est prope Ravennam.¹⁰⁹ 93
- ANIENE fluvius est inter Sabinos et Romanos,¹¹⁰ quem aliqui Anio vocant et ex Trebanorum montibus oriri dicunt,¹¹¹ insignis victoria Tulli Hostilii regis qua Fidenates fudit Romanorum hostes.¹¹² 94
- ANIGER seu ANTIGER vel ANAGER fluvius est Thessalie in quo Centauri ab Hercule vulnerati laverunt vulnera sua. Quam ob rem, cum primo habuisset aquas dulces atque potabiles, habuit postea fetidas atque turpes.¹¹³ 95
- ANXER fluvius Tuscie propinquus Pisis.¹¹⁴ 96
- ANTRUM Britannie flumen.¹¹⁵ 97
- ANULO fluvius est Mauritanie in quo iam dudum consueverant elephantum nova visa luna descendere et sese lavare, inde exeuntes eam salutare et in silvas redire.¹¹⁶ 98
- ANXIUS fluvius (ut quidam volunt) ex monte Armenio nascitur et per Caucasum in Mesopotamiam transiens occurrit Pactolo flumini ex Caucaso cadenti, et unum facti in Eufratem demerguntur.¹¹⁷ 99
- AOUS fluvius Apollonie, inter Meropum et Asnaum montes, decurrit in Meoniam.¹¹⁸ 100
- APIDANUS Thessalie fluvius est in quo Emisacus, Mela et Phoenix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert.¹¹⁹ 101
- APER fluvius est inter Polloniam et Rusiam.¹²⁰ 102
- APPION fluvius est Germanie. Inter Sarmathas nascitur et effluit in Danubium.¹²¹ 103
- APIUS fluvius Gallie Cisalpine in Padum mergitur.¹²² 104
- APONUS Venetiarum fluvius haud longe a Patavio.¹²³ 105
- ARACOSIA fluvius circa Aracosiam civitatem olim a regina Semiramide conditam fluens.¹²⁴ 106
- ARABIS fluvius Carmanie apud Cenolophagos labens, qui quidem sunt homines testudinum conchis casas tegentes, hirti coriisque piscium vestiti incedentes.¹²⁵ 107
- ARANTA fluvius est Lacedemonie civitati vicinus.¹²⁶ 108

- 109 ARAR Germanie fluvius est e Vogeso effluens monte et per fines Eduorum atque Sequanorum adeo leviter currit ut vix intelligi possit quam in partem descendat. Tandem miscetur Rodano.¹²⁷
- 110 ARATUS Molossorum fluvius est.¹²⁸
- 111 ARAXES ingens Armenie fluvius est, et ab Eniochorum montibus originem trahens¹²⁹ quam diu secat arva Armenie placidus quietusque descendit, adeo ut utramque in partem effluat facile non possis dignoscere. Cum vero rupibus premitur tanto perniciosior effici videtur quanto venerat illuc usque quietior. Rapi- quidem se et vasto cum murmure volvitur adeo velox ut antequam alveum attingat sese ultra vehat unda. Demum ubi curvatur iterum fit tranquillus, et qui uno exiverat alveo divisus in duos cadit in Caspium.¹³⁰ Huius in margine Persepolim olim Persarum metropolim et ab Alexandro Macedone deletam fuisse volunt, adeo ad nichilum iam diu detractam ut arbitrentur potius quam sciant incole quo in loco tam clara civitas sita fuerit.¹³¹ Aliqui putaverunt hunc in Tyrum ferri et a Tyro in Caspium mare.¹³²
- 112 ARASACES fluvius est principio Rubri maris propinquus, per deserta loca et cineri magis quam terre similia effluens.¹³³
- 113 ARAVIS Sabeorum fluvius est.¹³⁴
- 114 ARBIM Parthorum est fluvius.¹³⁵
- 115 ARBOR Armenie Maioris fluvius.¹³⁶
- 116 ARCESIM Yndie fluvius est et in Yndum fluit.¹³⁷
- 117 ARDALIO fluvius est inter Tebestem et Metrideram civitates.¹³⁸
- 118 AREVA fluvius est Hispanie a quo Arevaces denominati sunt.¹³⁹
- 119 ARETHON fluvius ex Atamania cadens grandis atque navigabilis efficitur et circumdatis cursu Ambrachie civitatis muris in sinum cadit Ambrachium.¹⁴⁰
- 120 ARGAEON Hystrie fluvius est.¹⁴¹
- 121 ARIMASPUS fluvius est aureis harenis effluens inter Scythas.¹⁴²
- 122 ARIMINUS fluvius Ytalie penes Ariminum oppidum a se denominatum.¹⁴³

- ARIVOCORILA fluvius est Egypti et Terre Promissionis terminus.¹⁴⁴ 123
- ARINC fluvius est apud Dacos.¹⁴⁵ 124
- ARMODIUS fluvius apud Ethiopas nascitur et in sinu mergitur Persico.¹⁴⁶ 125
- ARMILLA fluvius est inter Polloniam defluens et Rus- siam.¹⁴⁷ 126
- ARNUS fluvius est Arabie dividens Moabitidem ab Amoritia- de, et qui in montibus Arabie natus fuerat in lacu Asfaltidis terminatur.¹⁴⁸ 127
- ARNUS fluvius apud Vasconas est.¹⁴⁹ De Florentino in princi- pio dictum est. 128
- AROSAPEN fluvius in Yndia est in regione Arriana fervoribus exusta atque circumdata desertis, cuius cultores circa fluvium hunc Artacon civitatem incolunt.¹⁵⁰ 129
- ARPASUS fluvius Asye est cui Arpasa civitas est apposita, ul- tra Lycum fluvium Lydie.¹⁵¹ 130
- ARABRIS fluvius Yndie quem Codroni incolunt, quos qui- dam in sinu Rubri maris dicunt. Hi quidem domorum fores ex maxillis beluarum faciunt, ossibus tecta contignant, ut Alexan- dro Macedoni relatum est.¹⁵² 131
- ARMONIACUS Numidie fluvius est.¹⁵³ 132
- ARSANIA Armenie fluvius est in Eufratem defluens, quem Tygri misceri quidam volunt et demum, cum lenius fluat, separari et in Eufratem mergi.¹⁵⁴ 133
- ARICANDUS fluvius influit in Limyra haud longe a monte Masicito.¹⁵⁵ 134
- ARSENA Gallie fluvius est.¹⁵⁶ 135
- ARSIA fluvius Illyrici est.¹⁵⁷ 136
- ARULA fluvius Rheno propinquus.¹⁵⁸ 137
- ARUSOROSINES fluvius est haud longe a Bosphoro.¹⁵⁹ 138
- ARTEMON fluvius Minoris Asye.¹⁶⁰ 139
- ARVINA fluvius Affrice haud longe ab Hippone Regio.¹⁶¹ 140
- ASAMUS fluvius Mesie est.¹⁶² 141
- ASANA Mauritanie fluvius est ex Atlante scaturiens, haustu- salsus, crocodillos atque hyppotamos nutriens.¹⁶³ 142

- 143 ASARUS fluvius est Thessalie secus Heracleam civitatem, que in radicibus est montis Oete, effluens.¹⁶⁴
- 144 ASARINAXIS fluvius est Germanie.¹⁶⁵
- 145 ASCANIUS fluvius est Misie.¹⁶⁶
- 146 ASCELPHUS fluvius est Colchis propinquus.¹⁶⁷
- 147 ASDRUBELA fluvius nascitur in montibus Bodua et in mare Caspium fluit.¹⁶⁸
- 148 ASIACES fluvius est Scytharum inter Calipodas Asiacasque discurrens.¹⁶⁹
- 149 ASINIUS fluvius est in Sycilia apud Catinam in litore Tauro-
menitanorum descendens.¹⁷⁰
- 150 ASIMA fluvius est Britannie.¹⁷¹
- 151 ASOPUS Boetie fluvius est,¹⁷² ex quo talem veteres recitant fabulam: quod cum Iuppiter in aquilam transformatus Eginam filiam suam vitiasset totis aquis pro viribus ulturus iniuriam ignominiamque si posset exsurgebat in celum, quo ausu iratus Iuppiter eum fulminavit.¹⁷³ Hic tamen in Epidanum influit.¹⁷⁴
- 152 ASOPUS alter a superiori fluvius est Asye preterfluens una cum Capro flumine Laodicem celeberrimam urbem Lyco impositam flumini.¹⁷⁵
- 153 ASSIS fluvius est apud Illyricum.¹⁷⁶
- 154 ASSOSINA Sycilie fluvius est.¹⁷⁷
- 155 ASTAGO Venetorum fluvius est.¹⁷⁸
- 156 ASTABORES fluvius est inter Affricam et Ethiopiam apud Meroem insulam, qui una cum Astabo flumine iunctus Nylum facit,¹⁷⁹ de quo plene infra, ubi de Nylo, scribetur.
- 157 ASTABUS et hic fluvius est Meroem insulam Ethiopum altera ex parte circumfluens,¹⁸⁰ ut proxime supra dictum est.
- 158 ASTURA Hispanie fluvius est a quo Astures Hispani populi denominati.¹⁸¹
- 159 ASTERION Achaie fluvius est in Nemea silva placide effluens.¹⁸²
- 160 ASTRON fluvius est Frigie.¹⁸³
- 161 ASTIAS fluvius Armenie Maioris.¹⁸⁴
- 162 ASTRAGUS fluvius est Ethiopie cuius ripas incolunt Ethiopes nomades in occidentem vergentes.¹⁸⁵
- 163 ASUBUBA fluvius est Affrice propinquus Salaat portui.¹⁸⁶

- ATAX fluvius est ex Pyrrreneo monte effusus, cursu lenis, et inter Laudanum et Rhemos effluens Narbonem attingit, ubi navigabilis efficitur. Imbribus adeo turgescit ut seipsum capere non possit. Hic in Rubreso lacu mergitur, et inde tenuis in Tyrrenum mare.¹⁸⁷
- ATESINES Yndie fluvius est permaximus.¹⁸⁸
- 165 ATERNUS fluvius est Ytalie quem penes Adria Colonia est. Hic per Marsos decurrit in Adriaticum.¹⁸⁹
- 166 ATHESIS fluvius Gallie Cisalpine in Tridentinis oritur Alpibus. Cursu rapidus Tridentum radit, inde Veronam in duas dividit partes et postremo Padi paludes amplissimas supra fluens haud longe a Brundulo integer in Adriaticum mare funditur.¹⁹⁰
- ATHENS Gallie fluvius est.¹⁹¹
- 168 ATIR fluvius est Tarbacle civitatis Aquitanie. In Oceanum defluit.¹⁹²
- 169 ATRAS fluvius inter Constantinopolim et Thraciam labitur.¹⁹³
- 170 ATISO fluvius est Aquilegie in Adriacum fluens.¹⁹⁴
- 171 ATRAX fluvius est Etolie a quo dicti Atraces sunt populi. Hic in Yonio funditur mari.¹⁹⁵
- 172 AVA fluvius est Scythie et in Pontum cadit.¹⁹⁶
- 173 AVENTIUS Britannie fluvius.¹⁹⁷
- 174 AVELIMPHIUS fluvius est Hibernie per Dubliniam effluens regionem.¹⁹⁸
- 175 AVENIMORUS in Hibernia est fluvius Lismoriensem rigans provinciam.¹⁹⁹
- 176 AUFENTUS Volscorum est fluvius, supra quem Terracina civitas.²⁰⁰
- 177 AUPHIDUS Apulie fluvius est. Ex Hirpinis exiens montibus Canusium preterfluit²⁰¹ et in Adriaticum mare ruit.²⁰² Hic tamen ab aliquibus Canna vocatus est,²⁰³ quo nomine vicus ei superveniens nuncupatur. Celebris quidem est illa Romanorum ingenti clade ex qua victor Hannibal ex occisorum manibus nobilium tria collegit modia anulorum.²⁰⁴
- 178 AVOCELADUS Hispanie fluvius est inter Celticos effluens.²⁰⁵
- 179 AXON fluvius apud Yonas est in Minori Asya.²⁰⁶
- 180

- 181 AXAGUS Paphlagonum est fluvius.²⁰⁷
- 182 AXONA fluvius est in extremis Rhemorum.²⁰⁸
- 183 AUXER fluvius Tuscie propinquus Pisis.²⁰⁹
- 184 AXUS Macedonum fluvius est, cuius ex aqua si pecora potent nigros pariunt fetus.²¹⁰
- 185 BABENNA fluvius in Illyricum currens.²¹¹
- 186 BACCUS apud Darsetios fluvius est.²¹²
- 187 BACTRUS fluvius est circa fines Scythie sub monte effluens Parapanis, ubi Bactrorum civitas Zanastes dicta est, sed et ipsa et populi a fluvio nomen sortiti sunt.²¹³
- 188 BACUS Hispanie fluvius est Cordube civitati propinquus.²¹⁴
- 189 BALCUS fluvius est Colchorum in ora Eniochianorum atque Preutelozum.²¹⁵
- 190 BACUNTIUS fluvius septentrionalis, credo Pannonie propinquus. Hic in Sao flumine apud Sirmium oppidum fluit.²¹⁶
- 191 BAC Turingorum est fluvius.²¹⁷
- 192 BALETUS Brutiorum est fluvius propinquus potui Partheno.²¹⁸
- 193 BAMBOTUS fluvius est apud Ethiopas Claradditas, confertus Yppotamis et crocodillis.²¹⁹
- 194 BANA Syrie fluvius est quem supra sub Libano diximus et Abana nominavimus.²²⁰
- 195 BANNA fluvius est Hibernie per Ultoniam effluens regionem. Nam exiens ex lacu eiusdem provincie permaximo in borealem Oceanum decurrit. In hoc enim olim piscis repertus est formam salmonis habens, tante magnitudinis ut nullo modo integer in margine trahi posset.²²¹
- 196 BANGIS Germanie fluvius est ex montibus scaturiens Sarmatarum.²²²
- 197 BARBARUS fluvius est Yndici Oceani quem transivit Alexander Macedo.²²³
- 198 BARGENS Numidie fluvius est.²²⁴
- 199 BARGUS Thracie fluvius, in Ebrum cadit.²²⁵
- 200 BASTROS Maioris Armenie fluvius est.²²⁶
- 201 BATINIAS fluvius est Chersoneso (ut arbitror) proximus.²²⁷
- 202 BAUTICA fluvius Gallie Cisalpine in Padum fluens.²²⁸

- BASILEUS fluvius insule Cypri Syriacum prorumpens in mare.²²⁹ 203
- BEDESE fluvius est Ravenna, quam Sabinorum oppidum quidam dicunt.²³⁰ 204
- BELUS fluvius Phenicis ex Candea seu Cendebrina palude in radicibus montis Carmeli procedens, et parvo contentus cursu apud Tolomaidam Claudii Cesaris coloniam, que quondam Aeron dicta est, mari miscetur. Harenas quidem habet vitro accommodas plurimum.²³¹ 205
- BERVA fluvius est Hibernie que et Scopia, ex monte Blagnie effluens et per Lichliniam currens.²³² 206
- BETIS fluvius, ex Terraconensi provincia demissus, per mediam fere Hispaniam sicut nascitur alveo uno decurrit nomen imponens regioni, post autem mari propinquus ingentem ex se lacum facit ex quo duplex egreditur, tantus utroque gurgite quantus solus intraverat lacum, et sic geminatus in occiduum labitur Oceanum.²³³ 207
- BETULUS parvus fluvius Barginonis litori proximus.²³⁴ 208
- BIBILUS fluvius est Hispanie, cuius aque circa ferri temperamenta acerrimi vigoris sunt, adeo ut nullum telum approbent incole nisi quod in eodem tingatur aut in Calibe, quem eque virtutis aiunt.²³⁵ 209
- BICORNIUS Germanie fluvius est et in eadem nascitur.²³⁶ 210
- BILLUS Asye Minoris fluvius citra Paphlagoniam.²³⁷ 211
- BISINGIBILA fluvius Albie est et in Oceanum funditur.²³⁸ 212
- BLEXA fluvius Gallie.²³⁹ 213
- BOANDUS Hibernie fluvius est et per regionem mediam funditur.²⁴⁰ 214
- BOMBOS fluvius haud longe a Seleucia Calicadno flumini imminente.²⁴¹ 215
- BORCANI Sardinie fluvius est.²⁴² 216
- BORIUS fluvius Borio promontorio Oceano Serico iuncto proximus est.²⁴³ 217
- BORISTENES fluvius est Scytharum nomen incolis sibi adiacentibus atque lacui tribuens,²⁴⁴ et cum ceteri Scytharum fluvii turbidi fluant, solus hic clarus atque potabilis labitur pabula letalens et pisces optimi saporis quibusque nulla sunt ossa. Ex

longinquo plurimum effluit et ex incognito fonte, adeo ut per spatium itineris .XL. dierum stringatur alveo, et tanto est navigiis aptus spatio, et iuxta Boristenidam atque Olbiam Greca oppida cadit in Euxinum.²⁴⁵

- 219 BOVA orientalis atque navigabilis est fluvius in Gangem fluens.²⁴⁶
- 220 BOUZEMELO Cilicie fluvius est haud longe a Lyco amne.²⁴⁷
- 221 BRAGADA fluvius est Affrice iuxta oppidum Musti.²⁴⁸ Huic cum vicinus esset castrametatus M. Attilius Regulus consul Romanorum bellum agens contra Carthaginenses, querentibus militibus suis qui ad flumen aqutum ibant se a serpente inferari, accessit et comperit secus flumen serpentem longissimum, in quem cum balistis aliisque machinis bellicis nichil agere posset, convocato ad opus exercitu lapidibus obrui fecit, demum sublato ei mortuo corio longitudinis pedum .cxx. Romam quasi mirabile misit.²⁴⁹
- 222 BRISON Egypti fluvius, et a Nylo impletur, cuius in confinio elephantes abundanter nasci consuevere.²⁵⁰
- 223 BRICATATES fluvius est ex Timaro monte progrediens misceturque Arino.²⁵¹
- 224 BRINTA fluvius est Venetorum secus Patavium fluens, et mergitur in extremo sinus Adriatici.²⁵²
- 225 BRIXA fluvius est in extremo Persarum latere, tantum limi trahens ut ceno illam oram inaccessibilem faciat.²⁵³
- 226 BRUSCA fluvius est in confinio Ytalie Galliam Cisalpinam pergentibus Adriatico litori adiacentem, qui iam dudum Rubicon dictus est.²⁵⁴
- 227 BRONONA Vasconie fluvius est.²⁵⁵
- 228 BUGENIS fluvius est Scytharum in lacu Busesagore cadens Meotidi vicino.²⁵⁶
- 229 BUSTRICIUS Pannonie fluvius est.²⁵⁷
- 230 BURA fluvius est Arabum seu Arabis propinquus.²⁵⁸
- 231 BUTES fluvius est Scytharum cui proximi sunt Sarmate et Agatirsi.²⁵⁹
- 232 BUTROTUS fluvius est in extremo Ytalie angulo penes Locros profluens.²⁶⁰

- CABIRUS Suarorum fluvius hostio portuosus.²⁶¹ 233
- CAICUS Misie fluvius est veniens a Theutranta loco ultra Pergamum civitatem, que Theutranta iam pars Eolidis atque Troadis fuit.²⁶² 234
- CAYSTRUS fluvius est labens preter Asyam paludem Asye, ex Albanis iugis cadens, et civitatem abluit Ptele sub Pionio monte.²⁶³ 235
- CALAMAC Syrie fluvius est.²⁶⁴ 236
- CALCANIUS Campanie fluvius est.²⁶⁵ 237
- CALIBS Hispanie fluvius est, cuius aqua si temperetur ferum longe acrius aque violentia redditur quam sua fuerit ante natura, adeo ut nullum approbent Hispani telum ni sumpserit ex Calibe temperamentum.²⁶⁶ 238
- CALYDON Etolie fluvius est, quem ego Acheloum puto, a Calydone oppido Etolie quod preterfluit denominatum.²⁶⁷ 239
- CALOR fluvius est in Samnio Benevento iunctus,²⁶⁸ clarus Caroli regis Sylicie victoria et cede Manfredi.²⁶⁹ 240
- CALICADNUS fluvius est propinquus Corico monti.²⁷⁰ 241
- CALOS Mesie fluvius est.²⁷¹ 242
- CAMANDER fluvius est Troianus, qui aliter Xantus dicitur, fama longe maior quam factio. Iunctus autem Symeonti paludem faciunt que etiam Camander dicitur. Hinc ex Yda nati in portum effluunt Acheorum.²⁷² Ab hoc fluvio Hector Astyanactem filium nominavit Camandrum.²⁷³ 243
- CAMBISES fluvius est Hyrcanie ortum habens in montibus Caucasii, cui cum propinquus ex Coraxici montis radicibus erumpat Cyrus, abeuntes in diversa Hyberos et Hyrcanos longo intervallo distantes irrigant. Inde longe a mari in uno eodemque lacu sese recipiunt et in Hyrcanum sinum uno alveo deveniunt.²⁷⁴ 244
- CAMBRI fluvius est apud Seres qui Osseres vocantur, quod latine sonat silvarum nobiles. Hi quidem mites sunt homines et aqua profusa frondium depectunt caniciem, aliorum mortaliu consortium fugiunt et commercia appetunt.²⁷⁵ 245
- CAMPICAPES Scytharum fluvius est Nomadas distermians et Georges. Verum sunt qui confluere eum dicant infra Albiam una cum Borystene.²⁷⁶ 246

- 247 CAMPANIA Gallie fluvius est.²⁷⁷
 248 CAMICOS Sycilie fluvius monti adusto simili Affricano iunctus.²⁷⁸
 249 CANNA fluvius est Apulie²⁷⁹ quem supra Aufidum nuncupavimus.
 250 CANNAS Bragmanorum fluvius navigabilis, quem Actogalige populi incolunt. Hic in Gangem effluit.²⁸⁰
 251 CANTABAM fluvius est orientalis, qui susceptis aliis tribus fluminibus in Yndum labitur fluvium.²⁸¹
 252 CAPADOX amnis Capadocum est, qui Galacias Morinas terminat et de se Capadocie nomen dedit.²⁸²
 253 CAPER Asye fluvius est Laodiceam Lyco flumini appositam abluens.²⁸³
 254 CARACTES fluvius est Pamphylie, sic dictus quia se precipitat, iuxta quem Perga oppidum et Diane templum que et Perga ab oppido dicta est.²⁸⁴
 255 CARCINES fluvius est navigabilis in extremo Ytalie positus haud longe a Petilia civitate.²⁸⁵
 256 CARAMBUCIS fluvius est sub Arctoo ubi Ripheorum montium iuga deficiunt, apud quem habitant populi quos Arimphoeos dicunt, Hyperboreis gentibus similes. His quidem sedes sunt nemora, cibus bacce; clementes habent ritus atque serios.²⁸⁶
 257 CARESES fluvius est ex Yda Troianorum monte diffusus, Homeri vatis carmine celebris, esto nulla eius videantur vestigia.²⁸⁷
 258 CARIE fluvius est Colchorum in Phasim profluens, cuius ripas Saltie gentes incolunt.²⁸⁸
 259 CARIUNTIS Asye fluvius est supra Bithyniam Nicomediensem fluens.²⁸⁹
 260 CARRO fluvius est in regione Carnorum Aquilegiam preterfluens.²⁹⁰
 261 CASILINUS Campanie fluvius, a quo et oppidum Casilinum dictum,²⁹¹ insigne oppidanorum fide erga Romanos dum obsideretur ab Hannibale Penno.²⁹²
 262 CASPASUS fluvius est apud Scythas.²⁹³
 263 CASUS fluvius per Albaniam fluens.²⁹⁴

- CATIMON Sycilie fluvius est.²⁹⁵ 264
 CAULARIUS fluvius in agro Ydensium est haud longe a Caralite palude.²⁹⁶ 265
 CECINA fluvius est Tuscie, per agrum effluens Vulteranum; cadit in Arnun.²⁹⁷ 266
 CEPHALOEDIS Sycilie fluvius Himere oppido proximus.²⁹⁸ 267
 CEPHESUS navigabilis fluvius est in finibus Pandorum Persarum.²⁹⁹ 268
 CEPHISUS Boetie fluvius est sub Parnasi radicibus fluens,³⁰⁰ cuius in marginibus aiunt fuisse templum dee Themis ad quod Deucalion et Pyrrha consulturi de restauratione humani generis post diluvium accesserunt,³⁰¹ et ob id aqua Cephisi fatidica nuncupata est.³⁰² quam aiunt, cum ex eodem lacu cum flumine Mela exeat et ille nigras aves faciat, albas facere nigras, nigras autem rufas.³⁰³ Hunc preterea dicunt Narcissi fuisse patrem.³⁰⁴ 269
 CEPHNE fluvius est orientalis, inter quem et Yndie regionem que dicitur Geria habitarunt qui ex Ofir, qui de genere fuit Heber, descenderunt; et exinde Salomoni aurum deferebatur.³⁰⁵ 270
 CHELADON Arcadie fluvius est.³⁰⁶ 271
 CHELONATES fluvius ea in ora in qua Cyllene et Callipolis.³⁰⁷ 272
 CHERATI Yndie fluvius est, qui pisciculos producit errantes per aridam et demum in fluvium redeuntes.³⁰⁸ 273
 CHERIUS fluvius est in Evia regione, ex quo si potent oves albe nigre efficiuntur, cum in Neleo flumine huic propinquo contingat contrarium.³⁰⁹ 274
 CELEUS fluvius est Frigie.³¹⁰ 275
 CERRETORIUM torrens est fere inter Pistoriensem agrum atque Lucensem, hinc Uzanum habens oppidum, inde Pisciam, qui miraculo suo solus torrens meruit inter flumina memorari. Hic (ut aiunt incole) parvo montis declivo cadens non imbre turget ut reliqui, quin imo (ut iidem asserunt) de decennio in decennium seu paulo amplius, non determinato tempore sed fortuito et dum minus ab ipsis expectatur, ex imo telluris ventre repente et fere in momento tam grandem lapidum evomit 276

copiam cum ingenti strepitu sese illidentium saxorum ut qui viderint obstupescant eaque in modum labentis aque impellit etiam leniter in declivum ut sese lapides moventes videas, motus vero causam videre non possis. Et hoc ter vel quater in die per horam dimidiam perseverans agit, nec unica die tantum, quin imo duobus vel tribus aliquando continuis, et sereno celo decurrens in admirationem sui non solum externos, sed etiam trahit indigenas; et demum subsistens expectat donec decennium more solito elabatur.³¹¹

- 277 CERBALUS Apulie fluvius est, olim in finibus Daunorum.³¹²
 278 CHERESTE fluvius ex Tauro profluens in oppositum insule mergitur Rhodiorum.³¹³
 279 CHERSIMON fluvius e Caucaso monte prosiliens erumpit in Ponto.³¹⁴
 280 CESTROS fluvius est Pamphylie navigabilis, inter quem et Caractem Perga oppidum situm est et Diane templum, que et Pergea ab oppido denominata est.³¹⁵
 281 CIAOS fluvius est Colchorum vastissimus, et in faucibus Phasis eidem miscetur Phasidi.³¹⁶
 282 CYDARA fluvius est insule Taprobanes ex Megisba stagno effluens et in Oceanum versus septentrionem et Yndiam cadens.³¹⁷
 283 CYDNUS Cilicie fluvius est.³¹⁸ ut aliqui dicunt ex Tauro monte fusus, alii vero ex alveo Cohidapsi, eo quod dulcedine et suavitati saporis illi persimilis videatur.³¹⁹ Tarsum insignem Cilicum civitatem cursu dividit³²⁰ et magis liquore quam spatio memorabilis levi tractu effluit a puro susceptus solo, cuius placidum cursum nec torrentes urgent aut alveum turbant, frigiditate plurima et riparum amenitate desiderabilis, adeo ut Alexander Macedo estuans ob laborem dum se lavaret in eo fere letalem egritudinem traxit.³²¹ Qualis autem emanat e fontibus talis salsis miscetur undis, vere tantum cum liquantur nives turgescit; Cydnus a candore denominatus, nam incolae quicquid album cidnum vocant.³²² Preterea podagricis eius medentur aque.³²³
 284 CHIDRINUS fluvius est inter Ianeos et Chorasmos.³²⁴

- CYDUS Cilicie fluvius podagra laborantibus conferens plurimum.³²⁵ 285
 CINYBS Arabie fluvius est gemmarum plurium generum abundans, adeo ut assumpte camelis deportentur in oppidum Tybrestrum.³²⁶ 286
 CYNOS fluvius est Nomadum, qui quidem ultra incomperatam navigationem in Persico mergitur sinu.³²⁷ 287
 CINYPS fluvius est in Lybia defluens per uberrima arva haud longe a Lepti oppido,³²⁸ circa quem aiunt grandes hircos ori-ri.³²⁹ 288
 CINGA fluvius rapax est, a cingendo dictus, in Hispania et effluit in Hyberum.³³⁰ 289
 CHIOS fluvius est Misie.³³¹ 290
 CINTUS Laconie fluvius est.³³² 291
 CIREN fluvius est Hispanie, qui alio nomine Betis dicitur.³³³ 292
 CIRTA Masiliensium fluvius est iuxta urbem Agatham.³³⁴ 293
 CYRUS fluvius est ex radicibus montis Coraxici prorumpens haud longe a Cambyso, et postquam distantibus alveis Hyberos Hyrcanosque circumverere, quasi ex composito haud longe a mari in lacum unum redeunt, et in sinum Hyrcanum uno tramite currunt.³³⁵ 294
 CITHIOS fluvius est ultra Bithyniam Nicomediensem.³³⁶ 295
 CLANIUS Campanie fluvius est haud longe a Neapoli, Aceram preterfluens.³³⁷ 296
 CLARATH fluvius est Affrice, in quo crocodilli gignuntur.³³⁸ 297
 CLAUDUS fluvius est Asye Minoris Lysie oppido atque Othrusse vicinus.³³⁹ 298
 CLED fluvius est Hibernie.³⁴⁰ 299
 CLERUS Hispanie fluvius est.³⁴¹ 300
 CLITOR vel CLITON Arcadie fluvius.³⁴² 301
 CLITUMNUS Umbrie fluvius est apud Mevaniam et Spoletum defluens, ex quo (ut quidam volunt) si confestim postquam concepit bos bibat album pariet.³⁴³ Quam ob causam Romani magnas hostias Iovi immolaturi ad hunc locum pro albis tauris mictabant.³⁴⁴ Hunc alii fontem,³⁴⁵ alii lacum dicunt.³⁴⁶ 302

- 303 CLIVS seu CLIVIS fluvius est Mauritanie. Ex Atlantis septentrionali plaga progrediens in occidentem tendit et in lacum funditur Eptagonum, et mutato nomine dicitur Agger, et postremo multis peragratis regionibus Nylus efficitur.³⁴⁷ Et ideo ubi de Nylo scribetur infra plenus apponetur.
- 304 CLODIANUS fluvius est ex Pyreneo exundans et ad Emporia se ferens.³⁴⁸
- 305 COASPIS fluvius est Medie sese in Tygrim deferens apud Persas.³⁴⁹ Huius fluminis dulcis est aqua, ut Persarum reges, quam diu inter ripas Persidis effluebat, soli ex eius aquis potabant, et profecturi peregre adhuc illas etiam deportabant.³⁵⁰
- 306 COBAR Babilonie fluvius est.³⁵¹
- 307 COBULATUS fluvius est Minoris Asye Gallogrecie propinquus.³⁵²
- 308 COCYTUS infernalis est fluvius, poetarum carminibus celebris.³⁵³
- 309 CONDERON fluvius est Arriane regionis, fervore solis exustus, desertis circumdatus non longe a Bactris, cuius quidem cultores circa hunc fluvium et alium nomine Arosapem omnes inhabitabant.³⁵⁴
- 310 COERANUS Minoris Armenie fluvius insignis habetur.³⁵⁵
- 311 COPHATA seu COPHINUS fluvius est Yndie propinquus oppido Yndorum quod dicitur Peucodatum.³⁵⁶
- 312 COGAMUS fluvius est Asye Minoris preterfluens radices Timoli montis, cuius in marginibus Loreni et Philadelpheni habitant.³⁵⁷
- 313 COLAPHIS fluvius est Pannonie qui fluit in Saum per Colapianos Breucosque fluentem, et cum duplici mergatur alveo facit insulam quam Segestiam incolae vocant.³⁵⁸
- 314 COPEN fluvius Yndie est in Yndum fluvium cadens.³⁵⁹
- 315 CORALIUS fluvius est Frigie, et susceptis Tembrogio et Gallo fluminibus in Bosphorano litore Ponto miscetur. Hic a multis Sangarius appellatur.³⁶⁰
- 316 CORYNEUS fluvius est haud longe ab Erythriis et promontorio Mimantis et Clazomene.³⁶¹
- 317 CORMALOS fluvius est haud longe a palude que olim Adramytteos dicta est.³⁶²

- CORUS Persarum fluvius Carmaniis proximus.³⁶³ 318
- COSUAGUS fluvius Yndie navigabilis est, et in Gangem cadit.³⁶⁴ 319
- CORUS fluvius est Asye Minoris sub Amanno defluens monte non longe ab oppido Egee.³⁶⁵ 320
- CRATHYDOS fluvius est Calabrie. Verum ab aliquibus Crathim dicitur,³⁶⁶ et preter Taurum oppidum labitur; ex quo secundum quosdam qui biberint flavi efficiuntur.³⁶⁷ Alii vero dicunt si qua biberint pecora candida fieri, cum nigras faciat Sibaribus huic propinquus. Nec incolas carere beneficio dicunt. Nam Sibarim bibentes nigriores dicunt atque duriores et crispo capillo, cum qui Crathim bibunt candidiores sint et coma dimissa.³⁶⁸ 321
- CREMERA fluvius est inter Romam et Veios, quem penes .CC. CVI. ex inclita familia Fabiorum die una pugnantibus a Veientibus cesi sunt, cum non nisi unus, et hic parvulus, superesset.³⁶⁹ 322
- CRENACTAS fluvius est Yndie navigabilis et in Gangem fluens.³⁷⁰ 323
- CRANOS fluvius est paludi propinquus cui dicebatur olim Adramytteos.³⁷¹ 324
- CRINISUS fluvius est Sycilie, quem aiunt Acestis regis fuisse patrem.³⁷² 325
- CRISAS Syracusarum fluvius est ex monte veniens Etneo.³⁷³ 326
- CRISCITORAS fluvius est sub Imavo monte, qui Caucasi finis est.³⁷⁴ 327
- CRISORUS fluvius ex Timolo monte progreditur, Sardibus propinquus, vulgatori nomine Pactolus nuncupatus; qui eo quod aureas habeat harenas Crisori nomen sortitus est.³⁷⁵ 328
- CROCONUS seu CROCACULUS fluvius est Brutiorum seu Sallentinorum navigabilis,³⁷⁶ in quem si lignum fustem ve deieceris vel frondes lapideo cortice obdurantur.³⁷⁷ 329
- CRUSTUMIUM flumen est haud longe ab Arimino, a quo oppidum denominatum est, et defluit in Adriaticum.³⁷⁸ 330
- CURRINANTA fluvius nascitur in campis Commagene et in Persicum decidit sinum.³⁷⁹ 331
- CUTA fluvius est Persarum, a quo Cutei dicti sunt Perse qui 332

ad incolendam Samariam ob Iudeorum captivitatem vacuam a Persis regibus missi sunt.³⁸⁰

333 CUVENTUS fluvius est Etole Calydonem secus fluens.³⁸¹

334 DALIERUS fluvius est Yndie, et in Oxum fluvium terminatur.³⁸²

335 DANAPRIS Scytharum fluvius in Pontum fluens.³⁸³

336 DANES fluvius est Syrie Crocodillo monti propinquus.³⁸⁴

337 DANIA fluvius est Mauritanie Perosis, quem alii Turbulentam dicunt.³⁸⁵

338 DANIUS Acerrarum Campanie fluvius, quem supra Cladium diximus. Utrum horum verum sit nomen ignoro.³⁸⁶

339 DANUBIUS fluvius totius Europe permaximus oritur in iugis Nove³⁸⁷ Germanie montis ex adverso oppidi Gallorum Scaurici, et effluens ab occiduo in orientem per innumerabiles labitur nationes, a sinistris linquens Germanicas et a dextris Theutonicas, Pannonias atque Mesias. Et postquam plurimum sui cursus lapsus est, mutato nomine dicitur Hystrus seu Hyster et .LX. permaximis fluminibus auctus per septem ora vel, secundum alios, per sex³⁸⁸ in Euxinum mergitur mare, ultra .LX. mil. passuum infra amaras undas impetu suo dulcem querentibus exhibens haustum; ex quibus hostiis quattuor navigabilia sunt, reliqua vero non apta navigiis. Primum quidem hostium aiunt vocari Peucos, et ea Peuces appellatur insula cui alveus proximus est, ex quo et palus oritur ingens et lacus super Hystropolim, quem Almirim vocant. Secundum autem hostium Naracustoma nuncupatur, et tertium Scalaustoma secus Sarmaticam insulam, quartum vero Seudostomon et insula Conopon Diabasis, quintum Bonostoma, sextum quidem Spireonstoma, septimi nomen non habemus. Sunt insuper qui videantur arbitrari ex eo tria progredi flumina, Eas scilicet secus Apolloniam effluens, et Nar Liburnos separans et Phileos, et Hystrum qui per Hystros labitur et nomen largitur eisdem.³⁸⁹

340 DARDANUS fluvius est Mesie,³⁹⁰ a quo puto Dardanos populos vocitari.

341 DASIBARIS fluvius est Garamantum.³⁹¹

DIANA fluvius est apud Camarinam, cuius aque nisi pudice hauste sint in unum corpus cum vino non coeunt.³⁹²

DIARDES fluvius est qui ab ultimis Yndie veniens crocodillos ut Nylus et delphinos atque alias gentibus incognitas beluas alit. In Gangem tandem elabitur.³⁹³

DIPSAS fluvius ex Tauro monte cadens.³⁹⁴

DRINUS fluvius est apud Illyrios,³⁹⁵ cuius in ripis Monivolanum oppidum, quod antea Colchinum dictum est eo quod a Colchis sit conditum,³⁹⁶ et Scodra Illyricorum. Cadit enim ex palude Lygnisti.³⁹⁷

DRAVUS est Pannonie fluvius, et in Danubium labitur.³⁹⁸

DRICA fluvius apud Dacos, et in Danubium finitur.³⁹⁹

DRUENTIA fluvius est ex Alpibus fluens et apud Allobrogos in Rhodanum sese mergens, transitu pre ceteris Gallie fluminibus difficilis. Nam cum maximam aque vim vehat, nullas tamen naves patitur eo quod nullis includatur ripis, sed in amplum hic et ibi et ulterius postea alveos faciens atque permittans et assidue glareosa saxa revolvens nullam etiam expedito pediti viam violentissimus prebet tutam.⁴⁰⁰ Quem Druentiam nuncupari arbitror quia obices diruat omnes. Nove quidem Babiloni⁴⁰¹ propinquus est.

DUDRA fluvius est a Tauro defluens monte, quam quidam scribunt Cludra.⁴⁰²

DUDER fluvius Minoris Asye est haud longe ab Antiochia, cuius in ripis Meandropolis et Eumenia oppida fuere, Meandro flumini propinqua.⁴⁰³

DURIUS Hispanie Ulterioris est fluvius, a quo Lusitania incipit.⁴⁰⁴ Is enim ultimi promontorii radices abluit.⁴⁰⁵

EAS fluvius est a quibusdam Adusa vocatus, quem quidam dicunt ab Hystro moveri et apud Apolloniam olim Corinthiorum coloniam in Epyro posita fluere⁴⁰⁶ et in Yonio misceri salo.⁴⁰⁷

EBENOS seu EVENOS fluvius est, quem Centaureum aliqui nominant eo quod in eo Nessus centaurus ob raptam a se Deianiram ab Hercule confossus sit;⁴⁰⁸ qui in mare effluens habet in ripis Lirnesos et Miletos.⁴⁰⁹

- 354 **HEBRUS** inter Thracie fluvios celeberrimus est, qui fusus a Strymone Adramantis Adrisarumque gentes abluit et accoletibus Carbiletis, Pirogetis atque Dragetis nec non et Letas Maiores Hemo subditos atque Minores Rhodope subiacentes intus secat, habens ex parte una Cicones et Doriscos, ex altera relictis Priantis, Dolongis, Thynis, Torpilis aliisque barbaris, habens ubi mari miscetur portum Tentoris et Polydori tumulum⁴¹⁰ et ultra se templum Apollinis Zerynthii.⁴¹¹
- 355 **ECOS** fluvius est ingens, nascitur quippe ex monte Taumeste et in quinque divisus alveos per Caucasum evehit omnes loco qui appellatur Scelantes, inde se in Gangem proripit.⁴¹²
- 356 **EDABIS** Medorum fluvius est, penes quem populus Israel captivus religatus est.⁴¹³
- 357 **EDAS** fluvius est Provinciae Septimane, in mare declinans Gallicum.⁴¹⁴
- 358 **EDIPRIS** fluvius est Susianorum Persarum in Euleum flumen decurrens.⁴¹⁵
- 359 **EGOS** fluvius est Propontidi vicinus, cuius in ripis Tensusa apposita est.⁴¹⁶
- 360 **ELADUS** Arcadie fluvius est servans anhelitum.⁴¹⁷
- 361 **ELAVER** fluvius est apud Arvernos Gergoviam oppidum preterfluens.⁴¹⁸
- 362 **ELEORUS** Sycilie fluvius est Pachino promontorio vicinus.⁴¹⁹
- 363 **ELEUTERUS** fluvius in campis Syrie nascitur et Pheniceo finitur mari;⁴²⁰ in quo maxime testudines capiuntur, ultro statuto anni tempore effusa multitudo venientes in flumen.⁴²¹
- 364 **ELISIUS** fluvius est Sycilie.⁴²²
- 365 **ELISOS** fluvius est Attice regionis, sic a flexibus nominatus. Aiunt quippe hunc a Cocyto fluvio Inferorum augmenta suscipere, et ob hoc Furias infernales fessos siti serpentes aquis huius recreare solitas aiunt.⁴²³
- 366 **ELLES** fluvius est Minoris Asye, cingens Smirnam civitatem suis undis.⁴²⁴
- 367 **ELORUS** Sycilie fluvius est, qui more Nyli super funditur.⁴²⁵ Hunc supra Eleorum dixi.
- 368 **ELSA** fluvius est Tuscie in agro Florentino paulo supra oppi-

- dum quod Collis dicitur ad orientem ex loco cui Unci incolae dicunt tanta aquarum abundantia effunditur ut mirabile videatur, et circa eius initium quicquid eius in aquas proieceris infra breve dierum spatium lapideo cortice circumdatum comperies, quod postmodum in processu sui cursus non facile facit. Hic suis tantum undis perpetuo cursi in exitum usque clarissimus effluit, imbribus tamen ut ceteri turbatur et augetur. Et cum oppida plura hinc inde labens videat, a dextro modico elatum tumulo Certaldum vetus castrum linquit, cuius ego libens memoriam celebros, sedes quippe et natale solum maiorum meorum fuit antequam illos susciperet Florentia cives. Multas preterea et diversarum spetierum, maritimarum tamen omnium, radens cursu solum detegit concas vacuas et vetustate candidas et ut plurimum aut fractas aut semesas. Quas ego arbitror diluvium illud ingens quo genus humanum fere deletum est, dum agitato aquarum maximo terras circumvolveret fundo, illis reliquit in partibus. Hic demum sub insigni castro Miniatis in Arnum funditur flumen.⁴²⁶
- ENIPHEUS** Thessalie fluvius est ex Othry monte prorumpens,⁴²⁷ et celeri se cursu vehens in Epidanum ruit.⁴²⁸
- ENISES** Sycilie fluvius est haud longe a Tauromeno colonia.⁴²⁹
- ENTIAMUS** fluvius Gallie Cisalpine ex Appennino decurrit in Padum.⁴³⁰
- EOIRUS** fluvius est Hibernie, qui in radicibus Blagnie montis exortus per Ossiriam effluit regionem.⁴³¹
- EONUS** fluvius est Yndie navigabilis in Gangem fluens.⁴³²
- EPIDANUS** fluvius est Thessalie, satis leni defluens cursu antequam sibi misceatur Enipheus, qui cum rapidissimus sit Epidanum velocissimum facit.⁴³³
- EPILAS** fluvius est Macedoniae in Heraclea ora.⁴³⁴
- HERACLEUS** fluvius Colchorum est, promontorio eiusdem nominis proximus et oppido Mantio.⁴³⁵
- ERANDACUS** fluvius est ante Lycus nominatus, Asyam Bithyniamque disternans. Oritur quidem in stagno Artyniae penes Miletopolim, Mageston aliosque recipiens.⁴³⁶
- ERASINUS** fluvius est Nemeae adeo superbus cursu ut ripis

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

contineri nequeat. Preterfluit autem Driopas.⁴³⁷ Alii autem Lycie fluvium dicunt.⁴³⁸

379 ERYCINNUM Boetie fluvius est ad Trophonium deum, quem penes duo sunt fontes, quorum alter potus memoriam affert, alter vero obliviosum facit.⁴³⁹

380 ERIDANUS fluvius est Ytalie celeberrimus apud Grecos aliasque nationes. Omnem Cisalpinam irrigat Galliam, et quoniam hic idem et Padus est nichil de eo preter ea que ad Grecos spectant nunc dicemus; reliqua ubi de Pado. Fingunt Greci hunc apud inferos natum et in terras ac superos evasisse, nichil aliud sentientes quam quod ex Vegeso monte, qui propinquus est mari Infero scilicet Tyrrheno, profusus tendit in Adriaticum, quod Greci Superum vocant. Eridanus autem nuncupatur ab eventu. Nam fingunt poete Eridanum Solis fuisse filium, cui cum falsum esse ei obiceretur ab Epapho Egyptio iuvene, ad obtinendam filiationis fidem currus lucis ducere temerarie impetravit a Sole patre. Qui cum equos nequiret regere, exeuntibus ipsis orbitam in parte celum exustum est et in terris multa exhausta flumina. Quam ob rem ab irato Iove fulminatus est et in Padum cadens suum illi tribuit nomen.⁴⁴⁰ Alii sunt qui dicant Eridanum Egyptium iuvenem, cum mutatis sedibus venisset in Ligures eisque imperasset, casu in Padum cecidisse et in eo necatum. Quam ob causam in solatium sui flumini regis mortui nomen posuere, et hinc Eridanus dictus. Quem et veteres Egyptii in honorem sui iuvenis Bicornem inter alias celi imagines posuere et pluribus decoravere sideribus.⁴⁴¹ Reliqua ad hunc spectantia ubi de Pado vide.

381 ERIGONUS fluvius est prope Dorchiopum, qui ex Illyrico per Peoniam fluens maximum flumen efficit.⁴⁴²

382 ERYMANDUS fluvius est Yndie currens apud Parabesten Racosiorum.⁴⁴³

383 ERIMANTUS fluvius est Arcadie ex monte Panete fluens in Alpheum.⁴⁴⁴

384 ERITRASALEOS fluvius gignens in corporibus pilos.⁴⁴⁵

385 ERGINUS Propontidis fluvius haud longe a Lysimachia Chersonesi.⁴⁴⁶

386 HERMUS fluvius est, secundum quosdam, Lydie.⁴⁴⁷ Alii di-

cunt ex Dorylao Frigie natum eumque illam a Caria dividere, demum campos Smirne aureas trahentem harenas fecundare.⁴⁴⁸

ESIA Gallie fluvius in Secanam cadit.⁴⁴⁹ 387

ESERIS fluvius est Calabriae Crotonensi civitati propinquus.⁴⁵⁰ 388

ESIPIUS fluvius est Lycie.⁴⁵¹ 389

ESICIUS fluvius est Hispanie, qui ante haustu dulcis fuit, postea amarus factus est.⁴⁵² 390

ESPER fluvius apud quem secundum quosdam Nessus centaurus Deianiram transvadans rapinam fugamque meditatus ab Hercule sagittis occisus est;⁴⁵³ quod supra in Ebano flumine contigisse diximus. 391

ETERNUS fluvius apud Daunos, quos nos Apulos vocamus, est.⁴⁵⁴ Alibi vero comperio eum apud Aprutinos inter Salinas et Theanum Marruncinum.⁴⁵⁵ 392

ETHILIA septentrionalis est fluvius permaximus, ut quidam ferunt maior Eufrate, estate crescens ut Nylus, a maiori Burgaria descendens in Caspium.⁴⁵⁶ 393

ETHYMANTUS fluvius est Yndie variis flexibus incurvatus, qui cum ab incolis irrigationis causa distrahatur, tenuis et iam sine nomine in mare recipitur.⁴⁵⁷ 394

EUDON fluvius Antiochiam alluit a Thebaida veniens, ubi Pygmeos fuisse tradunt.⁴⁵⁸ 395

EUENUS fluvius est, qui et Lycorum.⁴⁵⁹ 396

EUFRATES inter ceteros fluvios memoratu plurimo celebris est tam veterum licteris quam exundationibus suis. Hunc quidam volunt ex Paradisi fonte, mortalibus quidem incognito, derivari: quod ego non credo.⁴⁶⁰ Alii tamen dicunt in Armenia Maiori in monte cui Parcoatra nomen, haud longe a fonte Tygris, oriri.⁴⁶¹ Non nulli asserunt eum ex radicibus montis Armenie cui Capoten dicunt incole supra Zizimam seu Zimaram erumpere. Nec desunt qui dicant ex Aga eiusdem Armenie monte effundi. Et post hos affirmant aliqui quod in vallibus montis Capotis appareat primo, haud longe a Zimara de qua supra.⁴⁶² Preterea aiunt, etsi vastis e montibus exundet, undis non e vestigio sese in fluvium effundere, quin imo factis ex se 397

duobus lacubus segnis sedet et iners. Ex his tandem margine fracto erumpens ripis assumptis vere flumen apparet et maximo strepitu atque celeri cursu Armenios Cappadocasque disternians,⁴⁶³ nuncupatus ab initio Pyxurates, Deyzena et Anetica regionibus relictis excurrit et iam aliquibus susceptis fluminibus validior factus in Taurum montem vires experitur suas ubi Elegeam vocant. Cui cum non resistat Taurus, progreditur victor, sed saxosus atque violentus ad dexteram Comagenam, ad levam autem relinquit Arabiam.⁴⁶⁴ Verum sunt qui velint eum in alveos duos dividi, quorum alium in Tygrim effundi dicunt, reliquum vero permeatis Medorum Gordianorumque terris in Mesopotamiam ferri et Babiloniam, quondam Caldeorum reginam, in partes duas cursu medio separare.⁴⁶⁵ Inde hic idem postquam aliquandiu effluxit, qui navigabilis et ingens ante fuerat in paludibus dispersus amplissimis tenuis efficitur rivus, et incognitus (ut aiunt) nusquam aperto exitu effluit,⁴⁶⁶ esto sint qui dicant eum in mare Rubrum fundi.⁴⁶⁷ Sunt tamen qui putent hunc illi ruborem iniectum a Cyro Persarum rege ob susceptam iniuriam seu ob glorie alicuius magni facinoris cupiditatem, ut in rivulos deductus plurimos alveus cum nomine deperiret.⁴⁶⁸ Volunt insuper hunc Nyli more et fere eodem tempore Mesopotamiam irrigare atque fecundam facere, et sese in alveum statuto tempore revocare.⁴⁶⁹ Quam ob rem eum nomen Eufhratis sortitum volunt, cum hebraice 'euphrates' fertilitas appelletur.⁴⁷⁰ Dicunt et alii aquas eius esse vitales, et ob id a priscis Auxeneum fuisse vocatum.⁴⁷¹

398 EULEUS fluvius est et in Medis oritur et non longe ab ortu sorbetur et demum in terras exiens per Mesopotamiam funditur arcem Susarum circumiens et Diane templum gentibus illis venerabile plurimum, postquam Susianem ab Elmaide disteminavit. Habetur hic a Persis adeo sacer ut non ex alio reges bibant secumque ex eius aquis deferant, si forsan peregre profecturi sint.⁴⁷² Facit tandem una cum Tygri lacum iuxta Cariacem, ex quo quorsum exeat non habetur.⁴⁷³

399 EUMENIUS fluvius est Hispanie propinquus Turdulibus et Talabrice oppido.⁴⁷⁴

400 EURYMEDON Pamphylie fluvius est. A Sade oppido missus

iuxta Arpendon montem fluit,⁴⁷⁵ insignis Cimonis Atheniensium ducis navali victoria et Phenicum atque Persarum clade.⁴⁷⁶

EUROTAS fluvius est Laconum sub ipsis Lacedemonie muris currens. Huius ripe lauris abundant, et ideo Apollini sacrum dicunt.⁴⁷⁷ 401

EUXINUS fluvius est Propontidis, quem ab Euxino mari in quod effluit denominatum quidam volunt.⁴⁷⁸ 402

EXASINIS fluvius est Argivorum, quem aiunt in terris immergi et iterum post exactum aliqualem cursum in publicum reverti.⁴⁷⁹ 403

EXEMONTUS Mesie fluvius est.⁴⁸⁰ 404
EXRHODUS eque est Mesie fluvius.⁴⁸¹ 405

FABARIS fluvius Sabinorum est, et corrupte Faber nuncupatur a pluribus.⁴⁸² 406

PHACELINUS Sycilie fluvius est Peloro iunctus et Diane templum conterminus.⁴⁸³ 407

FANEUS Samnitum est fluvius, qui et Siris dicitur, Benevento vicinus.⁴⁸⁴ 408

FARFARUS Syrie fluvius in radicibus Lybani montis emittitur et per Anthiochiam fluens inde Syriaco miscetur mari apud Simeonis portum.⁴⁸⁵ 409

FARMICAS fluvius est haud longe a Iulionopolitis.⁴⁸⁶ 410

PHASIS Colchorum fluvius est ingens, maxima deferens diu navigia, quem in Monschis ortum aliqui dicunt,⁴⁸⁷ alii in Morcorum montibus,⁴⁸⁸ et quidam a Garamante monte effusum;⁴⁸⁹ cuius in marginibus oppida fuere plura et celeberrima, sed inter cetera Tindaridaceum et Phasim. Ea in parte apud Ipsos et Gyaos permaximi fluvii miscentur eidem; post hanc Surium, apud quod et Surlus fluvius influit. Recipit preterea Glaucum et Absartum et Chobum e Caucaso descendente. Tandem post longissimum cursum ultra hostia Tanais in Pontum effluit. Clarus quidem et aliis preter iam dicta insignis fluvius est. Pene eum Phruxi templum fuit et lucus ob aureum vellus veteri fabula celebratus.⁴⁹⁰ Medeam fugientem cum Iasone tulit et exilio Sulmonensis Ovidii memorandus est.⁴⁹¹ Aiunt insuper in eo 411

virgam oriri quam leucophyllon vocant, tante virtutis, ut asserunt, quod si thalamis hominum apponatur matrimonia habeat pudica atque inviolata servare.⁴⁹²

- 412 FATISSUS olim Dacorum fluvius.⁴⁹³
 413 PHENIX Thessalie fluvius est.⁴⁹⁴
 414 FERIOR fluvius Genue oppido propinquus.⁴⁹⁵
 415 PHIRITES fluvius propinquus Caystro flumini Pegaseum impellit stagnum.⁴⁹⁶
 416 FESTERUS Mysie fluvius est.⁴⁹⁷
 417 PHESUS fluvius est Bosphori, quem alio nomine Rebas vocant.⁴⁹⁸
 418 PHINNUS Hibernie fluvius est per Cheneleoniam effluens regionem.⁴⁹⁹
 419 PHISON fluvius, qui et Ganges, in Paradiso deliciarum oriri quidam viri celebres asserunt, et exinde irrumpere eo ubi aiunt oriri Gangem qui talia perscrutati sunt: de quo ubi de Gange plenius disseretur. Dicunt autem Phison dici quod inundationem significet. Excipitur autem ab Oceano orientali.⁵⁰⁰
 420 PHTARAS fluvius est apud Seres, de quibus iam supra dictum est ubi de Cambri flumine.⁵⁰¹
 421 FLAUTASIS fluvius in finibus Dacorum est.⁵⁰²
 422 FLEGETON inferorum fluvius poetis familiarissimus est. Ignem quidem significat seu ardorem.⁵⁰³
 423 FLOXUS fluvius est Hispanie promontorio Celtico vicinus.⁵⁰⁴
 424 PHOCIAS fluvius est Thessalie et in Epidamnum effluit.⁵⁰⁵
 425 PHORION Armenie Maioris fluvius in Tygrim mergitur.⁵⁰⁶
 426 FORMIUS fluvius Aquilegie propinquus est.⁵⁰⁷
 427 FRITIMUS navigabilis fluvius apud Persas.⁵⁰⁸
 428 FRIGIUS fluvius est Minoris Asye qui et Frigie provincie nomen dedit, et eam a Caria dividit. Est quidem Magnesie, que ad Syphilum est, iunctus; insignis L. Scipionis Asyatici Romanorum consulis victoria et clade Antiochi Asye et Syrie regis penes eum susceptis.⁵⁰⁹
 429 FUTH fluvius est Mauritanie, et a quo adiacens regio Futhensis appellata est.⁵¹⁰

- GABELLUS Cisalpine Gallie fluvius in Padum cadit.⁵¹¹ 430
 GADUS fluvius ex monte Tauro effluens in mare suscipitur Cycladam.⁵¹² 431
 GAESUS Yonie fluvius est Prieni civitati propinquus.⁵¹³ 432
 GAGATIS fluvius est Lycie a quo et locus cui proximus fuit denominatus est.⁵¹⁴ 433
 GALESUS Calabrie fluvius non amplius .v. mil. passuum a Tarento semotus.⁵¹⁵ 434
 GALBIAN fluvius est Carie haud longe ab Halicarnasso, infamis ob malam habitantium valitudinem.⁵¹⁶ 435
 GALLUS Lycaonie fluvius est, a quo denominati sunt sacerdotes Cybeles.⁵¹⁷ Hic quidem in Sangarium terminatur.⁵¹⁸ Potantes in fuorem convertit.⁵¹⁹ 436
 GANGES fluvius est Yndie pregrandis atque famosus. De eius vero origine ambigitur apud priscos. Nam alii ex incertis fontibus, uti Nylum, eum nasci volunt; alii ex Scythicis montibus vasto cum fragore loci erumpere atque sese per scopulos et aspreta locorum precipitem dare, donec in planum devenerit et ibi quasi susceptum ab hospite in lacu quodam conquiescere et ex eo tandem lenem mansuetumque procedere. Qui in orientem tendens a .xviii. maximis atque navigabilibus fluminibus augetur⁵²⁰ et ultimo secundum quosdam ut Nylus .vii. hostiis Oceanum ingreditur; alii dixere novem, et tria quidam tantum esse voluerunt.⁵²¹ Dicitur autem Ganges a Gangaro vetustissimo Yndie rege, ut placet aliquibus. Aliis vero placet hunc illum esse fluvium quem vocant Sacre Lictere Phison, de quo paulo ante pauca dicta sunt.⁵²² Qui quocumque vocetur nomine aut quotcumque exundet alveis in mare, adeo grandis est ut ubi minus occupet latitudinis .viii. mil. passuum pateat, ubi plurimum centum; altitudinis nusquam minus .xx. passibus reperitur.⁵²³ Adversus quem Cyrus Persarum rex quasi cepti oblitus bellum inauditum sumpsisse fertur. Nam cum unum ex regiis equis candore atque forma precipuum, quem fiducia tractus transvadare persuaserat, a vortiginibus undarum circummagi atque absorbi una cum insidente cerneret, aiunt iratum iurasse se illum adeo extenuaturum ut qui equum atque equitem optimum absorbisset mulieribus vix genua tingentibus va-

dosum faceret. Nec verbis opus defuit. Nam totis in hoc expositis copiis in .CCCCLX. alveos flumen detraxit anno integro operi dato,⁵²⁴ non obsistente quod Nyli more augeri dicatur certo anni tempore et adiacentes fecundare agros.⁵²⁵

438 GARDO fluvius est in Provincia Narbonensi, Nemauso civitati propinquus. Hunc aiunt sepiissime estivo tempore absorberi apud eum locum quem Campaniacum vocant, et sub castro Prinati ampliorem renasci.⁵²⁶

439 GARGARUS fluvius est in insula quam Hydrophagi habitant, barbam usque ad genua nutrientes et pisces crudos etiam comedentes; ultra quem dicunt formicas esse catulorum magnitudinem excedentes.⁵²⁷

440 GARUNNA fluvius est ex Pyreneis delapsus montibus, Gallos ab Aquitanis disternans,⁵²⁸ vadosus quidem ni imbris aut solutis nivibus intumescat. Et in eo insula est Antros nomine, quam quidam pendere et extolli aquis crescentibus deprimique eis deficientibus credunt. Et cum Oceano occidentali miscatur, in exitu sui amplior et turgidior factus more estuantis maris huc illuc navigantes impellit.⁵²⁹

441 GELA Sycilie fluvius est, a quo et oppidum illi appositum denominatum est inter Camerinum et Agrigentum.⁵³⁰

442 GENESUS Epyri fluvius est,⁵³¹ quem a Dyrrachio Thessaliam euntes inveniunt.⁵³²

443 GENUSUS Palestine provincie fluvius est.⁵³³

444 GEON fluvius est meridionalis, quem aiunt in Paradiso deliciarum oriri et universam Ethiopiam irrigare. Hic idem cum Nylo est, et ideo que multa de eo dicenda veniunt ubi de Nylo scribitur apponentur.⁵³⁴

445 GERCUS Scytharum fluvius in lacu Busesagore suscipitur, qui a Meotidis palude saxoso tantum discluditur dorso.⁵³⁵

446 GERRHOS fluvius est Basitidarum et Nomadum, et iunctus Ypacari fluvio Carcinem urbem preterfluit.⁵³⁶

447 GESSUS fluvius est apud Yones ea in regione que Troglea appellatur, Yoniis omnibus sacra.⁵³⁷

448 GETILOS fluvius est Mauritanie portui Tisandro propinquus. Hunc Oetebes quidam vocant.⁵³⁸

GIS vel GER fluvius est Ethiopie Garamantum inter deserta 449
et arena effluens loca.⁵³⁹

GLANES fluvius est tardus atque piger adeo ut potius palus 450
videatur quam flumen, infamis plurimum adversa valitudine
incolarum. Fertur autem tardus, ut dictum est, sub Clusio ve-
tustissima Tuscie civitate et amplo occupato spatio Sene Iulie
campos a Perusinis dividit, et versus Arritium tendens manu
facto alveolo in Arnun effluit.⁵⁴⁰

GLANICUS fluvius est apud Minturnas Liris nominatus, illas 451
cursu dividens.⁵⁴¹ Puto hodie vocari vulgo Garigliano.

GLAUCUS fluvius est Yonie Pedalio promontorio propin- 452
quus.⁵⁴²

GLAUCUS Colchorum fluvius est et in Phasim mergitur, ha- 453
bens eius in exitu in Phasim insulam absque nomine.⁵⁴³

GLOSTES fluvius est haud longe ab Olga oppido et Bithynie 454
propinquus.⁵⁴⁴

GNA Mauritanie fluvius est Ampelusie promontorio vici- 455
nus.⁵⁴⁵

GOZAN fluvius est Medorum, quem penes Salmasasar Babi- 456
lonie rex Israelitas captivos habitare iussit.⁵⁴⁶

GRATEIS fluvius in extremo Ytalie Sycilie propinquus et 457
Scylleo oppido,⁵⁴⁷ quem fabule Scylle immanis monstri finxere
matrem.⁵⁴⁸

GRANIUS Persarum est fluvius per Suasianum fluens et par- 458
vas deferens naves, cuius dextrum latus incolunt Dixi montani
bitumen perficientes.⁵⁴⁹

GRILIOSOLIUS fluvius est in Aphrodisia regione Coryphe op- 459
pido propinquus.⁵⁵⁰

GRANICUS Frigie fluvius est in Propontidem cadens, cui Ci- 460
zicon civitas proxima, clarus quidem prima Alexandri Mace-
donis victoria in Persas.⁵⁵¹

GUATA Britannie fluvius est in Cambria regione, quam vul- 461
gus ab eo denominat Gualliam.⁵⁵²

GUANDALA Guadalorum est fluvius.⁵⁵³ 462

GUTALUS fluvius est Penthim Basterne que Dacis est conter- 463
mina, qui in Oceanum mergitur.⁵⁵⁴

- 464 IABOCH fluvius est penes quem Iacob noctu cum angelo lucatus est, fluens inter Philadelphiam et Gerasam procedensque suscipitur a Iordane.⁵⁵⁵
- 465 IACRUS fluvius est Yndie propinquus in Oxum fluvium effluens. Nam Pompeii Magni edicto exploratum est in Bactros septem diebus ex Yndia perveniri ad Iacrum flumen.⁵⁵⁶
- 466 IADER fluvius est apud Salonas, qui in Adriaticum se miscens forte Iadre oppido nomen dedit.⁵⁵⁷
- 467 IANAUS fluvius est in Armisia regione.⁵⁵⁸
- 468 IARDANUS fluvius est Crete insule civitatem Phias circumdans, cuius et in ripis Cydones habitant.⁵⁵⁹
- 469 IAROTHUS fluvius est Yndie inter opaca nemorum ex arboribus inusitatis effluens et silvestrium pavonum abundans.⁵⁶⁰
- 470 HYBERUS Hispanie famosissimus fluvius est a quo ipsa Hispania Iberia appellata est.⁵⁶¹ Hic secundum quosdam apud Vaccanos oritur,⁵⁶² secundum alios apud Cantabros;⁵⁶³ et cum navium ferax sit, Tulam opulentissimam eius regionis civitatem ex inferiori parte radit, demum sub Tortosa civitate Balearicum ingreditur mare.⁵⁶⁴
- 471 IBERUS fluvius est et per Moscorum tractus in Cyrum flumen effluit apud Scythas seu Hyrcanos.⁵⁶⁵
- 472 HYDASPES insignis fluvius magnitudine et quod aureas harenas habeat atque gemmas ferat, per Parthiam sese ferens evadit in Yndiam et amplo atque profundo gurgite means crebras facit insulas et ingentia trahit saxa sub undis.⁵⁶⁶ Postremo quatuor susceptis fluminibus miscetur Yndo in regione Inio apud arcem Soborum, qui se ex exercitu olim Herculis fuisse testantur pelles vestimentorum loco et clavas pro armis gestantes.⁵⁶⁷ Ab Hydaspes vero antiquissimo Medorum rege (ut placet aliquibus) nominatus.⁵⁶⁸
- 473 HYDROS fluvius est Cilicie Tarso civitati propinquus, ideo Hydros dictus quia in forma hydri tortuosus sit.⁵⁶⁹
- 474 IECTUUS fluvius est in quo optimi capiuntur pisces, et inter alios unus qui lupus vocatur qui gustui carniū saporem prebet.⁵⁷⁰
- 475 IERA fluvius est Asye disterrinans Galatiam atque Bithyniam.⁵⁷¹

- HIEROS fluvius est Colchorum.⁵⁷² 476
- IENES fluvius est (ut arbitror) Hispanie Oceanoque se mergens Cantabrico, ubi Velabri habitant et Luceni in oppositum Hibernie insule.⁵⁷³ 477
- IETERIS Mesie fluvius est, quem Ietrum quidam vocant.⁵⁷⁴ 478
- IGNABOO Britannie fluvius est et mergitur Oceano.⁵⁷⁵ 479
- YLAS fluvius est Bithynie preterfluens urbem Trusiadem, quam et lacus Ylas alluit, apud quem Ylas Herculis puer a Nymphis dicitur raptus.⁵⁷⁶ 480
- ILERDA Hispanie fluvius, a quo Ilerdam oppidum dicitur.⁵⁷⁷ 481
- ILISSON fluvius est cui oliva propinqua .LX. stadiis est, quam si quis tetigerit damnum maximum consequetur.⁵⁷⁸ 482
- ILLISUS fluvius est in insula Imbro, quam arbitror Egei maris.⁵⁷⁹ 483
- HIMALA Sabinorum est fluvius prope Casperiem civitatem,⁵⁸⁰ qui et Himelle dicitur.⁵⁸¹ 484
- IMARIDIS fluvius est Yndie, penes quem aiunt homines ingentis stature habitare, et quia vivis utuntur piscibus Icthyophagi⁵⁸² vocantur ab Yndis.⁵⁸³ 485
- HIMERA Sycilie memorabilis fluvius est. Hic fere circa medium insule fusus in duos dividitur alveos, quorum alter in Tyrrhenum mare decurrit et dulces atque optimi saporis aquas trahit, alter in Lybicum tendit sed amarum plurimum.⁵⁸⁴ Alii contrarium dicunt, quod qui in meridie pergit dulcis sit, et amarum vergens aquilonem.⁵⁸⁵ Ab hoc Himera oppidum Sycilie denominatum est.⁵⁸⁶ 486
- IMINUS Sycilie fluvius est oppido Camerine propinquus.⁵⁸⁷ 487
- INACUS Argivorum fluvius est, ab Inaco rege denominatus.⁵⁸⁸ 488
- YNDUS fluvius est Yndie permaximus⁵⁸⁹ in Cibatarum iugis ad septentrionem.⁵⁹⁰ Alii eum ex Caroparnaso dicunt effluere, equantem magnitudine Gangem.⁵⁹¹ Hic pluribus ac maximis susceptis fluminibus quasdam facit insulas, inter quas est amplissima Pretianes et alia, minor tamen, que Patale nominatur.⁵⁹² Demum in duobus divisus alveis inter se longe distanti-

bus ab Oceano recipitur⁵⁹³ ab eo Yndico una cum provincia nuncupato.

490 INOR Mauritanie fluvius est per deserta effluens, esto vestigia vinearum atque palmarum reliquias aliquando circa eum inventa sint.⁵⁹⁴

491 INSTIGIA Sarmatarum est fluvius.⁵⁹⁵

492 INSURGIS Germanie fluvius est apud Basternas Dacis conterminos.⁵⁹⁶

493 INUACIUS fluvius est apud Aprutinos haud longe a Truento flumine.⁵⁹⁷

494 IOMANES meridianus est fluvius per Balibotros decurrens inter oppida Metora atque Catisobora, Malleo monti propinquus.⁵⁹⁸

495 IORDANUS fluvius est dividens Iudeam et Arabiam.⁵⁹⁹ Verum de origine eius ambigitur apud veteres. Nam sunt qui dicant ex Libano monte duo exoriri fontes inter se distantes, quorum alter dicitur Ior et alter Dan. Qui Dan fere ab ortu suo subterraneum agens gurgitem usque ad planiciem Meldam absconsus incedit: ibi erumpens obliquansque se in Galileam gentium ab urbe Cedar iuxta Spineti balnea sub montibus Gelboe rivo ac Ior fonti altero excurrenti iungitur, et fluvium faciunt hique ex se nomen componunt Iordanis.⁶⁰⁰ Alii vero dicunt ex Ior Iordanem fieri, sed eo quod transeat secus Dan olim civitatem in qua rex Ieroboam vitulum erexit aureum, que latine rivus sonat seu fluvius, dictus est Iordan, quasi fluvius Ior.⁶⁰¹ Quidam vero dicunt apud Paneadam, apud quam templum Cesari dicitur Herodes, speluncam in montem esse aquis immobilibus plenam, et ex ea Iordanem effluere.⁶⁰² Non nulli asserunt hoc Iordanis non esse principium, quin imo fontem esse .cxx. stadiis ultra Cesaream, cui a rotunditate Phiala nomen est, et ex eo aquas sub spelunca Paneadis accedere. Quod quidem a Philippo tetrarca compertum dicunt proiectis in Phiala paleis et per subterraneos meatus apud Paneadem redditis.⁶⁰³ Sed undecunque oriatur effluens aquarum primo facit congeriem, quas aquas vocitant Maron, insignes victoria Iosue et Iabis regis Asor clade.⁶⁰⁴ Ab his prosiliens lacum facit ingentem, quem alii mare Galilee, alii Tyberiadis lacum vocant. Inde autem auctior

factus pluribus susceptis fluminibus evadens inter Sochoth et Salin sub Hermon et Cale oppida atque Bethesinuth accedit in confinia Ierico, ubi suis aquis a Ioanne Baptista lavari dignatus est Christus homo deus eque mundi Creator atque Redemptor, ut ex hoc intelligeremus regenerationis lavacrum et eius imitantes vestigia ab originali crimine lavaremur. Nec multum, et in lacu Asfaltidis seu Mortuum mare colligitur.⁶⁰⁵

YPACHARES fluvius est uno hostio, quanquam ex diversis fontibus, cum Gerrho in Carcinite sinu in Scythia mari se miscens.⁶⁰⁶ 496

HYPANIS Scythie fluvius est ex Gandi palude inter Auchetas⁶⁰⁷ procedens, quam incolae eius vocitant matrem Scytharum, fluviorum princeps: qui diu qualis nascitur effluit. Tandem apud Callipidas, quos circuit, miscetur illi fons modicus qui Exampeus dicitur, qui eum adeo reddit amarum ut mirabile videatur cum eo usque fuerit dulcissimus.⁶⁰⁸ Et sic amarus secundum quosdam fertur in Pontum,⁶⁰⁹ secundum alios a Busesagore lacu haud longe a Meotide suscipitur.⁶¹⁰ Is quidem insignis est Alexandri Macedonis termino. Moratus est enim iter eius ut are ab eodem Alexandro eius in ripis posite testantur.⁶¹¹ Preterea nascuntur ab eodem animalia quedam paulo muscis maiora, quattuor pedes et pennas habentia ut satis quadrupedes videantur et aves, quorum vita die una tantum terminatur, ut mane infantes, meridie iuvenes, sero autem senes sint, et ob senium, ut satis expertum dicunt, deficiunt, que incolae hemeridiones vocant.⁶¹² 497

IPARIS fluvius est, quem et Iectarim vocant, ex quo Camerinis aqua inducta est.⁶¹³ 498

IPATOS Syrie fluvius est, cui et Ipatos oppidum et Seleucia atque Berithos civitates propinque.⁶¹⁴ 499

IPERIS fluvius est Persarum navigabilis, et medio in sinu Persico funditur.⁶¹⁵ 500

IPSA Hispanie fluvius apud urbem Irecon currit, quem Herculis fuisse gratum ferunt.⁶¹⁶ 501

IPPOS fluvius est Colchorum grandis et in Phasim fluvium se condens.⁶¹⁷ 502

IRIS fluvius est Minoris Armenie Lycum suscipiens.⁶¹⁸ 503

- 504 ISAMNUS Dyrhachii fluvius est.⁶¹⁹
 505 ISARA Gallie fluvius est in Rhodanum fluens⁶²⁰ apud Quintia-
 num.⁶²¹
 506 ISAURUS fluvius est Gallie Cisalpine haud longe a Cesena in
 Adriaticum mare prorumpens.⁶²²
 507 HYSEPI S Yndie fluvius navigabilis est in Yndum cadens.⁶²³
 508 ISMENUS Boetie fluvius est propinquus olim Thebis.⁶²⁴
 509 ISPASUS fluvius est Yndie adeo sub solstitio positus estivali
 ut exeunte sole in fine Geminorum et principio Cancri perpen-
 diculares in se solis radios recipiat.⁶²⁵ Ultra hunc amplissime
 sunt solitudines.⁶²⁶
 510 HYSTER fluvius est qui et Danubius dictus, qui hoc nomine
 a fontibus veniens quam cito tangit Illyricum Hyster relicto
 Danubii nomine appellatur,⁶²⁷ de cuius ortu, progressu et exitu
 in Pontum supra satis dictum est ubi de Danubio, hic replican-
 dum non censeo. Sunt tamen qui credant ex Danubio ramum
 progredi qui vocetur Hyster, et ab eo Hystris denominetur, et
 per eum Iasonem in Adriaticum penetrasse navigio a Colchis
 venientem, quod ego ridiculum puto.⁶²⁸
 511 IUNCULUS apud Basternas est fluvius haud longe a Da-
 cis.⁶²⁹
 512 IUSTULA fluvius in confinio est Sarmatarum in Oceano ef-
 fluens.⁶³⁰
 513 LADON fluvius est Arcadie, non quidem ab initio terris datus
 sed terremotu quodam e paludibus Panete emissus.⁶³¹ Hunc
 aliqui fingunt patrem fuisse Danis,⁶³² quam reliqui filiam di-
 cunt Penei:⁶³³ forsan et hic lauris abundat in ripis.
 514 LAEROS Hispanie fluvius est Lambrace civitati propin-
 quus.⁶³⁴
 515 LAPHIAS fluvius est in Minori Asya haud longe a Iuliopoli-
 tis.⁶³⁵
 516 LAMBER fluvius est Cisalpine Gallie ex Eupili lacu in Padum
 fluens.⁶³⁶
 517 LAMISSUS Thessalie fluvius est.⁶³⁷
 518 LANGUEUS fluvius est Scytharum apud Carastasio et An-

- thiandas, ex montibus Catheis cadens Opharumque suscipiens
 flumen apud Cathadas et Opharitas.⁶³⁸
 LAR fluvius est Gallie.⁶³⁹ 519
 LANOS fluvius est apud Seres.⁶⁴⁰ 520
 LANUS fluvius est ultra Danubium, a quo Lanii populi dicti
 sunt.⁶⁴¹ 521
 LARISSUS fluvius est Grecie, Elium agrum dirimens a
 Dymeo.⁶⁴² 522
 LAVESINA Mauritanie fluvius est.⁶⁴³ 523
 LAUT fluvius est Mauritanie ultra Abylam montem navigabi-
 lis et Tamude oppido propinquus.⁶⁴⁴ 524
 LAXATUS, LAXARES, LAXARTES credo idem sit fluvius apud
 Scythas, quem (si sic est) Scythe Scythini vocant.⁶⁴⁵ Is quidem
 Semiramidi, Cyro et Alexandro terminus fuit finemque dedit
 impetuoso itineri.⁶⁴⁶ Et per deserta Scythie et Surdianorum re-
 gionibus vastus fonte suo sese penes Dacos flectens in septen-
 trionem versus inter Mardos et Pessicados penetrans in Scythi-
 cum ad extremum effluit Oceanum.⁶⁴⁷ 525
 LEDUS fluvius est Gallie haud longe a stagnis Volcarum et
 castello Latara et Rhodano fluvio.⁶⁴⁸ 526
 LENTULUS sub Arctoo fluvius est in superiori capite Ripheo-
 rum montium, et medius inter Alanum fluvium atque Tanaim
 in Meotidem funditur.⁶⁴⁹ 527
 LETA fluvius circa Augustam civitatem effluens.⁶⁵⁰ 528
 LETHES fluvius est figmento poetarum apud inferos fluens et
 animarum defunctorum potus preteritarum rerum habet obli-
 vionem inducere.⁶⁵¹ Sane (ut aliquibus placet) omissis figmentis
 hic fluvius in Affrica est apud extremum Syrtium cornu, non
 longe a Beronice civitate. Verum incole prisci fictione ducti
 predicta arbitrantur eum ab inferis in terras erumpere.⁶⁵²
 LETHECUS fluvius est insule Crete, sic dictus (ut placet ali-
 quibus) eo quod penes eum dicatur Hermionam Martis et Ve-
 neris filiam Cadmi viri oblitam.⁶⁵³ 530
 LIBER fluvius est Syrie Inferioris haud longe a civitate Iop-
 pen.⁶⁵⁴ 531
 LIBEUS fluvius Minoris Asye est inter Galatiam et Bithyniam
 fluens.⁶⁵⁵ 532

- 533 LIBYUS fluvius est Mauritanie, cui quondam Fotos vel Futh nomen erat ab adiacente provincia, verum ab uno filiorum Me-
sran qui Libyus vocatus est postea sic dictus.⁶⁵⁶
- 534 LYCASTRIS Coe fluvius est, a quo et Lyca civitas nomina-
ta.⁶⁵⁷
- 535 LYCEOS fluvius est in ora subiecta Libano apud Phenices,
haud longe ab oppido cui Leontos nomen est.⁶⁵⁸
- 536 LYCESIUS Thracie fluvius est, cuius aquas (ut ferunt) si quis
potaverit ebrius efficitur.⁶⁵⁹
- 537 LYCUS Asye fluvius est, qui quidem ab origine sua Lycus
non dicitur, quin imo Marsus, fabulosis Grecorum carminibus
inclitus. Hic autem e summo vertice montis Celene urbis fun-
ditur et in subiectam decidens petram vasto cum strepitu un-
darum decidit et suas tantum undas evolvens campos liquidus
rigat appositos. Et quia eius placidus est color marique persi-
milis, fictioni poetice locus adinventus est: ibidem scilicet amo-
re eius tractas consedissee Nymphas. Qui quam diu intra menia
civitatis labitur Marsus est, exiens vero et maior factus Lycus
denominatus ab incolis.⁶⁶⁰ Cui Laodocia celeberrima civitas ap-
posita est et Heraclea et Neopharia Cesarea. Tandem secun-
dum quosdam in Eufratem decurrit,⁶⁶¹ secundum vero alios di-
sterminata Armenia Minori ruit in Irim.⁶⁶² Possibile tamen ut
duo sint.⁶⁶³ Si unus est seu unus e duobus, memorabilis est vic-
toria Antiochi regis et Itadis Parthorum ducis clade,⁶⁶⁴ nec mi-
nus secunda Alexandri Macedonis in Persas gloria et Darii re-
gis ignominiosa fuga, cum apud Arbelam inter Macedonas
Persasque pugnatum est.⁶⁶⁵
- 538 LYCUS fluvius est Cypri insule se fundens in mare Syriacum.
⁶⁶⁶
- 539 LIGER fluvius est Aquitanos a Celtis dividens,⁶⁶⁷ seu Bituri-
ges ab Eduis,⁶⁶⁸ a quo Aquitania denominata est eo quod suis
obliquis aquis fere omnem in circuitu cingat;⁶⁶⁹ et postremo in
Oceanum Britannicum evolvatur.⁶⁷⁰
- 540 LIMYRA fluvius est post Tauri promontorium nostra contin-
gens maria, apud Limyram defluens oppidum.⁶⁷¹
- 541 LIMOTEUS Sycilie fluvius est.⁶⁷²
- 542 LYNCEUS seu LYNCHESIUS fluvius mira insignitus virtute.

- Nam si quis minus moderate ex eius undis potaverit non aliter
titubabit quam si vinum immoderate potasset.⁶⁷³
- LINEUS fluvius est in Creta insula preter Gortinam urbem
effluens, per quem aiunt Europam a tauro Iove fuisse porta-
tam.⁶⁷⁴
- LIPARIS Cilicie fluvius mirabili proprietate nominatus. Asse-
runt enim natantes in eo aut se lavantes non aliter ungi ab ipsa
aqua quam si oleo lavarentur vel adipe.⁶⁷⁵
- LIQUENTIA fluvius est Gallie Cisalpine seu Venetiaram, in
Padum seu in Adriaticum mare cadens.⁶⁷⁶
- LYRCEUS fluvius est Etolie.⁶⁷⁷
- LIRIS fluvius est Minturnarum coloniam cursu dividens, qui
et Glanicus appellatus est,⁶⁷⁸ cuius in ripa fuisse dicitur tem-
plum nympe Marice Minturnensis.⁶⁷⁹
- LYSIS fluvius est Asye Mandrappo civitati propinquus.⁶⁸⁰
- LITERNUS Campanie fluvius est haud longe a Vulturno flu-
vio et oppido.⁶⁸¹
- LITHIS fluvius est Asye, qui terras subit et demum redditur
terris.⁶⁸²
- LITOS fluvius est Phenicum haud longe a Seleucia, Hypatho
et Beryto civitatibus.⁶⁸³
- LITRA fluvius est Mauritanie atri coloris ex intimis exusti-
sque solitudinibus torrente sole perpetuo et plus quam ignito
effluens.⁶⁸⁴
- LIXUS Mauritanie fluvius, a quo Lixa civitas denominata est
eiusdem regionis.⁶⁸⁵
- LUCTA fluvius est Ruxulanorum apud Oceanum degen-
tium.⁶⁸⁶
- LUNIA fluvius Hispanie haud longe a Galicia et Durio flu-
mine.⁶⁸⁷
- LURDA fluvius est ex Tauro monte cadens.⁶⁸⁸
- LUNO fluvius est Mauritanie propinquus Gnae colonie atque
promontorio Ampelusie.⁶⁸⁹
- LUPIA fluvius est cadens in Rhenum.⁶⁹⁰
- LUSIUS Arcadie fluvius, quem penes diu ostensum est sepul-
chrum Esculapii Assipi et Arsinoe filii, qui primus alvi purga-
tionem atque dentis evulsionem adinvenisse dicitur.⁶⁹¹

- 560 MACRA fluvius est in initio Appennini fluens inter Ligurum montes et demum penes Lunam civitatem defluit in Tyrrenum.⁶⁹²
- 561 MAGESTON fluvius est Asye in Erandaco seu Lyco flumine susceptus iuxta Miletopolim.⁶⁹³
- 562 MAGRADA Cantabrorum fluvius est una cum Sauso Tritinobelluntem cingens et Decium.⁶⁹⁴
- 563 MALVA fluvius est Affrice dividens Mauritaniam Scythicensem a Tingitana.⁶⁹⁵
- 564 MANDRAGEUS Scytharum fluvius apud Sagos populos.⁶⁹⁶
- 565 MANDRUS fluvius Yndie est inter Aremandros atque Ianeos.⁶⁹⁷
- 566 MANAN fluvius est Peuculis et Lyphorte oppidis propinquus.⁶⁹⁸
- 567 MARGUS fluvius est per Seleuciam currens, que prius Alexandria dicebatur, ab Alexandro contra Parthiam condita; sed a barbaris diruta et ab Antiocho Seleuci filio restaurata.⁶⁹⁹ Hunc aliqui apud Dalmatas esse dicunt.⁷⁰⁰
- 568 MARSYA fluvius est. Hic oritur haud longe a fontibus Meandri, et currens Apameam dividit et inde Tyboron in radice montis Signie sitam circuit.⁷⁰¹ Deinde Meandro mixtus Ycareum mare petit in quo una funduntur ambo in litore Mycaleo;⁷⁰² et hoc secundum quosdam qui volunt hunc illum esse Marsyam de quo fabula vetus extat, qui cum Apolline tibiis certavit superatusque atque pelle nudatus in fluvium sui nominis conversus est.⁷⁰³ Alii vero dicunt Marsyam fluvium in vertice montis supra Celenem civitatem irrigare et eam exiens Lycum vocari eumque Lycum in Irim mergi.⁷⁰⁴ Seu binomius sit Meander, seu hic Marsya seu Marsus alius sit a Marsya, quod non credo,⁷⁰⁵ diversitatis causam nec intelligo nec adverto.
- 569 MATHIS Dyrhachii fluvius non longe a Lisso.⁷⁰⁶
- 570 MATRONA fluvius est Gallos a Belgis dividens.⁷⁰⁷
- 571 MAZITIS fluvius est ex Caucaso monte cadens citra flumen Sideri, propinquus Hyrcano mari.⁷⁰⁸
- 572 MEANDER fluvius in monte Alocrene e lacu oritur et adeo descendens sinuosis circumagitur flexibus ut non nunquam in

fontem videatur velle reverti. Et Apameam primo irrigat regionem, inde Moxeum regis olim Mide, post hec Hyrgaleticos campos et ultimo Cariam, omnes fertilissimo limo fecundans.⁷⁰⁹ Postremo apud urbem Hippim haud longe a Mileto civitate in Ycareum effluit mare.⁷¹⁰ Alii sibi attribuunt eam originem quam supra Marsye descripsimus.⁷¹¹ Is quidem multos suscipit fluvios eiusque sunt margines conspicui plurimum civitatum. Suscipit quidem Marsyam, Obrimam atque Orbam et alios.⁷¹² Insignitur Magnesia civitate, Comene, Nihilucam, Priene et aliis.⁷¹³ Aiunt insuper in eo nasci lapidem quem per antiphrasim euphronam vocant, quem si quis pectori alicuius alliget in insaniam eum vertat adeo vehementem ut aliquem ex propinquis occidat.⁷¹⁴

MEDUACUS Venetorum fluvius.⁷¹⁵

MELAS Boetie fluvius est Minerve sacer eo quod oliveti abundet. Hunc tamen aliqui volunt Athenarum esse fluvium, cum ille sit Melus in Sichinarium finibus.⁷¹⁶ Hic tamen Melas ex eodem fonte cum Cephiso exundans potos greges si albi sint nigros facit, cum Cephisis agat contrarium,⁷¹⁷ et ex hoc nomen traxit. Nam 'melam' grece 'nigrum' sonat latine.⁷¹⁸

MELAS fluvius est Chersonesi, a quo sinus in quem effluit Melas dicitur.⁷¹⁹

MELAS seu MECAS Thessalie fluvius in Epidamnum fluit.⁷²⁰

MELANA fluvius Lysimachie civitati propinquus, quem puto idem cum Mela quem in Chersoneso diximus,⁷²¹ et sic eundem arbitror cum Melena in radicibus Oete montis fluente: et si sic est, parvus est fluvius.⁷²²

MELLA Gallie fluvius est ea abundans herba que ab eo vocatur amella.⁷²³

MELAS fluvius est Pamphylie navigabilis,⁷²⁴ apud quem Bithires Busirique incolunt.⁷²⁵ Eum Cilicie veterem terminum dicunt.⁷²⁶

MELES fluvius in Asya Smirnam circumdans, haud procul nascens ab ea,⁷²⁷ quem inter Asyatica flumina precipuum aiunt.⁷²⁸

MELPES fluvius Buxentio oppido vicinus.⁷²⁹

573

574

575

576

577

578

579

580

581

- 582 MENOTARUS fluvius apud Cautadas et Opharitas gentes.⁷³⁰
- 583 MENUBA Hispanie fluvius apud Caurasitas.⁷³¹
- 584 MENUS Germanie fluvius est in quo silurum aiunt piscem equos innantes deorsum trahere.⁷³²
- 585 MERULA fluvius propinquus Albovintimilio oppido.⁷³³
- 586 MESTUS Thracie fluvius cui proximi habitant Suesi Bessique, Pangei montis radices ambiens.⁷³⁴
- 587 METAURUS fluvius est Umbrie descendens in Adriaticum sinum haud longe a Fanestri colonia versus Senogalliam,⁷³⁵ clarus quippe victoria Salinatoris Livii et Claudii Neronis consulis et clade atque cede Hasdrubalis Peni ex Hispania venientis.⁷³⁶
- 588 MEUS fluvius est Yndorum Sogdianorum.⁷³⁷
- 589 MYLAN fluvius est Sycilie inter Syracusas et Leontinum fluens.⁷³⁸
- 590 MILLIA fluvius est Hispanie apud Celticos, cui cognomen oblivionis attribuunt.⁷³⁹
- 591 MINCIUS Venetiarum fluvius est ex Benaco lacu prodiens, qui exundans usque Mantuam labitur.⁷⁴⁰ Ibi autem in circuito civitatis altero lacu facto, cum ex eo progreditur Mincii nomen assumit et brevi cursu in Padum mergitur. Et cum de se tenuis sit, adeo imbribus augetur ut asserant nullum esse tam modici cursus qui tantum usquam suscipiat incrementi. Equidem memorabilis Maronis Virgilii divino carmine decantatus et eius origine. Nam in Ando villa eius in marginibus sita natum aiunt, haud plus .II. mil. passuum a Mantua: vocant tamen hodie Pietcola et gloriatur tanti vatis incolatu; ad cuius servandam memoriam parvo tumulo eis contiguo Virgilii montis imposuere nomen, asserentes ibidem agros fuisse suos.⁷⁴¹
- 592 MINIUS fluvius est iuxta Arinam in mare fluens.⁷⁴²
- 593 MINIO fluvius est Ytalie haud longe a Roma et Cerete propinquus.⁷⁴³
- 594 MINIUS fluvius est Hispanie a colore pigmenti quo plurimum abundat denominatus.⁷⁴⁴ Hic prope Pyrenum nascitur et ab Obuca veniens Leunos, Seubros, Bractaros et Augustam oppidum super Galliciam irrigat, et mergitur Oceano.⁷⁴⁵
- 595 MIRSIA fluvius est ultra Aquilegiam in finibus Ytalie.⁷⁴⁶

- MYSIUS fluvius est Plagee et Scydacis parvis Pelasgorum coloniis et Olympo monti propinquus.⁷⁴⁷ 596
- MOADUS Hibernie fluvius per Connactiam regionem currens.⁷⁴⁸ 597
- MODARNUS fluvius et hic in Hibernia est per Cheneloniam regionem currens.⁷⁴⁹ 598
- MOENIS fluvius est cadens in Rhenum.⁷⁵⁰ 599
- MORGUS Cisalpine Gallie fluvius in Padum tendens.⁷⁵¹ 600
- MOSELLA fluvius est Belgice, cuius in ripis Treveris sedet civitas, et in Rhenum influit.⁷⁵² 601
- MOSA fluvius ex Vogeso monte funditur, qui in finibus Lingonum est, et recepta quadam parte Rheni que vocatur Vasus insulam facit Batavorum⁷⁵³ et inde mergitur Oceano.⁷⁵⁴ 602
- MULUCA fluvius est Numidie, olim dirimens Iugurte Bochi- que regna, Numidiam scilicet a Mauritania.⁷⁵⁵ 603
- MUSECROS fluvius est Camari insule meridionalis.⁷⁵⁶ 604
- MUNDA fluvius est Hispanie a quo oppidum denominatum est, apud quem inter Iulium Cesarem et Cn. Pompeium Magni filium, clade Cnei, ingens certamen commissum est.⁷⁵⁷ 605
- MUTIEN fluvius est apud Cautadas et Opharitas gentes.⁷⁵⁸ 606
- NABAR fluvius est inter Ycosium et Ruthisiam civitatem currens.⁷⁵⁹ 607
- NABRUS fluvius navium capax est, haud longe ab Alexandria a Leonato iussu Alexandri Macedonis condita.⁷⁶⁰ 608
- NAIS fluvius ex Tauro monte nascitur et in Pontum mergitur.⁷⁶¹ 609
- NAMNASA fluvius est apud Cantabros, Avarigines et Orgenomes disterminans.⁷⁶² 610
- NAR seu NARIA fluvius est secundum quosdam Sabinorum⁷⁶³ de Fiscello defluens monte⁷⁶⁴ et (ut quidam dicunt) ex naribus cuiusdam enei tauri, et ideo Nar dictus est.⁷⁶⁵ Alii dicunt eum Umbrorum fluvium.⁷⁶⁶ Vicini sunt Sabini et Umbri: difficile forsitan terminos distinguere veteres. Sulphureis preterea miscetur aquis, et ideo plurimum a veteribus cognominatur sulphureus,⁷⁶⁷ et sub Narnia civitate ab eo denominata fluens in Thyberim labitur.⁷⁶⁸ 611

- 612 NAR fluvius est alter a superiori, qui a Danubio videtur derivari et descendere inter Phileos et Liburnos.⁷⁶⁹
- 613 NARONE fluvius est Dalmatie, ab Epidauri colonia non distans amplius .c. mil. passuum.⁷⁷⁰
- 614 NATABUR fluvius est apud Garamantes Capsago oppido propinquus.⁷⁷¹
- 615 NATISUS fluvius est Venetiarum Aquilegie civitati propinquus.⁷⁷²
- 616 NAVIA fluvius est apud Cantabros inter Albiones et Barthos.⁷⁷³
- 617 NAUPORTUS fluvius est oriens inter Emoniam et Alpes.⁷⁷⁴
- 618 NEBIS Hispanie fluvius apud Celtas.⁷⁷⁵
- 619 NEETUS Ytalie fluvius est haud longe a Crotone oppido effluens.⁷⁷⁶
- 620 NELEUS fluvius est in Evia, ex cuius aqua si potent albe oves nigre efficiuntur, cum nigre efficiantur albe si ex Cherio eiusdem provincie flumine potent.⁷⁷⁷
- 621 NEORIS fluvius est Albanie Thasie regionis.⁷⁷⁸
- 622 NESTESENES fluvius est sub Caucaso monte, Sigotoni occurrens flumini.⁷⁷⁹
- 623 NESTON Thracie fluvius est a Strymona fluens secus Abderem civitatem, ubi quondam Diomedes equis hospites suos dabat in cibum.⁷⁸⁰
- 624 NIAGORAS Phenicum fluvius est in ora Libano monti subiecta.⁷⁸¹
- 625 NIDAM fluvius est Yndie.⁷⁸²
- 626 NIENNIA fluvius est Aquitanie.⁷⁸³
- 627 NIGER fluvius oritur inter Carilas Ethiopes et Getuliam omnem atque Ethiopiam ab Affrica dividit. Eum autem patrem Nyli putant eo quod eodem tempore augeatur atque decrescat cum Nylo, eadem animalia gignat et nutriat et calamum et papyrus:⁷⁸⁴ et ideo de eo paulo post ubi de Nylo.
- 628 NYLUS totius orbis maximus fluvius arbitratur. Huic secundum quosdam latine nomen est Melo. Alii dicunt hunc esse quem theologi Geon nuncupant et ex Paradiso deliciarum effluere. Incole Nylum vocant propter limum quem trahit, et eo Egyptia arva fecundat.⁷⁸⁵ Cuius tam grandis est copia ut etiam

sint qui arbitrentur ab hoc Pharon insulam a continenti longo tractu distantem eo aucto iam diu fuisse coniunctam.⁷⁸⁶ Sed nominis questio minor est. Hic, ut ab aliquo termino eius ad Egyptios progressus sumamus, initium e Nigro flumine de quo supra, quem accole Nyli patrem dicunt,⁷⁸⁷ nondum Nylus vocatus rapido veniens cursu Affricam omnem ab Ethiopia separat et plurimas atque pregrandes insulas faciens venit ad earum clarissimam Meroem, a dextris eius nominatus Astusapes, quod idem sonat quod 'latens', a leva vero vocatur Astobores, ex quo intelligitur 'e tenebris veniens'. Quam postquam reliquit aliquandiu Nongiris ab aliquibus appellatur, ab Egyptiis vero Homo, a quibusdam Triton.⁷⁸⁸ Et partim asper partimque navigia deferens in amplissimum effunditur lacum. Ex quo rapido sese proripiens impetu alteram insulam, quam Talensum vocitant, amplectitur⁷⁸⁹ et variis incitatus irritamentis montium coartatur rupibus. Ex quo torrentior factus, ad eum Ethiopum locus deveniens qui Cathadupia vocatur,⁷⁹⁰ tam violenter inter obvios scopulos suo impellitur impetu ut vasto aquarum se frangentium rumore incolarum aures in surditatem usque ledi existimetur;⁷⁹¹ et adhuc atrox spumansque amplo gurgite ad Elephantilem usque civitatem Egyptiam evolvitur. Hinc lenis, violentia posita, placidus ac navigabilis efficitur, et primo circa Cercasorum oppidum incipit esse triplex, cuius pars una ad Deltam et Melim declinans iterum separatur, et sic divisus atque vagus, aliis etiam alveis varie separatis in septem postremo totus divisus partibus omnem Egyptum irrigat annuo incremento;⁷⁹² et demum Egyptio mari per septem ingentia miscetur hostia. Quorum primum quod in Syriam versus est Pelusion appellatur; secundum Tananticon seu Patameticum vocitatur; tertium autem Mendisiacum vel Mendesium; quartum Factamicien vel Cataptystum nominant; quintum autem Sevenniticum; sextum Voluptionem clamitant vel Volbitium; septimum ultimum Canopon a Menelai gubernatore navis ibidem tumulato denominatum.⁷⁹³ Sed postquam de eius progressu aliqua dicta sunt, quid de origine eius opinati sint veteres advertendum est, et veritate Sacrarum Licterarum preposita, in quibus legitur eum ex Paradiso deliciarum procedere sub nomine

Geon, de quo supra.⁷⁹⁴ sunt qui vulgatori adherent opinioni, qua creditur huius omnino ignorari principium, in cuius credulitatis confirmationem dicunt quosdam a Nerone Cesare missos ad huius fluminis caput investigandum rettulisse post longum a se peractum iter Ethiopie regis auxilio atque consilio ad ultiores devenisse reges quorum opera se eo usque fuisse perductos ut immensa reperirent paludes, quarum exitum nemo, nec incole, noverant aut sperare poterant. Erant enim aque adeo herbis implicite ut nec expeditus homo, nedum navigium penetrare posse videretur nisi quod parvum esset et unius tantum capax. Infra quam non absque gravi difficultate progressos se referabant petras vidisse duas ex quibus vis ingens fluminis emanabat, utrum hoc esset initium aut ex patentibus terris accessio aliunde foret non satis certum firmantes, cum ad ulteriora procedere nequivissent.⁷⁹⁵ Alii vero sunt aliter sentientes, sed iudicio meo magis coniecturis quam experientia certa. Se adinvenisse Nyli fontem testari videntur, aientes in monte inferioris Mauritanie haud procul ab Oceano lacum esse stagnantem quem vocant incole Nulidum, in quo pisces alabete, coracini, siluri ac etiam crocodilli reperiuntur et squalentibus nivibus lacum excrescere, ex quo, quia hec eadem piscium genera Nylus alit, lacum hunc Nyli coniecturantur initium, sumentes ex progressu aquarum lacus aliquale etiam argumentum, dicentes ex hoc lacu primo perfusum Nylum, per arenosa et squalentia loca quasi dedignetur excurrere, hyatu terre comperto sese condere et aliquot dierum itinere invisum se ferri, mox apud Maxilos Mauritanie Cesariensis populos in ampliorem lacum prosilientem fundi. Cuius rei argumentum, quod idem sit qui se merserat, nichil aliud restat preter quod eadem animalia is secundus que prior gignat et nutriat. Demum iterum ab arenis receptus absconditur, nec apparet antequam excursis viginti dierum itineribus per deserta atque inaccessa loca, ubi primum quasi habitantes homines senserit, erumpit in terras iterum et ex eo fonte prosilit quem Nigrum vocare, exinde palam procedens ad exitum usque prout supra demonstratum est.⁷⁹⁶ Non nulli putant eum ex fonte quodam prodire qui apud Hesperos Ethiopas est, ab incolis aliter

Pirum seu Prium appellatus. Et huius nullum extat aliud argumentum nisi quod cum alia flumina que in ea regione oriuntur omnia in Oceanum occiduum tendant, et is solus ex fonte iam dicto procedens mediam capiens regionem tendat in orientem nutriatque et gignat, esto minora, ea animalantia que nutrit et Nylus. Asserunt tamen se ignorare quonam exeat, sed coniecturis eundem esse percipere.⁷⁹⁷ Volunt et alii non in occiduum nasci Nylum sed in litore Rubri maris emergere loco ubi dicitur Mostilione et in occasum profluere usque in insulam quam Meroem desuper nominavimus, demum in septentrionem flecci pluribus auctis incrementis et Egypti equora subintrare.⁷⁹⁸ Ego quidem quod a primis dictum est, nulla scilicet ratione compertum ex quibus erumpat fontibus, arbitror, cum Cesare dictatorem, talium indagatorem egregium, originis huius legamus incertum.⁷⁹⁹ Sed de accidentibus pauca superextant. Scripsere igitur veteres hunc esse silvarum altorem permaximum et beluarum immanium productorem et crocodillorum et hypptomorum et aliorum similium, preterea calami atque papyri,⁸⁰⁰ et agrorum fecundatorem inclitum suis annuis incrementis, que fieri contingit ut plurimum tenente sole Leonis finem, et ad medium usque Virginis augeri, demum declinare et in ripas revocare aquas incipere donec sol Virginis in finem vel Libre principium venerit, et tunc totum infra veterem alveum contineri.⁸⁰¹ Cuius excrementi causas multiplices ostendere antiquitas conata est,⁸⁰² quas quia minus huic operi conveniunt apposuisse superfluum ratus sum. Hoc tamen omisisse nolim. Habent loci accole passim per oppida erectas columnas in quibus incrementorum varietates signis notate sunt, per que optime futuri temporis abundantiam atque penuriam frumentorum vaticinantur, secundum maius et minus incrementum.⁸⁰³ Asserunt insuper aliqui fluminis huius aquas talis esse virtutis ut non solum fecundas faciant mulieres, sed que diu videbantur sterilitati damnate ad conceptum harum beneficio relaxentur efficianturque fecunde.⁸⁰⁴ Et hec de Nylo dixisse satis est.

NIPHATES (ut quidam dicunt) fluvius est Medorum,⁸⁰⁵ alii vero Parthorum⁸⁰⁶ et non nulli Armeniorum,⁸⁰⁷ cum sint qui illum asserunt esse Scytharum.⁸⁰⁸ Cadit enim e monte Niphate.⁸⁰⁹ 629

Cursui cuius possunt adeo predictae gentes esse dispositae ut possit ad omnes aliquando pervenire, et sic omnium esse.

630 NIPHEUS Ytalie fluvius est haud longe ab Astura Volsco-
rum.⁸¹⁰

631 NINIUS fluvius est Museo propinquus.⁸¹¹

632 NOGRUS Colchorum est fluvius inter Emochianos atque
Preutelzos.⁸¹²

633 NONIMBARUS fluvius est propinquus Seleucie, que Calicad-
no supereminet flumini.⁸¹³

634 NOVANIUS fluvius est trans Appenninum conditionis inaudi-
te. Nam cum in agro sit Pitunate, estivis solsticiis omnibus ple-
no effluit alveo, bruma autem siccatur.⁸¹⁴

635 NONGIRIS fluvius est Ethiopum. Hic aliqua in parte Nylus
est, ut paulo ante adverti potest.⁸¹⁵

636 NUBIS fluvius est navigabilis, cui propinqui habitant Alonti-
gi atque Celistotigi.⁸¹⁶

637 NUNDIANA fluvius est apud Novium.⁸¹⁷

638 NUMICIUS seu NUMICUS fluvius est Laurentis agri,⁸¹⁸ in quo
volunt quidam Eneam Troianum cecidisse et ex eius alveo sub-
blatum corpus consecratum fuisse.⁸¹⁹ Ex quo quidem flumine
solo veteres consueverunt in sacris Vestae libare. Sane hic fluvius
(ut quidam volunt) hodie non est. Nam paulatim decrescens
primo in fontem redactus est, demum et fons ipse exhaurit,⁸²⁰
et sic qui plurimum Maronis carmine et aliorum Latinorum
poetarum celebris factus est devenit ad nichilum.

639 NUTHUL fluvius est Ethiopie.⁸²¹ Aiunt aliqui sic Nylum ali-
qua in parte vocari.⁸²²

640 OAXIS sive Oxus fluvius est ex Oaxo lacu oriens.⁸²³ Per de-
serta Scythiae ex regionibus Surdianorum aliorum suffragio
grandis ab oriente veniens aliquandiu in occasum impellitur.
Post hec iuxta Dacas flectitur et in septentrionem versus iter
ad Mardos et Pescasos illi aperitur,⁸²⁴ et limo plurimo semper
turbidus in Scythicum Oceanum in grandi multitudine aurea
deferens frustra (ut asserunt quidam) labitur.⁸²⁵ Huius quidem
ripas incolunt Dribices, Bactriani et Exostaste.⁸²⁶

641 OAXES (ut placet aliquibus) fluvius alter a superiori est et

per insulam Crete fertur, et ab eo civitas Oaxia nuncupatur.⁸²⁷
Verum timeo ne decipiantur tales Virgilii carmine, ubi dicit:
"Pars Scythiam et rapidum crete veniemus Oaxem", cum ibi
crete nomen non ponat pro insula sed pro limo quem semper
secum trahit Oaxes.⁸²⁸

OBRIINA fluvius est Tyboroni civitati site in radicibus Signie
monti proximus, in Menandrum fluvium cadens.⁸²⁹

OCAZANE fluvius est conterminus Albanis et Hybero atque
Tyro fluminibus vicinus.⁸³⁰

OCEANUS fluvius est (ut quidam volunt) in extremo occi-
dente. Ego quidem inspecta Homeri lictera et modo loquendi
non credo fluvium sed ipsum mare Oceanum.⁸³¹

OCTARIUS fluvius est Scytharum transiens per Canticos et
Sapheos.⁸³²

OCUS fluvius Yndie apud Sogdianos.⁸³³

ODESUS fluvius est Macedonie apud Melensios, haud longe
a Dyoniopoli.⁸³⁴

ODIVA fluvius est Yndorum. In Oceanum fertur. Cuius in
ripis aiunt oriri harundines tante magnitudinis ut vix unam
.xxx. possint homines ferre.⁸³⁵

OEAGRIUS fluvius est quem aiunt Orphei vatis patrem. Ex
eo quidem, cum in Thracia sit, Hebrum nasci dicunt.⁸³⁶

OPHARUS fluvius est apud Cauthadas et Opharitas in Lan-
goum fluvium defluens.⁸³⁷

OLLIUS fluvius est Gallie Cisalpine ex Sebino lacu manans in
Padum.⁸³⁸

ONOCONUS fluvius est Thessalie.⁸³⁹

OPRADUS fluvius est prope Bactros.⁸⁴⁰

ORMIGUS fluvius est poetis sacer, cygnis abundans, Boetie
proximus.⁸⁴¹

ORATUS fluvius est Persas ab Elymaide dividens.⁸⁴²

ORBA fluvius est haud longe a Tyborone oppido in radicibus
Signie montis sito, in Meandrum fluvium emergens.⁸⁴³

ORCON fluvius est Thessalie in Peneum defluens amnem,
quem Peneus, cum purissimus sit, eum non sinit suis aquis mi-
seri, quin imo desuper se fert non aliter quam si esset oleum,
nec etiam hoc modo diu patitur, et eum ab se abdicat. Aiunt

enim ex infernorum Dite genitas has esse aquas, et ideo flumini nomen impositum conveniens undis.⁸⁴⁴

658 ORCATIA fluvius est in confinio Persarum, tantum limi deferens una cum Brixa eiusdem regionis fluvio ut ceno inaccessibilem faciant Persidem ex parte illa.⁸⁴⁵

659 ORETUS Sycilie fluvius est apud Panormum.⁸⁴⁶

660 ORIGES fluvius est Carmanie Hyrcanis portuosus et auro fertilis.⁸⁴⁷

661 ORNADUS fluvius est (ut ego arbitror) Armenie. Nam non multum distare videtur a Tygri.⁸⁴⁸

662 ORODIUS fluvius est post Olympum montem, qui Mysius dicitur, Olympene civitati propinquus.⁸⁴⁹

663 ORON fluvius est haud longe a Memphi civitate Egyptiorum.⁸⁵⁰

664 ORONTES fluvius est Syrie⁸⁵¹ ex Libano profluens iuxta Heliopolim oppidum.⁸⁵² Alii vero dicunt quod ex Casio monte ei supereminente nascatur.⁸⁵³ Antiochiam Epiphanem cognominatam preterfluit.⁸⁵⁴

665 ORTOROGORRA fluvius est aquilonaris apud montanos Parapanisadas et Hyrcanos Scythas effluens. In Oceanum suscipitur, et incipit ab eius hostio Oceanus Sericus.⁸⁵⁵

666 ORSINUS fluvius est Meandro propinquus, una secum circumcurrens Antiochiam, Simecos Cranaosque oppida.⁸⁵⁶

667 OSCORUS Scytharum est fluvius.⁸⁵⁷

668 OSPHAGUS fluvius est Grecie haud longe ab Apollonia versus Macedoniam.⁸⁵⁸

669 OSSIGITANUS fluvius est Hispanie et in Betim fluvium effluit.⁸⁵⁹

670 OSTACA seu OSCA Britannie fluvius est, cui supereminet Clamargantia civitas.⁸⁶⁰

671 OSTURA fluvius est Hispanie, circa quem Astures montibus silvisque circumsepti habitant a flumine nuncupati.⁸⁶¹

672 OTELEANTICUS fluvius est inter Misiam et Troadem, illas disterrinans.⁸⁶²

673 PACTOLUS fluvius est Lydie aureis arenis Smirneos irrigans agros,⁸⁶³ quam quidem vetuste fabule causam invenere, lotum

scilicet in eo Midam regem, qui a Bacho impetraverat ut quicquid tangeret aurum fieret.⁸⁶⁴

PACHYSOS fluvius est Sycilie civilis sanguine notatus infamia. Nam apud eum Sextus Pompeius Pompeii Magni filius occisus est.⁸⁶⁵

PADUS fluvius est Gallie Cisalpine totius Ytalie maximus, qui quidem in celsissimo Vesuli montis cacumine in finibus Ligurum Gabiennorum ex Pseudo funditur fonte seque condens cuniculo in agro Foroiliensium iterum venit in lucem.⁸⁶⁶ Alii dicunt quod in infimis radicibus Vesuli oritur.⁸⁶⁷ et inter Narnos et Nantuanos arripiat primo cursum.⁸⁶⁸ Sed qualitercunque sit, e gremio Vesuli montis fusus primo tenuis incipit iter, demum fluminibus auctus,⁸⁶⁹ placido tamen incesso, Taurinorum Augustam linquit a dextris et Placentiam Romanorum coloniam atque Parmam, Rhegium Lepidum Mutinamque et

vetustissimam, cum aliis pluribus, postremo Ravennam; a sinistris autem Augustam Pretoriam, Cutiam, Ticinum, Mediolanum, Laudum Pompeii, Veronam, Mantuam, Vicentiam et paulo longius Patavium. Et susceptis triginta fluminibus tam ex Alpibus a sinistris quam a dextris ex Appennino cadentibus (ut scripsere quidam)⁸⁷⁰ septem hostiis Adriatico miscetur sinu, que distinctissime forsitan erit accommodum. Is igitur turbulentus incedens ut plurimum et incipientibus squalere nivibus aprili et maio mensibus, vix sese, infra alveum aggeribus hinc inde coactus, continens relicto Veronensi agro bipartitur et duo de se grandia facit flumina, quorum quod a dextris labitur invento a sinistris insigni oppido quod olim Forum Alieni vocavere veteres, odierni vero vocant Ferrariam, iterum in duos dividitur fluvios. Qui a dextris est recto tramite Ravennam petit et fere usque Mutinam et infra aliquantisper usque Imolam maximis factis paludibus et aliquibus susceptis fluminibus haud longe a Ravenna ingreditur mare,⁸⁷¹ hoc hostio portus magnitudinem faciens, adeo ut Claudius Cesar ex Britannis triumphatus Adriaticum per illud intraverit non solum ingenti navigio sed pregrandi palatio, spectantium illud iudicio.⁸⁷² Hoc prisci dixerunt Vaternum, cum ante Eridanum hostium dictum sit; non nulli Spineticum vocavere a Spina civitate inclita, quam a Diome-

de conditam ex Delphicis thesauris creditum est, hostio propinqua, ex qua hodie nullum extat vestigium, et nominis fama perditata est. Vatrenum autem dictum est eo quod Vatreus fluvius a Foro Corneliensi veniens, quem quidam hodie vocari Santhernum existimant, Pado ibidem miscetur. Hoc tamen hodie Primarum vocant incole, quasi primum et inter alia precipuum. Ea vero pars que sub oppido Ferrariensi diffunditur multas faciens insulas quas Polesines vocant indigene, silvis plenas et accolis, postquam aliquandiu delapsa est pro parte stagnum intrat ingens quod etiam in mare effunditur, secundum fluvio faciens hostium, quod olim Caprasie dictum est, nostro autem evo (ut non nulli existimant) vulgo dicitur Mangiavacca. Reliquum vero quod fluvii more effluit tertium facit hostium, quod vocare veteres et moderni Volanum seu Volane, ante tamen Colane dictum. Id vero flumen quod divisum sub agro Veronensi diximus in sinistram descendere, esto sinistrorsum maximas impleat paludes, recto tamen cursu mari se miscens hostium facit quartum, cui Filistena fuisse nomen aliqui arbitrantur, cum hodie vulgo vocetur Codigoro idiomate incolarum. Verum reliqua tria hostia, que Carbonaria, Fossiones et Filistena, ut placet aliis, vocata sunt (et sic quarti hostii vetus nomen perditum) plena videtur, cum a partibus per paludes emissis ab eo quod ab agro Veronensi divisum veniebat nascerentur. Repletionis autem causa fossa in transversum ducta ad impetum fluminis moderandum videtur, quam autem fossam Asagi fecere Tusci, quorum Adria fuit colonia, et in transverso Adrianorum paludum, que Septem Maria vocabantur, deduxere. Quam ob causam sunt qui velint apud Brundulum effundi quicquid ex Pado obturatis effundebatur hostiis, quod ego nec credere nec firmare audeo, cum et Athesis et Brinta flumina paludes augeant et per medias sub Laureto vico Athesis in Adriaticum pleno penetret alveo. His tamen omnibus et emittit in Adriaticum multa ex ubertate Gallorum navigiis et multa usque in Taurinos ex Adriatico sinu navigiis peregrina suscipit, maximo incolarum atque negociatorum commodo.⁸⁷³ Volunt quidam hunc tam impetuoso cursu ex uno hostiorum effluere ut impetum servet donec ad Hystrum ab op-

posito Hystrie litore eque impetuose ruentem devenerit eique misceatur in mari, et sic per transverso Adriatici sinus ubique dulcis aque haustus nautis prebeatur.⁸⁷⁴ quod ego ridiculum puto, cum nec Hyster accedat nec procedat purus tam diu Pados. Hunc Greci Eridanum vocavere a Phetontis Solis filii casu,⁸⁷⁵ ut iam supra ubi de Eridano satis plene dictum est. Pados autem, cum Italos pudeat ut plurimum suis rebus a Grecis mutuassem nomina, dictus est eo quod circa fontes eius arbores adudent picem sudantes quas Galli 'padi' vocant, et sic ab illis oriens nomen adeptus est. Ligurum vero lingua non Pados, sed Bodingus appellatus est, quod sonat 'fundo carens'. Cui rei argumentum est oppidum penes eum, et potissime ubi fluminis incipit altitudo, vetusto nomine Bodingomadum appellatum.⁸⁷⁶

PADUSA fluvius est quem aiunt Padi brachium quoddam Ravennam usque perductum, Massanicum alio nomine appellatum.⁸⁷⁷ Quem ego fluvium non existimo, sed fossam potius qua a flumine navigia traherentur ad urbem.

PAENIUS fluvius est Colchorum, cui oppidum imminet sui nominis, habens post se Bemocorum multimodas gentes.⁸⁷⁸

PAMISSUS fluvius est, seu PANISSUS, Achaie in Asineo fluens sinu.⁸⁷⁹

PANISAS fluvius est Scytharum haud longe a stagno Deultonio et Bosphoro.⁸⁸⁰

PANTANUS fluvius portuosus est propinquus promontorio Gargani montis.⁸⁸¹

PANTAGIA fluvius est Sycilie, Pontagius ante dictus, vicinus Megarensibus atque Syracusanis,⁸⁸² sic denominatus eo quod fluens per omnem audiretur insulam, cui silentium dicunt a Cerere dum Proserpinam quereret offensa sono fuisse impositum.⁸⁸³

PANUS Ponti fluvius est.⁸⁸⁴

PARADISUS fluvius est Cilicie.⁸⁸⁵

PARAPANISUS seu PROPANISUS fluvius est Scytharum glacie duratus plurima et in septentrionalem emergens Oceanum, quem incole Almachium vocant, quod latine 'congelatum' so-

nat, seu secundum Cimbro Marmorusa, quod 'mortuum mare' sonat.⁸⁸⁶

- 685 PARTEIUS Armenie fluvius est in Tygrim effluens.⁸⁸⁷
 686 PARTHENIUS fluvius est Paphlagonum haud longe a Carambi promontorio Paphlagonum et urbes Sesamum et Crominum, in Pontum sese mergens.⁸⁸⁸
 687 PARMA fluvius est Gallie Cisalpine Parmam civitatem ab Appennino veniens dividens et in Padum cadens.⁸⁸⁹
 688 PATIRIS fluvius est Garaniti sinu propinquus Pontico et Navaro atque Cortine oppidis.⁸⁹⁰
 689 PENEUS fluvius est Thessalie, plurimum poetarum carminibus celebratus. Hunc quidam dicunt casu exortum, scilicet cum Ossa mons Thessalie ab Olympo monte agente terremotu separaretur, primo terras erupisse et paludes quibus laborabat Thessalia exhausisse.⁸⁹¹ Alii dicunt quod a Pindo fundatur monte,⁸⁹² seu iuxta Gomphos oriri. Qui clarissimis effluens undis Orcon, seu secundum alios Himerton, turpissimis sese undis misceri conantem spernit illasque ad instar olei aliquandiu quasi natantes vehit, demum a se repellit.⁸⁹³ Et cum Stygi et inferorum paludi aquam subministrare veteres dixerint,⁸⁹⁴ arbitrator has Orconis undas alicubi in progressu tanquam leviores hyatu reperto mergi, cum omnes asserentes inveniam eum illas diu non ferre. Is igitur per nemorosa convallia defluens quintigentis stadiis navigia defert. Inter que famosissimus locus est quem Tempe vocavere prisci, .v. mil. p. in longitudinem tendens, arboribus se in celum attollentibus ab utraque ripa et iugamontium visum hominum excedentia umbram prebent placidam et gramine vestitis marginibus inter sonoros calculos labens canoro avium concentu letior videtur incedere,⁸⁹⁵ esto non nunquam exhalet fumos et nubila condat et ingenti sono adiacentia cuncta concutiat.⁸⁹⁶ Tandem apertiori sub celo fluens a Magnesia Macedoniam dirimit et in Thermeum effluit sinum,⁸⁹⁷ insignis fabula nate Danis, quam a Phebo dilectam aiunt et in laurum versam eo quod lauris eius abundant ripe.⁸⁹⁸
 690 PEONIUS fluvius est Thessalie.⁸⁹⁹

- PERMESSUS fluvius est Boetie ex Helycone monte declinans, 691
 poetis gratus.⁹⁰⁰
 PERSUS Yndorum fluvius est navigabilis, in Cabirum Suarorum fluvium cadens.⁹⁰¹ 692
 PINGUS Mesie fluvius.⁹⁰² 693
 PILE Tuscie fluvius est apud Populoniam vetustum oppidum atque deletum.⁹⁰³ 694
 PINARUS fluvius est Cilicie sub Amano effluens monte.⁹⁰⁴ 695
 PYRA fluvius est in finibus Hystrorum, Callipidas Asyaticasque ab eis disternens.⁹⁰⁵ 696
 PIRADAS seu PIRATIDAS fluvius est Selymbrie oppido atque Bathynie flumini vicinus.⁹⁰⁶ Arbitror hunc haud longe a Bizantio fluere. 697
 PYRAMUS fluvius est Cilicie, cui Mopsos oppidum supra impositum.⁹⁰⁷ In Cilicum effluit mare apud Hammodem promontorium.⁹⁰⁸ 698
 PISAURUS fluvius est Cisalpine Gallie, seu potius Piceni, a quo civitas Pisaurum ei superimposita denominata est. In Adriaticum fluit.⁹⁰⁹ 699
 PITORNIUS Marsorum fluvius est. Cursu volucris vectus per Fucinum lacum absque mixtione aquarum transit.⁹¹⁰ 700
 PIXURATES fluvius est orientalis. Sub radicibus montis Caponte supra Zimaram civitatem illuit. Quem aiunt vocari postea Eufratem.⁹¹¹ 701
 PLABES fluvius Venetorum est inter Forum Iulii et Tarvisium civitatem.⁹¹² 702
 PLEMYRUS fluvius est apud Orthygiam insulam in conspectu Sycilie.⁹¹³ 703
 POAGRIUS fluvius est in ora Locrorum. Iuxta Maratronicum in mare fertur.⁹¹⁴ 704
 POLESIMUNDUS fluvius est in Taprobane insula orientali effluens e stagno cui Megisba nomen, et iuxta oppidum eiusdem nominis currens tribus alveis Oceano miscetur.⁹¹⁵ 705
 POLICARMUS fluvius est in quo (ut ferunt) gignitur herba conferens plurimum ad cecitatis egritudinem removendam.⁹¹⁶ 706
 POLYTIMETUM flumen est apud Sogdianos in Yndia per amplas solitudines a ripis tenui coactus alveo vagans, et comperta

caverna, quasi celum horreat, fugit et mergitur, eiusque cursum aque labentis sono volentibus notum facit, preterea et indicio alio, nam cum areat solum undique, id quod cursui superimpositum est humore semper aliquo desudat.⁹¹⁷

708 PONANUS Yndorum fluvius est navigabilis, Pandorum fluens in finibus.⁹¹⁸

709 PONTUS fluvius est inter Scythos Medosque. Per terram Thraciam nuncupatam, ut aiunt, labitur. Ex quo sumuntur lapides mire operationis. Igne quidem uti ligni cremantur: quos si percusseris extinguuntur facile, si aqua perfuderis in maius excitantur incendium, tetrum habentes odorem asphalti per similem adeoque abominandum ut nulla sit avis aut serpentum species que his ardentibus loco possit propinqua consistere.⁹¹⁹

710 POTAMIA fluvius est Misie per mediam Marcianopolim fluens civitatem, quam quidem Traianus Cesar amore sororis Marcie construxit et nominavit.⁹²⁰

711 POTEREUS fluvius est in Insula Crete inter Gnoson et Gortinam defluens civitates.⁹²¹

712 PRINAS fluvius est Yndie, apud quem Actocalige in Gangem fluit.⁹²²

713 PROPTASIA fluvius est haud longe a Dorigene civitate Yndie.⁹²³

714 RACINUS fluvius est aut Persarum aut Persis propinquus.⁹²⁴

715 RAMNUS fluvius Yndie est navigabilis in Gangem defluens.⁹²⁵

716 REBAS fluvius est, quem aliqui Phesum dixerunt, Bosphori faucibus proximus.⁹²⁶

717 REGANUS fluvius est Turingorum et in Danubium fertur.⁹²⁷

718 RHENUS fluvius est, ex Lepontiis qui Alpes incolunt oritur,⁹²⁸ existentibus Vemionensibus atque Sarmetis origini sue propinquus. Hic parvo adhuc effusus cursu duos facit lacus, Venetum scilicet et Acronum.⁹²⁹ Mox in unum ex eis redactus alveum per fines Nantuantium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomaticum, Tribocorum atque Treverorum velox effertur ac postquam propinquat Oceano multis iam susceptis fluminibus in

plures diffusus partibus multas facit insulas quas olim barbare nationes incoluere, ex quibus et ii qui piscibus ovisque avium nutriuntur fuere.⁹³⁰ Ex his tamen nobilior Batavorum insula fertur.⁹³¹ Inter Helenium ac Flevum fluminis hostia sane late recedentibus ripis ingentem facit lacum, Flevo dictus ubi campos inundavit et eiusdem nominis insulam amplexus est.⁹³² In occiduum vero in amnem Mosam se fundit, et post insulam Flevo, dato multis alveis Oceanum petat, suo tamen nomini tenuem servat, per quem cum ceteris miscetur Oceano,⁹³³ glorie Iulii Cesaris dictatoris, a quo primo ponte superatus est, testis perpetuus.⁹³⁴

RHENUS fluvius Gallie Cisalpine⁹³⁵ Bononiam Latinorum coloniam in agro Tuscorum⁹³⁶ positam matremque inclitam studiorum radens. 719

REXINIS fluvius Germanie est in Oceanum effluens.⁹³⁷ 720

RIDAGIUS fluvius est Hyrcanie grandis, Zobetem suscipiens amplissimum fluvium.⁹³⁸ 721

RYNDACES fluvius est Minoris Asye post Olympum montem, quem Mysim vocant incole, ultra quem fluvium Dasali et Miscela a Colophoniis collocata. Circa autem ripas eius immanes nascuntur angues, non quidem magnitudine corporis sed proprietate virtutis. Nam sole fervente omnes in eius merguntur alveum et frigefacti emergunt et, hyatu patulo prospectantes in altum, supervolantes aves, etiam si altissime sint et perneciter ferantur, quasi unco tracte e vestigio decidunt et absorbentur ab eis.⁹³⁹ 722

RINOCORUS fluvius est Egypti, qui a Sacris Lictis torrens aliquando vocatur.⁹⁴⁰ 723

RISASTE fluvius est in Ponto haud longe ab Anthio oppido, cui postea Apollonia dictum est.⁹⁴¹ 724

RISUS fluvius fuit olim Troie propinquus, ex quo nunc (ut quidam ferunt) nullum extat vestigium, cum ante ex Yda monte defluens per septem vada ferretur in mare.⁹⁴² 725

RHODANUS fluvius est Gallie a Rhodano oppido Rhodiorum, preter quod fluit, denominatus.⁹⁴³ Hic vero ab Alpius oritur haud longe a fontibus Danubii atque Rheni, et citato descendens cursu per Lemanum lacum impetum servans effertur 726

integerque exiens in occiduum Gallias aliquandiu dirimens⁹⁴⁴ tardumque Ararim deferens⁹⁴⁵ labitur tandem in meridiem flexus⁹⁴⁶ susceptis Isara atque Druentia non minus se velocibus,⁹⁴⁷ inter Volcas et Cavares⁹⁴⁸ apud Heracleam oppidum uno hostio et paulo ulterius duobus aliis in Tyrrhenum mare impetuossimum diffunditur. Ex his hostiis unum dicitur Hispaniense, aliud Metapinum, tertium vero, quod amplissimum est, Massalioticum vocavere priores.⁹⁴⁹ Insignis quidem non solum magnificis eventibus quos se penes iam dudum vidisse potuit, sed Avinione sibi superimposita civitate, Babilone nova, apud quam et summus pontifex sacrumque fratrum eius collegium humana atque divina tractans et cernere et exorcismos audire potest potuitque iam diu.⁹⁵⁰

727 RHODIUS fluvius est Troianus ex Yda defluens monte, ex quo nedum aque, sed nec quorsum effluxerit etiam a perquirentibus inveniri potest.⁹⁵¹

728 RODASA Yndie fluvius est.⁹⁵²

729 RHODE fluvius est Scytharum apud Crobisgos effluens.⁹⁵³

730 RUBICON fluvius est ubi quondam Ytalie provincia inter Ariminum et Ravennam a provincia Gallie Cisalpine a Romanis ducibus separabatur.⁹⁵⁴ Parvus quidem e vicinis montibus in Adriaticum effluit. Hodie vocatur ab incolis Pisciatello, vix cognitus.

731 RUBRICATUS seu RUBRICATUS fluvius est Hispanie apud Ylergetas seu in litore Barginonis inter Suber et Colobim fluens.⁹⁵⁵

732 RUTUBA fluvius est secundum quosdam ex Appennino in Thyberim fluvium defluens;⁹⁵⁶ alii videntur eum dicere propinquum oppido Albovintimilio,⁹⁵⁷ quod propinquum reor promontorio Monico in finibus Ligurum.

733 SABARIS Calabrie fluvius apud civitatem Turim, cuius aque (ut ferunt) nigredinem bobus atque pecudibus pote afferunt, ubi Cataris ei propinquus affert albedinem, quod et incole testantur. Nam qui Sabarim incolunt et crispas habent crines et fuscis coloris sunt, qui vero Catarim candidiores sunt et coma porrecta.⁹⁵⁸

SABI fluvius est in ora Carmenie, a quo coli vineas agrosque incipiunt.⁹⁵⁹ 734

SABIM fluvius est Nerviorum.⁹⁶⁰ 735

SABUS fluvius est inter Hystrum et Nauportum.⁹⁶¹ 736

SABRIS fluvius est Britannie, a Sabro quodam in eodem demerso iussu Gontolocene cuiusdam Britannicis imperantis denominatus.⁹⁶² 737

SAGRAN Calabrie fluvius est⁹⁶³ victoria Locrensi et Crotonensium clade memorabilis.⁹⁶⁴ 738

SALA fluvius est Mauritanie, cui et Sala oppidum superimpositum est, a quo per Autolorum gentes in Atlanticas solitudines devenitur.⁹⁶⁵ 739

SALA Germanie fluvius est Salabas dividens a Toringis.⁹⁶⁶ 740

SALIA Hispanie fluvius est.⁹⁶⁷ 741

SALSUS Hispanie fluvius est haud longe a Corduba.⁹⁶⁸ 742

SAMAIURUS Hibernie fluvius est per Chenelcunniliam effluens regionem.⁹⁶⁹ 743

SANDIS Persarum fluvius est Setis per Carmanianum defluens.⁹⁷⁰ 744

SANGA Cantabrorum est fluvius.⁹⁷¹ 745

SANGARIUS fluvius est ex Adoreo oriens monte, et per Hyrcanos Frigesque decurrens aureis harenis grandis quidem⁹⁷² susceptis Gallo et Tymbro seu Timbrogio⁹⁷³ et medius fere inter Ponticum et Cilicum mare⁹⁷⁴ haud longe a Troia in Propontidem labitur.⁹⁷⁵ Hunc quidam Coraliū vocaverunt.⁹⁷⁶ Cui superinsidet Gordium civitas olim regia Mide⁹⁷⁷ et castellum Berycentium,⁹⁷⁸ et ab eo incipiunt Mariandri.⁹⁷⁹ 746

SANGUINUS fluvius est ex Appennino inter Sulmonem et Vulturum fluens. Ad ultimum Vulturum infunditur.⁹⁸⁰ 747

SAPIS fluvius est Gallie Cisalpine Cesenam civitatem subterlabens et in Adriaticum sese fundens.⁹⁸¹ 748

SARDANA fluvius est Mauritanie Trinico atque Tigrani civitatibus vicinus.⁹⁸² 749

SARMATICUS fluvius est apud Sarmatas in Oceanum fluens, et ab eo mare Sarmaticum dictum est.⁹⁸³ 750

SARON fluvius est ultra Taurum montem, insignis Heraclii imperatoris victoria et Cosdroe regis Persarum clade.⁹⁸⁴ 751

752 SARNUS fluvius est Campanie. Ex Appennino in Capream insulam tendente pluribus in locis vasto saxei montis murmure funditur, adeo abunde ut non ante exierit quam amplissimas paludes fecerit, incolas nebulis quibus semper abundat infestans nimium. Ex quibus tandem in alveum coactus Pompeianum sub Vesubio monte irrigat agrum et pauco contentus cursu nec alicuius alterius comitatus undis, satis tamen aquarum copiosus, haud longe a Stabia Tyrrenum ingreditur mare. Hic apud Sarnum oppidum, quod fontibus eius imminet, ligneos fustes, paleas, frondes et quodcunque in eum cadat lapideo paucis in diebus cortice tegit,⁹⁸⁵ et assidue agens materiam prebet incolis ex qua domos conficiant. Ex hoc Neronis Cesaris iussu paulo altius a radice montis incohatus pilis fornicibusque latere cocto factis superedificatus aque ductus est et ad Misenum usque protractus est, habens (ut arbitror) .XLV. mil. p. longitudinis.⁹⁸⁶ Ibi vero, eo quod Baianus sinus ob sulphur portabilium aquarum penuriam patiatur, in piscinam vastissime magnitudinis fundebatur et defectum totius ore illius sua copia, maximo incolarum commodo, staurabat.⁹⁸⁷ Hunc Sarnum aliqui minus advertentes Arnem Florentie fluvium putare.⁹⁸⁸

753 SARDABALE Numidie fluvius est ultra communem regie gentis monumentum.⁹⁸⁹

754 SARS fluvius est per Arcos fluens. Non longe ab eius ortu et Turrem Augusti quam cognominant memorabilem pontum intrat.⁹⁹⁰

755 SATNIOENTUS fluvius est Cilicie iuxta Pidasum civitatem fluens.⁹⁹¹

756 SATUR fluvius est Ytalie quem penes C. Menius consul Romanus Aricinos, Lavinos, Veliternos et Ancios Velcos acie fudit.⁹⁹²

757 SAUS, quem supra Sabum diximus, fluvius est Pannonie in Norico nascens ex monte Alpione (alii dicunt ex Alpibus Carnicis, in quibus forsitan et Alpius est),⁹⁹³ per Colapianos ac Breucos cadens. In quo Colapis mergitur fluvius; iuxta oppidum Siscie alveo gemino insulam faciens que Segestia appellatur. Preterea et Bacuntius descendit in Saum apud oppidum

Sirmium. Demum ipse Saus apud Taurunum miscetur Danubio,⁹⁹⁴ alii dicunt ubi Mirse vocatur.⁹⁹⁵ Volunt quidam per hunc fluvium Iasonem a Colchis remeantem Argon traxisse navem in Adriacum transiturum.⁹⁹⁶

SAVERENNUS fluvius est Hibernie effluens per regionem Corcagiam, Blagme montis in radicibus natus.⁹⁹⁷ 758

SAUNIUS fluvius est Cantabrorum per Avarigines et Orgonemes fluens.⁹⁹⁸ 759

SAUSUS et hic Cantabrorum est fluvius, sonoro cursu cadens a Turia.⁹⁹⁹ 760

SAXUM flumen est Mauritanie preter Surrentium promontorium, ultra quod Ethiopes incolunt.¹⁰⁰⁰ 761

SCALDE fluvius est Gallie apud Belgas in Mosam fluens.¹⁰⁰¹ 762

SCALDISI fluvius est in Armenia Minori haud longe ab Antiso oppido.¹⁰⁰² 763

SCIRA fluvius est apud Mauritaniam Cesariensem.¹⁰⁰³ 764

SCOPHIAS fluvius est Minoris Asye, Bithyniam disternans a Galicia.¹⁰⁰⁴ 765

SCULTENNA fluvius est Gallie Cisalpine seu Emilie inter Bononiam Mutinamque fluens. Tendit in Padum.¹⁰⁰⁵ 766

SCURA etiam hic Cisalpine Gallie fluvius est, eque in Padum fluens.¹⁰⁰⁶ 767

SEBETUS (ut quidam dicunt) Campanie fluvius est apud Neapolim,¹⁰⁰⁷ quem ego vidisse non memini, nisi is sit rivus potius qui e paludibus sub monte Vesevo inter radices eiusdem nominis atque Neapolim in mare effluit innominatus; nec alterius, nedum aque, sed nec vestigia usque apparent.¹⁰⁰⁸ 768

SEBONITIDES fluvius est Gallie.¹⁰⁰⁹ 769

SELINUS Messaliorum est fluvius, a quo Selinis denominata civitas; plurimo abundat appio.¹⁰¹⁰ Credo ubi "Messaliorum" scripsi dici velit "Messaniorum", cum per quosdam claros viros hunc esse Sylicie fluvium manifestum sit.¹⁰¹¹ 770

SELLIENS fluvius est Epyri.¹⁰¹² 771

SENA fluvius est in litore Adriatico inter Sapim et Aufidum.¹⁰¹³ Hunc ego arbitror apud Senogalliam fluere, tamen non assero. 772

SEQUANA fluvius est Gallie a Belgicis Celtas separans,¹⁰¹⁴ se- 773

catque in partes Parisius¹⁰¹⁵ et Luteciam Parisiorum insulam facit.¹⁰¹⁶

774 SERINIS Minoris Asye fluvius est inter Bithyniam currens atque Galatiam.¹⁰¹⁷

775 SETHERIES fluvius est Scytharum haud longe a promontorio Crimoca.¹⁰¹⁸

776 SETIS Persarum est fluvius per Carmanios fluens.¹⁰¹⁹

777 SEURUS in extremo versus Scytiliam Brutiorum fluvius est.¹⁰²⁰

778 SEXUS fluvius est apud Menubam.¹⁰²¹

779 SIBORUS fluvius est Ytalie Prestano sinui atque oppido propinquus.¹⁰²²

780 SYCLIENSIS fluvius est apud Sogoniam.¹⁰²³

781 SAISUS fluvius est Persarum, arbitror ubi Macedonum portus et Alexandri are sunt.¹⁰²⁴

782 SICANIA fluvius est Scytharum apud Agniticam regionem.¹⁰²⁵

783 SICRANAS fluvius est iudicio meo Persarum, cum in promontorio quodam sit ubi Macedonum portus et Alexandri are sunt.¹⁰²⁶

784 SIDENUS fluvius est apud Sidonos, eoque alluitur oppidum Balemonium.¹⁰²⁷

785 SIDERIS fluvius est mari Hyrcano proximus et Maziti fluvio.¹⁰²⁸

786 SICORIS fluvius Hispanie est iuxta Ilerdam¹⁰²⁹ inter Surdonum gentes effluens.¹⁰³⁰ Ab hoc se denominatos aiunt Sicani, quia inde Scytiliam seu Ausoniam priores venerunt sui.¹⁰³¹

787 SIGOTA seu SIGOTON fluvius est Yndie ex Caucasio prorumpens et in Gangem fluens.¹⁰³²

788 SIGRADA fluvius est Minoris Asye ex Dydimonte monte et propinquus Marso decurrens.¹⁰³³

789 SILARUS fluvius Lucanie Salerno civitati proximus, que ab eo creditur nuncupata.¹⁰³⁴

790 SILER Venetorum est fluvius de montibus exiens Tarvisinis,¹⁰³⁵ et Tarvisium civitatem alluit.

791 SILIS fluvius est pregrandis, adeo ut ab Alexandri Macedo-

nis exercitu creditus sit Tanais. Hunc cum Scythe omnes Silim vocent, Bactriani soli Laxatem nominant.¹⁰³⁶

SILUS Persarum fluvius est ex Susianis descendens montibus.¹⁰³⁷ 792

SIMETOS fluvius est Sycilie, iuxta quem ex matris alvo Palisci Iovis filii excerpti sunt et usque ad tempus partus infossi. Haud longe ab urbe Catinensi in mare effluit.¹⁰³⁸ 793

SIMBERUS fluvius est per Cataoniam Cappadociamque decurrens.¹⁰³⁹ 794

SINOPE fluvius est Simbero propinquus.¹⁰⁴⁰ 795

SYMOIS fluvius est ex Yda Toiano defluens monte, sub Ylionem decurrens.¹⁰⁴¹ Prope mare mixtus Xanto facta palude apud Sigeum promontorium in mare cadit,¹⁰⁴² nobilitatus quidem carmine poetarum et Enee Troiani navitate. Nam apud eum aiunt illum Anchisi Venerem peperisse.¹⁰⁴³ 796

SINGILIS Hispanie fluvius Astigitanam coloniam alluit, navigabilis ab ea eo usque quo Beti miscetur.¹⁰⁴⁴ 797

SINNEUS fluvius est Hibernie ex lacu maximo Connaciam Momoniamque regiones disterrimante prorumpens. Et cum inter ceteros insule obtineat principatum, non uno contentus alveo in duas effunditur partes, quarum una versus austrum tendens Chillesonensem alluit civitatem et complectitur Limericum, distinctisque meatu duabus Momoniis Brendanicum ingreditur Oceanum; reliqua vero in arctoum iter arripiens Mediam et posteriores Ultonie partes a Connacia segregans in Oceanum labitur Boreum.¹⁰⁴⁵ 798

SINNUS Syrie fluvius est Lyco flumini atque oppido Isso, quod et Alexandria dicitur, vicinus.¹⁰⁴⁶ 799

SIRAPUS Lucanie fluvius est.¹⁰⁴⁷ 800

SIRMUS Thracie fluvius est. Cadit in Hebrum.¹⁰⁴⁸ 801

SYRIS fluvius est faucibus Bosphori propinquus.¹⁰⁴⁹ 802

SYRIUS fluvius est Minoris Asye inter Bithyniam et Galaciam.¹⁰⁵⁰ 803

SIRUS fluvius est Ytalie apud Brutios seu Salentinos, in quo quicquid inieceris cito saxeo vestitur cortice.¹⁰⁵¹ 804

SISIUS fluvius est Germanie in Oceanum emergens.¹⁰⁵² 805

SITECUS fluvius est Sycilie haud longe a Catina civitate.¹⁰⁵³ 806

- 807 SITIOGADUS fluvius in sinu Persico seu Persis propinquus.¹⁰⁵⁴
- 808 SIURUS fluvius est Hibernie ex Blagnie montis radicibus profluens, et per Archphiniam et Tribaciam funditur atque apud Guatefordiam a mari suscipitur.¹⁰⁵⁵
- 809 SLANA et hic Hibernie fluvius ex eodem monte prorumpens, sed per Guesefordiam cursum agens.¹⁰⁵⁶
- 810 SLICHEIUS et eque fluvius est Hibernie per Chenelcunillam exiens regionem.¹⁰⁵⁷
- 811 SOBAN fluvius est Affrice, Nyli pars.¹⁰⁵⁸
- 812 SODINUS fluvius apud Persas est clarus.¹⁰⁵⁹
- 813 SOROBIN Hispanie fluvius est. In Hebrum seu in Supronem seu alterum ex alveis eius mergitur.¹⁰⁶⁰
- 814 SPARGETUS Grecie fluvius Taumacis atque Ypate oppido propinquus.¹⁰⁶¹
- 815 SPERCHIUS Thessalie fluvius est, cuius in faucibus Thermopylarum angustie sunt.¹⁰⁶² In Pagaseum exit sinum ex quo Argonaute Colchidem petentes solvere navem.¹⁰⁶³ Huic Sperchio si rediisset voverat comas suas Achilles.¹⁰⁶⁴
- 816 SPINON fluvius est haud longe a Roma.¹⁰⁶⁵
- 817 STHENOS fluvius est Thracie qui Maronia adiacet regio et nemora Zone, que Orphei cithare cantum secuta sunt.¹⁰⁶⁶
- 818 STRAGA Persarum est fluvius vehementia nivium adeo congelascens ut more solidi saxi viam prestat euntibus.¹⁰⁶⁷
- 819 STRAOR fluvius est ex Caucasio cadens citra Siderim fluvium in Hyrcanum mare.¹⁰⁶⁸
- 820 STRYMON Thracie fluvius est in Hemo monte natus, Macedonia dividens a Thracia. Hic in septem (ut aiunt) diffunditur lacus antequam coartetur ripis vel cursum dirigat. Cuius in marginibus dextero a latere Thraces Densalete et Moedilapdes habitant, a levo autem Diggeres atque Bessi.¹⁰⁶⁹ Multo cogitur gelu.¹⁰⁷⁰
- 821 SUBI fluvius est Cessatanie regionis ubi colonia Tarracon Scipionibus olim condita, ut a Penis Carthago.¹⁰⁷¹
- 822 SUBUBUS fluvius est occidue Affrice navigabilis atque egregius defluens preter coloniam Bonasam.¹⁰⁷²

- SUCRO fluvius est Hispanie. In eum Hiberi alveus qui Sutronensis dicitur defluit.¹⁰⁷³
- SURA Persarum fluvius est cui imminet oppidum nobilissimum Susis, Memnonis (ut aiunt) opus.¹⁰⁷⁴
- 825 SURIUM fluvius Persarum est, et ab eo Suria oppidum eidem imminens, ubi Phasi Colchorum miscetur fluvio.¹⁰⁷⁵
- 826 SURGIS fluvius est in Neveis, cuius in exitu oppidum ab eodem nominatum.¹⁰⁷⁶
- 827 SUTHUL fluvius est Numidie a meridie trahens originem.¹⁰⁷⁷
- TABSUS seu TARSUS fluvius est Epyri inter Apolloniam et Dyrachium.¹⁰⁷⁸
- 829 TADER fluvius in Tarraconensi provincia Carthaginensium rigans agrum.¹⁰⁷⁹
- 830 TAGUS Hispanie fluvius est aureas (ut ferunt) habens arenas et ob id insignis plurimum.¹⁰⁸⁰ Quem a Carthagine Hispana cui proximus oritur denominatum quidam dicunt,¹⁰⁸¹ quod ego non credo. Huius in marginibus Segobrigenses Celtiberum caput, Capetani atque Toletani insident,¹⁰⁸² nec a Betula longe funditur: in Oceanum prope Ulisippum mergitur.¹⁰⁸³
- 831 TAYGETA secundum quosdam Laconie fluvius est, in quo vetusto more Lacones frigore aque filios durare consueverant.¹⁰⁸⁴
- 832 TALANDER seu TALANDRUS fluvius est Ytalie inter Heracliam et Metapontum civitates Brutiorum seu Salentinorum.¹⁰⁸⁵
- 833 TALIAMENTUM fluvius est Venetiarum Concordie colonie propinquus nec ab Aquilegia longe distans.¹⁰⁸⁶
- 834 TAMARIS fluvius est Scytharum apud Arcos populos Ponto vicinus et (ut placet aliquibus) a Tamyri Scytharum regina denominatus.¹⁰⁸⁷
- 835 TAMESIS celeberrimus Britannis est fluvius ab intrinsecis insule veniens et in Oceanum cadens. Navigiis mediterraneis incolis accomodus est.¹⁰⁸⁸
- 836 TAMUDA fluvius est Mauritanie navigabilis, cui et Tamuda oppidum fuit supra impositum.¹⁰⁸⁹
- 837 TANAGER fluvius est Lucanie.¹⁰⁹⁰

- 838 TANAIIS borealis est fluvius ingenti cognitus fama. Nam cum a Tanao olim Scytharum rege denominatus sit,¹⁰⁹¹ ex Ripheis montibus sub arctoo prorumpens precipiti cursu tendit in orientem, et postquam diu oberravit, velocitate sua pugnans ne frigoribus cogatur in glaciem, in occidentum vertitur.¹⁰⁹² multas Sarmatum atque Scytharum irrigans nationes,¹⁰⁹³ nec diu ante in meridiem mergitur quam a palude suscipiatur Meotide, quam adeo late longeque ampliatur ut pregrandis ab ignaris maris arbitretur sinus, quam Meotici Aliserni, Serei, Citigni, Psidiani aliique incolunt populi.¹⁰⁹⁴ Inde tandem cursu suo Europa ab Asya separata in Pontum Euxinum iuxta Theodosiam urbem ingreditur. Huius in ripis apud Roboscoros terminum aiunt itineris Alexandri Macedonis, aris ab eodem impositis, fuisse signatum.¹⁰⁹⁵
- 839 TANAM fluvius est Affrice.¹⁰⁹⁶
- 840 TANARUS fluvius est Gallie Cisalpine in Padum tendens.¹⁰⁹⁷
- 841 TANATIS fluvius est Mesie oppido Pitane propinquus.¹⁰⁹⁸
- 842 TAPSUS fluvius est Affrice iuxta Rusicadem.¹⁰⁹⁹
- 843 TARAS fluvius est Adrie.¹¹⁰⁰
- 844 TARUS fluvius est Gallie Cisalpine ex Appennino in Padum fluens.¹¹⁰¹
- 845 TARBELICUS fluvius est, ut non nulli dicunt, Santonen- sium;¹¹⁰² ego autem credo quod Asye Minoris sit haud longe a Marsya fluvio.¹¹⁰³
- 846 TAUROMINIUS fluvius est Sycilie inter Syracusas et Messa- nam, a quo oppidum Tauromenium dictum, cum aliter Euse- boncora appelletur.¹¹⁰⁴
- 847 TAURUS fluvius est Minoris Asye propinquus Pam- phylie.¹¹⁰⁵
- 848 TELAULUS fluvius est Liburnorum.¹¹⁰⁶
- 849 TELIS fluvius est Sordonum.¹¹⁰⁷
- 850 TEMBROGIUS fluvius est Frigie seu Misie in Sangarum flu- vium decidens.¹¹⁰⁸
- 851 TEMEDIUS fluvius est Yonie qui a Glaucio suscipitur flu- vio.¹¹⁰⁹
- 852 TEODORUS fluvius est Hiberie, auri secum plurimum fe- rens.¹¹¹⁰

- TERBIS fluvius est Arabie per Gurdiacos et Alanos fluens. 853
Cadit in Tygrim.¹¹¹¹
- TESPONTIA fluvius Butroto oppido propinquus in Ambra- chio sinu.¹¹¹² 854
- TEREFAS fluvius Sycilie est non longe a Biterme colonia.¹¹¹³ 855
- TERIA Sycilie fluvius Catine proximus civitati.¹¹¹⁴ 856
- TERIODES fluvius est nascens in campis Scythicis et in Ca- spium cadens mare.¹¹¹⁵ 857
- TERMUS fluvius est Umbrie.¹¹¹⁶ Alii dicunt quod de monte 858
Tauro nascitur: forsan alius est.¹¹¹⁷
- THERMODON fluvius est apud Chalybes Paphlagonibus pro- ximus, haud longe a Themiscuro oppido. Huius quidem ripe 859
ab Amazonibus diu habitate fuere, et ideo Amazonius ab ali- quibus vocatus est.¹¹¹⁸ Nam elabitur preter radices Amazonii montis.¹¹¹⁹ Alii dicunt Thracie fluvium esse,¹¹²⁰ quidam in sinu Smirneo.¹¹²¹ Miror: forsan alii sunt eodem nomine nuncupati. Is quidem a Colchis dividit Amazonas.¹¹²²
- TERSOS fluvius est Colchorum Agnitice regionis.¹¹²³ 860
- TYBRIS fluvius est Ytalie, cui periturarum rerum sub Roma- nis ducibus vidisse gloriam concessum est. Hic in Appennino 861
nascitur paulo altius quam noster Arnus, et descendens primo Tusciam ab Umbris disterminat, hinc Perusio, inde Assisio postergatis, etiam pluribus auctus fluminibus. Veio iam omnisso Romam rerum dominam in partes dividit duas et apud Hos- tiam separatis Hetruscis a veteribus Latinis Tyrrheno misce- tur mari titulorum multitudine insignitus. Huius autem nomi- nis, cum antea vetustissimo vocabulo Albula diceretur,¹¹²⁴ mul- tiplices prisci reddidere causas quas, eo quod orbis solus ha- buerit imperium et persepe precioso martirum sanguine colo- ratus sit, dixisse non pigebit; et que preter hoc habuerit nomi- na superaddam. Opinio igitur vulgator est hunc a Tyberino rege Albanorum casu in eodem submerso ex Albula Tyberim nominatum, eumque eius dixere esse sepulcrum.¹¹²⁵ Sunt qui dicant longe ante hoc illi nomen impositum, asserentes regem quandam fuisse Tuscorum cui Tyberis nomen erat, qui cum pyrratica infestaret mare, seu vi seu aliter non dicunt, hoc aiunt, eum in fluvium fuisse demersum, ex quo illi Tyberis no-

men appositum.¹¹²⁶ Alii volunt a Tebri quodam vicino Veientum regulo Tebrim fluvium primo appellatum.¹¹²⁷ Non nullis placet eum dictum a Tybri rege aboriginum iuxta eum dimicans¹¹²⁸ interempto, qui forsitan is fuit quem alii aiunt a Glauco seu a Tadico Minois regis filio ibidem occiso.¹¹²⁹ Quidam vero quam a cedibus regum longe aliam rationem conantur ostendere cur Tybris ex Albula vocitatus sit, dicentes vetustissimis temporibus Athenienses a Syracusanis Syculis superatos, ex quibus cum ingens multitudo captiva esset, omnis a Syracusanis ad effodiendos montes et munimenta addere civitati exposita est ac inde coacta ad fossam intrinsecus peragendam, que admissum flumine repleta munitiorem reddidit civitatem; quam fossam, eo quod pena et iniuria hostium superatorum facta sit, Ybrim vocavere diu. Demum cum ad Ytaliam transfretasset et eam partem ubi postea Roma condita est tenuissent et usque ad Rutulos et Ardeam, qua re a Poeta dictum est "fines usque Sicanos",¹¹³⁰ Albulam fluvium ex parte una loco munimenti habentes ut fossam apud Syracusas habuerant, fluvio nomen imposuerunt quod ante Syracusane fosse dederant et eum, addita in principio *T*, vocavere Tybrim.¹¹³¹ Varie quidem, sed impossibilia nulla: que potior lectori videbitur, illam probet. Fuerunt preterea etiam post conditam Romam et alia quedam fluvio nomina. Nam et ab aliquibus Rumon appellatus est, quasi ripas ruminans et extendens, et in sacris Sacra a pontificibus dicebatur, et non nulli in parte Urbis illum vocavere Tarentum,¹¹³² ad quem Valesius rusticus a familiaribus pro salute filiorum obtinenda missus est et ara Diti Patris atque Proserpine comperta obtinuit quod petebat.¹¹³³ Sic autem vocatus est eo quod ripas tereret.¹¹³⁴ Est preterea aliquandiū navigabilis et potui accommodatus totus. Et de eo ista sufficiant.

862

TICINUS fluvius est Gallie Cisalpine ex Verbano lacu procedens.¹¹³⁵ Adeo limpidis effluit undis ut etiam minimi calculi inventi profundum alvei non abscondantur. Alluit etiam Ticinium, que et Papia, olim nobilissima civitas et Langobardorum regum regia. Trahit preterea (ut fertur) aureas arenas et pisces optimos nutrit, et potissime timolos. Pado postremo miscetur,

insignis clade Cn. Scipionis et Hannibalis Peni prima post superatas Alpes victoria.¹¹³⁶

TICIS fluvius est ex Pyreneo monte ad Clodianum Rhodam Hispanorum oppidum.¹¹³⁷ 863

TICIUS fluvius est apud Arsias Liburnorum gentes non longe ab Aquilegia.¹¹³⁸ 864

TICIUS fluvius est fusus a monte Prindaso, et Pergamum clarissimum Asye oppidum preterfluit.¹¹³⁹ 865

TICRA fluvius est Hispanie propinquus emporiis ab Hispanis, Grecis atque Romanis mixtim habitatis.¹¹⁴⁰ 866

TIPHERNUS fluvius est Ytalie Larino et Cliternie oppidis propinquus, nec a Gargano monte remotus.¹¹⁴¹ 867

TYGRIS Armenie Maioris fluvius toto orbe cognitus. Nam a nostris unus e quattuor Paradisum deliciarum exeuntibus affirmatur.¹¹⁴² Is tamen secundum alios ex Pancoatra monte¹¹⁴³ e fonte conspicuo in planitie, loco qui Elegos appellatur, primo terris evomitur, nec quidem totus aut velox, quin imo tarde effluens Diglito appellatur. At cum Medorum fines attingit, repentinus factus Tygris nomen assumit: sic enim sagittam volucrem Medi vocant. Nec diu, et comperto Aritissa lacu cursuque servato violentus et integer atque discolor per illum effertur adeo inamicabilis lacui ut ex eis quos gignit piscibus nullum suscipiat, nec ex his quos ipse fert aliquem intrare lacum permittit. Quem postquam preterit, facto Tauro monte obvio, antro montis immergitur et per latebras lapsus in adversam partem ulvas et purgamenta plurima secum trahens effunditur apud lacum qui Zoranda seu Zomada appellatur, omnia demersa ferens, factusque iterum fluvius lacu cui Tepidis nomen est transiens in cuniculos mergitur iterato et postquam .xxv. mil. passuum occultus excurrit tertio redditur terris in regione Sophen circa Nympeum, adeo propinquus Arsanie fluvio in regione Artheni ut cum quacunque ex causa intumuerint servatis sibi quisque undis suis confluant una, cuius rei testimonium levior Arsanie cursus est, qui mox divisus in Eufratem iter dirigit relicto Tygri. Qui susceptis ex Armenia claris fluminibus Parthenios, Agnices, Phoriones,¹¹⁴⁴ Arabas Oreos Adiabenesque disiungit et (ut asserunt, aliqui) Ninivem in partes divi-

dit¹¹⁴⁵ et Mesopothamiam faciens lustratis radicibus montium Coridriorum circa Apamiam et Seleuciam atque Babiloniam .xxv. mil. passuum in alveos divisus duos funditur, quorum unus, quem Meridiensem vocant, Seleuciam atque Mesenem alluit, alter autem in septentrionem versus campos Caucasi irrigat, et ubi in unum rediere alveum Tygris dictus est. Hydaspem nobilissimum flumen recipit atque Coaspem ex Media. Inde inter Seleuciam et Caldiacos lacus descendit, quos una secum auget Euleus fluvius, eosque dicunt aliqui Eufratis hostia.¹¹⁴⁶ Verum cum hos .LX. mil. passuum ampliavit, vasto effusus alveo dextra Carnicis oppidi Persicum in mare defertur, nec uno tantum hostio sed pluribus miscetur eidem. Nam uno dicitur Arthoc, alteri Susiane, tertio septentionali Barbitase insidet oppidum.¹¹⁴⁷ Alii vero dicunt hunc Rubro infundi mari.¹¹⁴⁸

869 TIMACUS fluvius est Mesie, in quem solum aiunt lapidem quem coticulum appellant reperiri.¹¹⁴⁹

870 TIMAVUS Venetorum fluvius est Concordie atque Tergeste oppidis proximus. Ex monte quidem grandi per novem ora effusus amplissimumante alia fontem facit, ex quo uno tandem exiens alveo in Adriaticum funditur mare in sinu Tergestino.¹¹⁵⁰ Fuere tamen qui putavere hunc fluvium apud Antenoridas esse et ex Euganeo monte fundi,¹¹⁵¹ quod falsum est.

871 THYMBRA fluvius est Troianus in Sangarium flumen exiens,¹¹⁵² penes quem templum erat Apollinis, qui et Thymbreus a flumine denominatus est.¹¹⁵³ Verum alibi dicitur a thymbra herba, qua locus abundans est.¹¹⁵⁴ In hoc templo per insidias a Paride Achilles occisus est.¹¹⁵⁵

872 TIPNIS fluvius est Occensi civitati propinquus.¹¹⁵⁶

873 TIRA fluvius est Macrocennis montibus propinquus, oppidum eiusdem nominis in ripis habens, non amplius longe a Seudostomo Hystri hostio .cxxx. mil. passuum.¹¹⁵⁷

874 TYRUS fluvius Lyburnorum est Iadre colonie propinquus.¹¹⁵⁸

875 TYRUS fluvius est Armenie.¹¹⁵⁹ Ego puto quem supra Cyrum diximus, eo quod proximum Cambysi dicant esse. Sed in Hyrcania et Scythia illi sunt.¹¹⁶⁰

TITANUS fluvius est Mesie, a quo et civitas denominata est.¹¹⁶¹ 876

TITARESUS fluvius est in Peneum fluvium effluens, nec recipitur tamen.¹¹⁶² Hunc supra Orcon vocavimus; et quia ibidem de eo et post hec ubi de Peneo dictum est, sufficit. 877

TOGISONUS fluvius est Venetorum ex agris Patavorum in paludes quas Padus et Athesis fecere effluens. Apud Brundulum in Adriaticum mixtus cadit.¹¹⁶³ 878

TOBUS fluvius ex Caucasio monte ruit et per Suanos defluit.¹¹⁶⁴ 879

TONAT Sabeorum est fluvius.¹¹⁶⁵ 880

TORIUS, alias TORIN fluvius est Hispanie Valentie Saguntique propinquus.¹¹⁶⁶ 881

TORMAIDON Sycilie fluvius est.¹¹⁶⁷ 882

TORMENIUM fluvius est navigabilis, circa quem Parire, et Icthyophagi deinde sunt haud longe ab Alexandria, quam Alexandri Macedonis iussu constituit Leonnatus.¹¹⁶⁸ 883

TRAGODITES fluvius est Egypti. Arsicen civitatem preterfluit, quem Ptolemeus Philadelphus a se Ptolemeum appellari iussit.¹¹⁶⁹ 884

TARSIMENUS Lydie fluvius est.¹¹⁷⁰ 885

TREBIA, alias TREVIA, fluvius est Gallie Cisalpine haud longe a Placentia civitate,¹¹⁷¹ ex Appennino in Padum fluens, nobilitatus secunda victoria Hannibalis Peni et clade L. Sempronii consulis.¹¹⁷² 886

TRIOPOLA, qui et Assolus, fluvius est apud Albomagarenisium.¹¹⁷³ 887

TRIPOLIS fluvius est, cui Faciatea oppidum proximum et Tripolis supereminet castellum.¹¹⁷⁴ 888

TRISORCAS fluvius est Colchorum apud Absiles et Senastopoli castello propinquus.¹¹⁷⁵ 889

TRITNOBELLUNTE fluvius est Cantabrorum Devalis cingens et Decium.¹¹⁷⁶ 890

TRITON fluvius est Affrice ad Philenorum Aras ex palude vasta, cui et Triton nomen est, memorabilis adventu primo in terra Minerve, ut incole veteres credidere.¹¹⁷⁷ 891

- 892 TRITON fluvius est alter a superiori. Secundum quosdam in
campis nascitur Dardaniis et in Egeum effluit mare.¹¹⁷⁸
- 893 TRUENTUS fluvius est in Adriatico litore, hodie Picanos se-
parans ab Aprutinis, cui Esculum oppidum suoereminet et Fir-
mum Picenum propinquus est.¹¹⁷⁹
- 894 TUBERO fluvius est. Per deserta Ethiope inter cineres pul-
veresque potius quam ripas solidas in Rubrum effunditur mare.¹¹⁸⁰
- 895 TUCIA fluvius est non amplius .vi. mil. passuum ab Urbe
distans.¹¹⁸¹
- 896 TURBIDUS Egypti fluvius est ab Egyptiis segregans Phil-
stinos.¹¹⁸²
- 897 TURIA fluvius est Hispanie Valentiam parvo intervallo pre-
terfluens,¹¹⁸³ et in Supronensem Hiberi sinum decidit.¹¹⁸⁴
- 898 TUSCA fluvius est Numidie haud longe ab Hippone
Regio.¹¹⁸⁵
- 899 VADA fluvius est Mauritanie citra montes quibus Septem
Fratres nomen est, cui Rusigada et Siga parve urbes propinque
et portus cui ab amplitudine Magnus cognomen est.¹¹⁸⁶
- 900 VALDASUS fluvius est Pannonie non ignobilis in Danubium
fluens.¹¹⁸⁷
- 901 VALLUS Frigie fluvius est.¹¹⁸⁸
- 902 VANDALICUS fluvius est ab extremis erumpens Gallie, a quo
denominati sunt Vandali populi in ripis habitantes eiusdem.¹¹⁸⁹
- 903 VARIANUS Venetorum est fluvius et labitur apud Anaxum.¹¹⁹⁰
- 904 VARRAGA fluvius cuius Babilonii margines incolunt, cadens
in Varrogam.¹¹⁹¹
- 905 VARROGA et hic Babiloniorum fluvius.¹¹⁹²
- 906 VARUS fluvius est grandis ex Alpibus fluens ultra Niceam,
Galliam transalpinam a Cisalpina separans, vetustissimus Yta-
lie terminus.¹¹⁹³
- 907 VATERUS fluvius est apud Cappadocas Claricie oppido pro-
pinquus.¹¹⁹⁴
- 908 VARISIUS fluvius est apud Foroilienses.¹¹⁹⁵
- 909 VATRENUS fluvius ex agro Fori Corneliensis in Padum de-
fluens,¹¹⁹⁶ quem hodie arbitrator Santernum vulgo vocent.

- UDUBA fluvius est Hispanie in regione Lergaonum, pro-
pinquus Sagunto oppido fide integra in Romanos socios claris-
simo.¹¹⁹⁷
- VEBAR fluvius est apud extremas Yndorum silvas, quem pe-
nes nascuntur elephantibus plurimi.¹¹⁹⁸
- VELO fluvius est Celticus cognominatus apud Celtas et pro-
montorio Celtico propinquus.¹¹⁹⁹
- VESTIGIA fluvius est in extremis Ytalie versus Syciliam, haud
longe ab eo loco ubi iam dudum Caulon oppidum fuit.¹²⁰⁰
- UFENS fluvius est Gallie Cisalpine, inter quem et Athesim
fluvium hi Senones habitavere qui Romanos apud Alliam
expugnare.¹²⁰¹ Qui ex Alpibus cadens fluit in Padum.
- UFENS alter a superiori fluvius est Volscorum haud longe a
Terracina in Tyrrhenum defluens.¹²⁰²
- VRIDUS fluvius est circa Augustam fluens.¹²⁰³
- VRIDIS fluvius a Picenatibus dividens Aprutinos et in Truen-
tum cadens, memorabilis eo quod eius in ripam que ad Picena-
tes versa est iussu Clementis pontificis summi ossa olim Man-
fredi regis Sycilie, que secus Calorem Beneventi fluvium sepul-
ta erant, absque ullo funebri officio deiecta fuerunt a Consen-
tino presule, eo quod fidelium communione privatus occubue-
rit.¹²⁰⁴
- VRIBIUS fluvius est Laconum, apud quem sunt qui dicant
Yppolytum equis tractum arte Esculapii medici in vitam revo-
catum, et ob id postmodum Virbium a flumine nomina-
tum.¹²⁰⁵
- VISERA fluvius est Germanie.¹²⁰⁶
- VISTILIA seu VINCULUS fluvius est Germanie et Dacis pro-
pinquus. Tendit in Oceanum.¹²⁰⁷
- VLULENS Dyrhachii fluvius est, ex quo Dirrhachio mini-
strantur aque.¹²⁰⁸
- UMBER fluvius est grandis Albaniam a Loegria dividens, sic
nominatus ab Umbero quodam in eum Loctrini iussu deiecto.¹²⁰⁹
- UMBRO fluvius est Tuscie navigabilis inter vada Voliterna et
Populoniæ Hetruscorum vetustissimam civitatem, in Tyrrhe-
num effluens.¹²¹⁰

- 924 VOGESUS fluvius est Lingonensium ripas corrodens cursu.¹²¹¹
- 925 VOMANUS fluvius est Ytalie Hadrie colonie Aprutine propinquus.¹²¹²
- 926 URBANUS fluvius est Pannonie non ignobilis, in Danubium fluens haud longe a Taurino.¹²¹³
- 927 URGIS fluvius est Germanie clarus et in Oceanum fluens.¹²¹⁴
- 928 USARIENSIS fluvius est haud longe ab Ansaga atque Nabale.¹²¹⁵
- 929 VULTURNUS fluvius est in Samnio oriens et rapidissimo cursu volvens saxa per Campaniam labitur Capuamque olim potentissimam civitatem alluit et in Tyrrhenum haud longe a Cumis mergitur.¹²¹⁶
- 930 XANTUS, quem scribunt Xanthus auctores, fluvius est ex Yda monte secus Ylionem defluens, longe maior fama quam undis.¹²¹⁷ Hunc incole vocavere Camandrum.¹²¹⁸ Qui Symoenti iunctus, facta palude quam Palescamandrum dicunt, in Propontidem funditur.¹²¹⁹
- 931 XANTHUS alter a superiori fluvius est per Lyciam fluens, a quo et civitas nominata.¹²²⁰
- 932 ZAROTIS fluvius est Persarum, cui propinqui sunt Disi montani populi bitumen arte perficientes. In Persicum autem sinum exit hostio imperitis difficili.¹²²¹
- 933 ZELIA fluvius est propinquus Lampsaco oppido quod ante Pitiussa dictum est, insigne incola Priapo.¹²²²
- 934 ZYRAS fluvius est Thracie, Dionysopolim, Crimos ante dictam, alluens.¹²²³
- 935 ZOBETIS fluvius est Hyrcanie, in qua nemo est umbrosus altissimis arboribus, et in eo oritur suis undis pingue faciens solum. Qui postquam aliquandiu iter fecit interveniente saxo in partes dividitur duas eque dispensatis aquis et preceps inter saxa cautesque vallium discurrens terram subit et .ccc. stadiis occultus elabatur, et quasi ex fonte novo prorumpens iterum exit in terras, nec diu et in Ridagium fluvium cadit. Et quod

idem esset qui et superior Alexander Macedo experientia patefecit, nam cum iussisset in superiorem cavernam duorum cadavera proiici, ab his quos premiserat ad exitum emissa fuisse compertum est.¹²²⁴

ZONUS septentrionalis est fluvius, cui Attiaci et Amardi et Ysani populi propinqui sunt.¹²²⁵ 936

[VI.] DE STAGNIS ET PALUDIBUS

I Etsi non nunquam e stagnis atque paludibus oriri flumina seu effluere testentur monumenta maiorum, ut plurimum tamen exundationibus eorum stagna fieri paludesque certissimum est. Quam ob rem postquam expedivimus que de fluminibus dicenda venerunt de stagnis et paludibus congrue describimus. Sane, quia aliqui putavere paludem et stagnum idem, eo quod indifferenter unum ponatur pro reliquo et persepe pro lacu et, quod longe inconvenientius est, a poetis, larga eis concessa licentia, pro flumine, quos etiam non nunquam qui soluto scripsere stilo ampliatis sibi legum fimbriis imitati sunt, antequam ad ulteriora progrediamur idem paludem stagnumque non esse monstrandum ratus sum.

2 Palus igitur aquarum quedam lata conventio est ut sepius altitudine carens,¹ sese ultra citraque movens prout et ipse qui fecit fluvius quacunque ex causa minuitur vel augetur; quas ut plurimum in mediterraneis atque depressis locis fluviorum exuberatione fieri conspicimus. Stagna autem inertes sunt aque que a stando sibi nomen occupavere,² que nusquam alibi quam secus maris litora videmus impleri, estu maris obstante et in contrarium nitente ne fluvius in se totis viribus effluens ingredi possit libere; ex quo advenientes aque continuo ut ripas excedant et in depressiora loca, si sint, amaris immixte ab-
sque regressu contendant necesse est et ociose consistent. Et cum sint simplices aque paludum, stagnorum marinis immixte sunt semper. Alunt paludes quos secum effert fluvius genitor pisces, stagna iniectos unda marinos nutriunt. Putrescunt stagna sepiissime, cum raro paludes; et esto ambo nebulas auraque exalent pestiferas, semper stagna letiferas, adeo ut satis pateat aliquando apud paludes, seu saltem apud aliquas, tollerabiliorem aerem esse, cum apud stagna nunquam. Et ideo cir-

ca fluviorum fauces tetri pallentisque coloris incolas et adversa infectos valitudine semper cernimus.

3 Quid verbis immoror? Profecto non idem sunt. Sed quia fere eodem gignuntur modo et pro eisdem habentur opinione vulgata, a consueto alphabeti ordine non deviantes, Eo prestante qui undis imperat atque ventis in vicem tractabimus de ambobus et ab Acherusia palude, que plus ceteris profunditatis habere videtur, sumemus initium.

4 ACHERUSIA Campanie palus est Phlegreis campis Cumisque Euboicis propinqua,³ quam ego puto ab exundatione fluminis Acerrarum⁴ initium sumere et imbribus auctam, cum unde effluant non sit, inter Capuam et Aversam civitates per patentia plana usque prope Cumas diffundi, et inde Acerrusia potius quam Acherusia nominatam.⁵ Estate tamen arescit, cum hyeme abundantissima sit aquarum. Hanc sunt qui fabulose dicant in Stygiis paludes diffundi et ab Acheronte fluvio Acherusiam nuncupari.⁶

5 AMBRACIA palus est Achaie, ut aiunt aliqui.⁷

6 ARTIMINIA stagnum dicitur Minoris Asye olim Pomisio monti propinquum atque iuxta Miletopolim civitatem, ex quo aiunt effluere Erandacum fluvium, Lycum antea nominatum, Asyam Bithiniamque disterminantem.⁸

7 ASYA palus est (ut quidam dicunt) Lydie Caystro propinqua flumini, circa quam inter alias aquaticas aves grues plurime conversantur.⁹

8 AVERINGUM stagnum est regionis Averinge et ab ea denominatum, de quo mirabile quoddam scripsere priores. Asserunt autem quod, si contingat aliquem per stagnum nave vectum aliquid ignominiosum in stagnum dicere, repente stagni aquas turbari¹⁰ quasi indignantes et tanta tempestate moveri ut demergatur atque periclitetur qui oblocutus fuerat necesse sit.¹¹

9 BISTONIUM stagnum est Thracie inter Sperchium promontorium et Maroniam regionem, a quo et Bistones Thraces appellati sunt. Prope quidem illi est Abdera civitas fuitque oppidum

ingens Tirida, Diomedis regia, apud quam consueverat hospites dare equis in cibum.¹²

10 BOBRIDIA stagnum est Grecie.¹³

11 BOBEN seu BEBEN palus est Grecie et, ut satis percipi potest, cum Cercinio civitati propinqua sit, eam Macedonie proximam esse.¹⁴

12 CAMANDRUM seu PALESCAMANDRUM stagnum est Troadis haud longe ab Ylione, secus Acheorum portum, quod quidem faciunt Xantus et Symois flumina ab Yda venientia atque illud arguentia.¹⁵

13 CAMERINA palus est Sycilie Syracusis propinqua, que ante Hesperia dicta est,¹⁶ que cum desiccata semel accolis pestilentiam iniecisset, consultus Apollo, an eam penitus auferrent, prohibuit. Qui cum neglexissent, esto exhausta palude peste carerent, ex ea tamen parte oppidi que tuta aquis palustribus esse consueverat ab hostibus captum est, et sic inobedientes penas dedere.¹⁷

14 CAPREA palus haud longe a Roma est, apud quam concionante Romulo Romanorum rege exorta tempestate a Patribus occisus est et in eam deiectus.¹⁸

15 CARALLITES Asye palus est, inter campos Ydensium et Caularem amnem atque Mandrapum civitatem torpens.¹⁹

16 CENDEBERA palus est Syrie quam non nulli Candeam vocant. Hec enim sub radicibus Carmeli montis, Ptholomaidi, Claudii Cesaris colonie, propinqua quiescit, emictens Bellum fluvium.²⁰

17 CELAUNIUM, quod Celonium quidam vocant, stagnum est Sycilie, fetido odore amovens proximantes.²¹

18 CYANE Sycilie stagnum est non longe a Syracusis. Hoc nympham Cyanem Proserpine sociam finxere poete, que cum vellet rapine Plutonis obsistere et, spreta, nequiret lachrymans in stagnum versa est.²²

19 CIPHISIS Argivorum stagnum est Ili civitati propinquum.²³

20 CRINES secundum quosdam palus est a qua Apollo, quia ibidem colatur, Crineus denominatus est.²⁴

21 CUMERIE paludes ultra Taurorum sunt claustra.²⁵

DEULTUM stagnum, quod ante Deultonium dicebatur, in regione Ascithe est Risasto flumini atque Amaldeso et Phinopoli oppidis Bosphoroque propinquum.²⁶

DIANE stagnum apud Scythas est, quod penes Diana colitur, a qua denominatur, cum et ipsa a Scythis Scythica nuncupetur.²⁷

ELIE paludes sunt in Calabria haud longe a Palinuro, quibus inest Velia oppidum, ab eis *v* superaddita nominatum.²⁸

FIDEN apud Yndos stagnum est, cuius in aquis quantumcunque leve sit nil natat, sed mergitur omne.²⁹

GANDIS palus est apud Scythas Callipidas, ex qua Hypanis fluvius egreditur, quam ob rem incole matrem fluminis paludem vocant.³⁰

GELONIUM stagnum est, adeo fetens ut sibi quemquam fieri proximum non permittat.³¹

GENESERET est Galilee stagnum in tribu Zabulon, cui supersidet Magdalum, oppidum Marie Magdalene.³² Hunc supra lacum diximus.

GIGEUM stagnum est Misie in latere Moli montis, propinquum Pactolo flumini et Lidie civitati.³³

GLANES Tuscie palus est sub Clusio civitate; quam supra fluvium diximus, et ibi plene de eo.³⁴

GULFERI stagnum est Britannie a Gulfero denominatum rege, ea in parte qua in Galliam itur. In quo cum permittuntur piscari qui volunt piscium abundantissimum est; si arceantur confestim succedit penuria.³⁵

HYRIE stagnum est, quod et lacum aliqui nominant. Ex quo talem veteres fabulam reliquere: Hyriem mulierem fuisse dicunt et Cyni matrem, que cum vidisset filium in avem sui nominis transformatum, adeo tulit egre ut flendo et ipsa in stagnum sui nominis mutata sit, et sic filium suis oblectat undis.³⁶

prestet.⁴⁸ Eius incolunt margines Meotidi populi, a quibus et ipsa nomen sortita est; preterea et Aliserni, Serei, Citigni atque Persidiani aliique quamplures.⁴⁹

43 METIA grandis est Germanie palus.⁵⁰

44 MINTURNA palus est proxima oppido Minturnis in Campania, a quo denominata est, insignis quidem C. Marii fuga. Nam fugitivus ex ea ceno per litus ab insequentibus Sillanis militibus in aridam tractus est.⁵¹

45 MURAS stagnum est Arturi Britonum regis victoria clarum. Aiunt enim Scotos, Pictos atque Hibernienses, ab eodem in hoc stagno obsessos, in deditionem coactos.⁵²

46 MAREOTIS palus est apud quam uve nascuntur albe famose, a loco Mareotides appellatae.⁵³

47 NUTHUL stagnum est Inferioris Mauritanie haud longe ab Oceano, quod alii lacum dicunt, in quo alabete pisces, coracini, siluri atque crocodilli inveniuntur, qui cum nusquam preter in Nylo reperiuntur et eo quod observatum sit squalentibus Mauritanie nivibus hoc stagnum et inde Nylum ex crescere, creditum est stagnum istud Nyli caput existere.⁵⁴

48 PADUSA Cisalpine Gallie palus est, a Pado flumine, ut satis sonat, denominata,⁵⁵ esto sint qui illam dicant fluvium,⁵⁶ ut supra dictum est. Quod ego nomen puto unicuique paludi a Pado facte dicendum, que multiplices sunt, ut preactum est.

49 PALISCORUM stagnum est in Sycilia, sulphurei odoris infectum.⁵⁷ Apud hoc aiunt veteres ex Iove et Etna genitos natos fuisse Paliscos, et ab eis denominatum volunt. Nam apud hoc detestabili ritu suo⁵⁸ illos persancte coluere priores deos existimantes.

50 PERGASEUM stagnum est Minoris Asye haud longe ab amne Caystro, ex quo dicunt Phyritem fluvium exundare.⁵⁹

51 PETRENSIUM aiunt esse stagnum mire virtutis. Nam cum hominibus salubre sit, serpentibus dicunt esse letiferum.⁶⁰

52 PONTINA palus apud Volscos est, haud longe a Terracina penes Appi Forum,⁶¹ memorabilis ob impedimentum a se Neroni Cesari datum. Fuerat huic animus subterraneum atque

navigabilem meatum a Meseno Romam deducere, quem cum usque ad Pontinas paludes deduxissent fossores, etsi montium saxea fundamenta penetrassent et cursus fluminum labentium desuper preteriissent, a putri paludis solo nec fossuram patienti morati sunt. Et sic quod .XL. mil. passuum et amplius processerat opus omissum est. Sunt tamen qui dicant dispositum Neronem muris et fornicibus paludis solubile solum superare, ni cura maior et inde mors retraxisset in aliud.⁶²

RAPHARUM stagnum est apud Lydiam, in quo aiunt a piscatoribus nullos preter nigros capi pisces.⁶³

REATINA palus est Ytalie, et qua in parte nomen ostendit. Huius in exitu aiunt ex crescere saxa,⁶⁴ aquis aliam proprietatem addentes, quod earum suffragio durentur ungule iumentorum.⁶⁵

RUTURGIUM stagnum est Hibernie, cui Bartolani Sere filii de stirpe Iaphet, primi insule habitatoris, Rutugus filius a se nomen imposuit.⁶⁶

SALPINA palus a Salpi civitate amoris Hannibalis Peni inclita dicta est, cum eidem in campis Apulie propinqua sit.⁶⁷

SAMACENTIDES palus est Syrie, cui superimposita est civitas Asorith.⁶⁸

SATURA palus est Ytalie inter Antium olim Volscorum nobilem civitatem et Circeum montem, quam alii transmunitis primis duabus licteris Asturam vocant, et ab ea oppidum Asturam mari imminens,⁶⁹ clarum Coradini Suevi captivitate,⁷⁰ ab Antio non amplius .X. mil. passuum distans.

SEPTEM MARIA, seu paludes seu stagna velis, Adriatico proxima sunt litori, tam a Pado, Athesi aliisque supervenientibus fluminibus et a non nunquam estuante mari facta atque perpetuata sunt plurimum telluris occupantia, sic nuncupata quia iam dudum in septem grandia erant stagna distincta. Hodie vero, etsi aliquas distinctiones habeant, magis tamen (ut locorum testantur incole) videntur annexa. Sunt tamen qui dicant non solum de his que litori fere iuncta sunt ab antiquis Septem Maria dictum, verum de quibuscunque paludibus a Pado vel ab

aliis fluminibus in partibus illis factis, eo quod adeo ingentes fuerint ut maria viderentur. Ex quibus tres citra Padum fuere, ut puta que versus Mutinam occupat omnia, que versus Bononiam et Imolam et que Ravennam circuire omnem. Sic et inter hostia Padi ingens fuit quarta; relique vero tres ultra Padum omnes usque fere Patavium contingentes. In his autem que litori proximiores sunt quarundam civitatum, existentibus aquis claris, ostenduntur vestigia, et potissime Adrie Tuscorum colonie et a qua Adriaticus denominatus est sinus. Cuius rei causam aliqui dicunt solum in partibus illis tremotu depressum superficie non mutata, et aquas inde omnia occupasse, quod ego non credo. Alii volunt multis in seculis, evomentibus assidue marinis aquis harenas, litus in sublime deductum in aliquibus orbis locis, et ibi potissime, et sic aquarum exitum impeditum et ab eis de necessitate loca humilia occupata. Nec desunt dicentibus ad roborandam opinionem suam vera aut verisimilia argumenta, que etsi recitasse presentis intenti non sit, in fidem tamen trahor eorum, cum ex his multa pateant inveniendi.⁷¹

60 SIDAN sunt qui dicant apud Yndos stagnum esse, in quo nil penitus innatet sed immissa omnia sorbeantur.⁷²

61 STALEOBITH stagnum est Meonie in Asya, quo in loco videntur esse qui velint quasdam iam dudum fuisse civitates, videlicet Daphnim, Hermestam et Syphilum, quod antea Tantalus vocabatur, Meonie caput; et, seu motu terre vel alio Dei iudicio absorte sint, stagno tamen reliquere locum.⁷³

62 STYX palus est Affrice, propinqua Syeni civitati circa extrema Egypti versus Ethiopas, quam aiunt limosam plurimum et papyris esse refertam, adeo ut difficillimum sit ad insulam quam circuit, nomine Bathos, transire. Hanc enim Stygem vocant, quod 'tristitia' sonat, eo quod ob difficultatem suam periculum et inde tristitiam transeuntibus afferat.⁷⁴

63 STYX palus est apud Inferos poetarum carminibus inclita. Hanc Ditem Inferorum civitatem circumdare dicunt, nec immerito. Qui enim ibi peccata luunt absque spe venie aut levioris pene in perpetuam perseverant tristitiam.⁷⁵ Per hanc Supe-

ros iurare dicebant veteres, quasi per tristitiam gloriosus adversam.⁷⁶

STRIMON palus Thracie.⁷⁷

SVEVIA palus est Germanie magnitudine inclita.⁷⁸

64

65

TYRACA Sycilie palus est proxima Syracusis.⁷⁹

66

67

TRITON palus est Affrice supra sinum Syrtium, haud longe ab aris Philenorum, vasta marginum amplitudine circumdata, ex Tritone flumine edita, quem ipsa a meridie venientem suscipit, et ab eo denominata est.⁸⁰ Celebris quidem plurimum est apparitione Minerve textricis, quam apud eam primum in terris visam aiunt eamque Tritoniam a palude nuncupatam arbitrati sunt, penes quam diu veteres, ludicris virginum inter se decertantium annis singulis ea in die in qua primo visa est tanquam natalem sibi celebrantes, fidem fabule fecere.⁸¹

TRITON palus est altera a superiori in Thracia, forsan a Tritone Dardaniarum flumine derivata, in qua, aiunt, si quis se merserit vertitur in avem.⁸²

68

VELIA palus est Ytalie apud Calabros non longe a Palinuro, 69 Elia olim dicta, et ab ea Elia civitas ei superapposita. Verum addita V et palus et civitas Velia dicta est.⁸³

VOLSCARUM stagna sunt Gallie inter Rhodani hostia et Ledum flumen.⁸⁴

70

¹ Modica laboris assumpti particula superest, ut scilicet, postquam fontes, lacus, flumina, paludes et stagna descripsimus,¹ tot aquarum patrem atque hospitem per sua, secundum locorum diversitates, vocabula² quibus antiquitas usa est etiam describamus, ne forte quod exundatum flumen in occidentum Atlanticum diximus in eum rudis novitas perscrutetur, quin imo plagis et nominibus annotatis immixtionum loca quasi presens advertat. Eo igitur previo cuius est mare et ipse fecit illud, alphabeti morem consuetum servantes, sinuum et maris diversa nomina tam mediterranei quam exteri apponemus, esto ut plurimum ab insulis, provinciis et civitatibus quibus adiacent sibi maria sumant agnomina, et quod unum est, dato perraro, ab aliquibus accidentibus multis nominibus nuncupetur. Nos autem ante alia de mari Achaico videamus.

² ACHAICUM mare id est quod Achaie Grecorum provincie adiacet. Pars quidem, secundum quosdam, Yonii maris est, eo quod illud contingat eis in partibus quibus Achaia meridiem et occidentum spectat.³

³ ACHEUM LIMEN sinus est maris tam Grecorum gloria quam Ylionis excidio satis insignis. Hic enim apud Troadem incurvans litora sibi superimminentem habet Ylionem, sic nominatus eo quod ibi omnis Acheorum classis bello permanente hospitata sit. Fuit preterea in eo Sigeum oppidum, Sigeo promontorio impositum, Acheorum statio, et Scamander atque Symois ab Yda venientia flumina in eum cadunt.⁴

⁴ ADRIATICUM mare longissimus sinus est et a dextris intrantibus portuosus plurimum, a sinistris autem non sic. Incipit ergo a Ceraunis montibus Epyri et Parthenos Dassaretisque atque Paulantos, Encelas ac Pheaces et inde Illyrios, Pireos, Liburnos et Hystros in sinum usque Polaticum litoribus alluens.

Post hos autem et Venetos et in Altinum usque extremum sui impetus impellens, inde in litus oppositum primo linquit Antenoridas et inde circa Padi hostia Cisalpinos alluit Gallos, Picentes, Frentanos, Daunos, Apulos, Calabros atque Salentinos, Italos omnes, circa quos eius ambitus terminatur.⁵ Et cum sibi plura sint nomina, de quibus suo loco et fiet mentio et ratio ostendetur, Adriaticus, quod eius precipuum atque antiquissimum nomen est, ab Adria Tuscorum civitate vetustissimorum, que eius olim fuit in litore, sortitus est.⁶

AFFRICUM mare est ab Affrica provincia, cuius alluit litora, denominatus. Quod autem incipit a promontorio Metagoni, quod Numidici maris est finis, et in orientem tendens non ante finem facit quam ad Aras usque perveniat Philenorum; et in eo sinus aliqui et promontoria memoratu digna. Est autem Sardo, Syculo Yonioque mari conterminum.⁷

ALMACHIUM mare vocatur ea Oceani pars sub arctoo que a Scythiis denominata est, apud quam Parapanisus Scytharum fluvius effluit. Hoc Cimbri, haud longe stantes populi, Marmorusam vocant; et cum superiori nomine 'congelatum' significetur, hoc⁸ 'mare mortuum' designatum.⁹

AMAZONIUM mare volunt quidam eam Euxini maris partem, que olim ab Amazonibus, contermina Colchis seu Heniochis, occupata est, cui imminens aiunt Themiscurum fuisse oppidum et Amazonia castra.¹⁰ Alii Chalybum nomine signatum hoc litus volunt et a Tabarenis finitum, quos inter et Chalybes, secundum alios, Amazonium continetur.¹¹

AMBRACHIUS sinus in Epyro est, Adriatici maris pars, seu potius eidem conterminus, ab Ambrachia civitate cui subiacet denominatus. Hic faucibus non amplius .m. passum apertis amplissimum suscipit mare. Cuius in circuitu Actium, Argi, Amphiloehis et ipsa Ambrachia, olim Eacidarum regia et posthac Pyrri regis, Butroton montesque Cerauni sunt, quibus terminatur.¹²

ARABICUM mare duplex: in Mediterraneo parvi tractus unum est, aliud vero apud Rubri maris litus extenditur spacio ampliori. Quod in Mediterraneo est a Pelusio Egyptiorum oppido sumit initium et in orientem tendens et demum se versus

Syriacum litus flectens a Palestinis populis terminatur, Azotum habens portum mercium suarum emporium.¹³ Quod autem Rubro imminet mari eam bicipitis Rubri maris partem suo ascribit nomini que occiduo proximior est, et ex opposito ab Egyptiis occupata; et inde, se in eoum vertens sinum qui a Persis denominatum est, cum litus occupat usque in profundiorum eius progressum, omne quiddid terre hos inter duos sinus est Arabia nuncupetur, cinnami, thuris aliorumque odoramentorum feracissima. Ex qua Sabei maximam hostioque sinus propinquirem partem incolunt, habentem ab ea plaga que intransibus dextra est urbes claras, utpote Charram, Arabiam et Gadanum. Ex altera vero sunt ab extremo incipientes sinu Beronices inter Hieropoliticum et Strobilum. Deinde inter promontoria Meronenon et Collaca Philoteris est et Ptomalis et ulterius Arsinoe atque alia Beronices, post quam ea silva est que hebenum odoresque gignit. Inde ultra fluvium manufactum aliquantisper deserta, infestantibus feris, loca, cuius tamen partem Panchai incolunt et Ophiophagi, a comedendis serpentibus nominati. Fuere insuper et Pygmei propinqui, contra grues olim pro frugibus dimicantes. Inde promontorium est Arabicum, sinum dirimens ab Ethiopico Oceano. Plures preterea in hoc sinu sunt insule, sed inter ceteras que Sitegiris dicitur, clarior eo quod ibi sepulchrum sit Eritre regis a quo et sinus a Grecis Eritretalasson appellatur, idest mare Eritre.¹⁴ Hunc sinum Arabicum non nunquam in Mediterraneum usque mare deducere alveo manufacto Egyptii cogitavere reges, et territi ne aquarum multitudo oppleret omnia desisterunt.¹⁵

10 ASYATICUM mare et hoc duplex est. Id nanque unum quod a Mediterraneo alluitur Asya pelago, reliquum quod ab Oceano. Et quoniam multa maria continet, unumquodque de quibus, ut ordo sumptus prestabit, sigillatim dicemus, nominatim per ea discurrisse sufficiat. Incipit ergo in Mediterraneo sinu Asyatici maris terminus et a Canopo Nyli hostio Cyrenis contermino, ubi et Egyptium mare, inde Arabicum de quo proxime dictum est, inde Syriacum, cui Cilicum sequitur, et hinc Pamphylium, et Lycium demum atque Ycareum et Yonium;

inde Eolium seu Mysim, et post hec Hellespontum atque Propontidem; inde Bosphorum Thracium et Paphlagonium littus, cui et iuncti Chalybes, quos Amazonium sequitur mare, et inde Tabarenum et Colchium atque Bosphorum Chimericum hostio Tanais iunctum, ubi post incipit Europa. Nomina autem quibus signatur Asyaticus Oceanus pauca apud nos sunt. Nam ab Ethiopico Oceano qui Afer est Yndicus incipit, omnem fere usque in orientem oram, sub diversis tamen vocabulis, occupans. Ibi Eous est Oceanus. Inde inter Tabum promontorium quod Taurus extollit et Tabim montem Sericus est Oceanus, inde Caspius, sinum intronictens ad Scythas atque Hyrcanos. Post hunc Hyperboreus sub aquilonari fere cardine et Scythico iunctus subsequitur, ubi finis est Asyatici litoris et Europici principium.¹⁶

ATLANTICUM mare Affricani pars est, hinc Mediterraneum, 11 inde Oceanum occupans nomine. Nam in Mediterraneo a Muluca fluvio, qui Mauros separat a Numidis, incipiens in occidentum tendit, magnum portum, Rusicadam oppidum, montes quibus Septem Fratres nomen est, et inde Abylam montem e Calpe Hispano opinione veteri separatum alluit. Hic Oceanum intrans Tinge, oppidum Anthei, habet in litore et Ampelusia promontorium, apud quod finis est illi, cum post illud Ethiopum Esperium subsequatur mare.¹⁷ Atlanticum autem denominatum est ab Atlante monte ingenti ei supereminente.¹⁸

AUSONIUM mare Tyrreni maris pars est, ab Ausoniis popu- 12 lis, qui iam dudum inter Campaniam Latiumque (ut placet aliquibus) sedes habuere, nuncupatum.¹⁹

AXENUM mare dicitur quod et Ponticum dicimus et Euxi- 13 num, sic a rudi trucique barbarie incolarum ante dictum. Quorum postquam advenarum commercio molliti sunt mores et habilior exteris lingua facta est, Euxinum dictum est.²⁰ Et ideo ubi de Euxino scribetur infra que explicanda sunt latius apponentur.

BAIANUS sinus, pars Tyrreni maris, parvus est, a loci ameni- 14 tate atque medicorum fontium salubritate famosus. Apud eum

quippe Romana fundebatur lascivia, testantibus adhuc edificiorum vestigiis. A Puteolis et Miseno terminatur in litore, Sibylle atque Apollinis Euboici oratoria habens, ab ipsis Baiis, quondam speciosissima villa, nuncupatus.²¹

15 BALEARICUM mare circa Baleares Mediterranei maris insulas est, in conspectu Terraconensis Hispanie, ab ipsis Balearibus nominatum. Hodie vero non Baleares sed, cum due sint, maior Maiorica, minor Minorica nuncupantur.²² A tergo quidem Numidico iungitur mari, cum ad orientem Cyrneum seu Corsicum habeat, et Hispanum similiter ab occasu.²³

16 BASILICUS sinus Ycarei maris est inter Iasum sinum et Yonium mare.²⁴

17 BOPHORUM CHIMERICUM est pars Ponti, a Chimericis populis incolentibus denominatum. Hoc a Tanai circa principium Europe est.²⁵ In quo Murmecion, Panticapeon, Theodisia et Hermisium oppida sunt Chimerica.²⁶

18 BOPHORUM THRACIUM mare est, Pontici maris pars, in Europa situm, ab ea Thracie parte denominatum que fronte una extenditur in Euxinum usque. Occupat quidem artissimum Euxini maris gressum, et in eo Byzantium est.²⁷

19 BRITANNICUM Oceanum²⁸ in circium vergit, ab ingenti insula Britannia denominatum, Gallico, Hiberno Hispanoque conterminum. In eo autem piscantur pro perlis incole, ut fertur.²⁹

20 BUBAESIUS sinus est maris Ycarii Scoeno sinu Tetraticoque conterminus.³⁰

21 CAPHAREUM mare Egei maris pars est, a Caphareo monte Euboee denominatum, naufragio Grecorum a Troia redeuntium et Naupli perfidia insigne.³¹

22 CALOS LIMEN sinus est Pontici maris, sic a Grecis denominatus quia portuosus sit, quod invenire raro contingit in Ponto. Hic tamen inter duo Europe promontoria clauditur, quorum aliud Criu Metopon, aliud vero Parthenion appellatur.³²

23 CARCINITES sinus est Euxini maris, habens a Tateris initium, in quo est urbs Carcine a qua denominatus, quam urbem Ger-

rhos et Ypacares, e diversis regionibus flumina venientia et uno effluentia hostio, attingunt.³³

24 CARPATIUM mare dictum a Carpatu insula Mediterranei maris Egypto propinqua,³⁴ cui Proteus senex aliquando rex fuit, qui et Egyptiis imperavit, vates antiquus atque permaximus, quem Neptuni gregis custodem finxere poete, aientes illum apud Carpatium illos servare.³⁵

25 CASPIUM duplex esse mare comperio: aliud in mediterraneis nullo communicans mari, aliud vero ab Oceano procedens haud longe ab Oceano Scythico, et Scythas Hyrcanosque descendens. Arbitror enim scriptorum incuria ex uno duo facta sint. Sane ne ipse de duobus unum velle facere videar, de utroque que sunt comperta sub brevitate describam. Primum quidem moderni qui nostro evo Scythica peragravere regna dicunt Caspium mare inter Hyrcanos Caspiosque montes immensum occupare spacium nec ullum habere exitum aut introitum, sed ex maximis que³⁶ in eo concurrunt fluminibus factum et in modum lacus redactum: esto ambitus sit immensi, verum tamen pedibus circumiri posse et eius litora Caspii incolunt et Hyrcani.³⁷ De reliquo sic veteres reliquere: dicunt enim hoc, scilicet mare Caspium, ex Oceano Hyperborico ore angusto et more fluminis terras intrare, et, ubi longo freto diu sese tulit, amplissimum occupat spacium, se deinde in tres pregrandes sinus diffundens, quorum is qui intranti oppositus est vocari dicunt Hyrcanum, qui ad dextram Scythicum, qui autem ad sinistram Caspium,³⁸ cum reliquorum etiam nomina suo nomine occupare, et sevim asserunt atque importuosum mare et undique turbini et procellis expositum; a dextris autem introeuntibus Scythas nomades litus incolere, ad Caspium sinum Caspios et Amazonas quas Sauromatidas vocant, ad Hyrcanum autem Albanos, Mochos et Hyrcanos, ad Scythicum Amerdos et Pesticos, ed ad fretum Debrices; multos aientes insuper atque pregrandes amnes in eos effundi sinus. Que autem ex his opinionibus vera sit diligentioribus scrutari permittam, cum ab antiquis fidem amovere non audeam et modernis de visu testantibus negare non possim.³⁹

26 CILICUM mare a Cilicia Asye provincia, cuius in conspectu

est, denominatur, se contra Cyprum insulam habens.⁴⁰ Est enim initium huic apud Amanum montem Ciliciam a Syria dividens, finem autem Anemurium facit promontorium, quod et Pamphylici maris initium est. Cuius in ora memoranda sunt quedam. Nam ante alia sinus est Issicus, ab Isso olim inclita civitate denominatus. Hinc Hammodes promontorium, inter Pyramum Cydnumque flumina in mare procurrens; Tarsus inde, Cilicie totius metropolis, paulo semota a litore est, hinc Soloe, que postea Pompeiopolis nominata, sequitur et Corytos, specu memorabili insignis, deinde Sarpedon promontorium aliquando Sarpedonis regni finis, post quod Ceiandaris atque Natidos Samiorum colonie sunt, inde Anemurium promontorium, quod diximus mari finem ponere Cilico.⁴¹

27 CIMBRICUM Oceanum sub arctoo dicunt a promontorio Cimbrico terminatum, atque ab ipsis Cimbris circum incolentibus populis nominatum.⁴²

28 CYRNEUM mare Tusci maris pars est,⁴³ ab insula Cyrne, que postea Corsica, a muliere Ligustina que illam primo incoluit, dicta, denominatum est.⁴⁴

29 CODANUS sinus est Oceani ingens ultra hostium Albis fluminis, in septentrionem patulus, magnis parvisque insulis plenus.⁴⁵

30 COLCHIUM mare in Ponto dicitur quicquid maris litori Colchorum adiacet, ab Amazonibus, seu secundum alios ab Heniochis ab austro terminatum, ab aquilone autem Chimerico Bosphoro.⁴⁶

31 CORINTHIUS sinus Yonii maris pars est.⁴⁷ Nam ex adverso Cephalonie, Iacintho, Dulichie atque Itachie insulis parvo hostio more freti in Patras et Naupactum penetrans usque ad Isthmon montem, cui Corinthus insidet civitas et qui illud ab Egeo tenui separat spacio, tenditur, ab Etolis Peloponnesum separans, oppida habens litori Peloponnesiaco insidentia Egionem, Egiram, Olyros et Scironem, contra autem Pagem, Creusim, Anticyram, Eanthiam, Chirram atque Calydonam Tydei patriam,⁴⁸ et Evenos. Qui quidem sinus Phion alio nomine nuncupatur.

32 CRETICUM mare a Creta insula nomen habet, multa contin-

gens maria. Nam ab orto sole Carpathium, a vulturno Ycareum Lyciumque, a septentrione Egeum, ab occiduo Yonium, ab austro Affricum Egyptiumque. Verum, quod memorabilius est, hec insula medio in mari posita habet eos confines quos alteri nulli contigit habuisse. Nam, si recte consideremus, recte in confinio trium orbis partium posita est. Habet enim ab oriente Asyaticum mare, ab austro et occiduo Affricum, ab occiduo et aquilone Europum, ex quo patet eam orbis esse umbilicum, promontoriis et centum olim urbibus inclitam.⁴⁹

EGEUM mare insularum eque et regnorum atque virorum illustrium et mirandarum rerum plenum fuit, hodie vero torpet turpi servitio obnoxium.⁵⁰ Eius nominis ante alia duplex redditur causa. Alii volunt a scopulo inter Tenedum et Chium insulas surgente et effigiem capre, quam Greci "egan" vocant, habente, et ideo Egeus dicitur, denominatum.⁵¹ Alii vero altius sentiunt et ab Egeo Athenarum rege et patre Thesei, eo quod eum mortuum apud Cretam crediderit et ob id se precipitem e specula in mare dederit, nuncupatum dicunt.⁵² Incipit autem apud Eleum Hellespontiaci maris finem, et in occiduum veniens Massusianum inundat, qui latus alterum alluit Chersonesi a iugo Phacie vallis inclusus, Melas cognominatus a nomine fluvii quem suscipit; inde Thraciam alluens usque Pallenem, ubi litus Macedonum incipit, ex quo sinus ingens usque Thessalonicam in arctoum effunditur, et a dextris Thessalos alluens et Sapiadem promontorium et Demetriadem sinum facit, inde Pagaseum, cum iam in meridiem aliquandiu litora iam dictorum peragraverit contingendo. Post autem Pagaseum Maliacum facit sinum et Opuntium, inde oppidis nobilibus multis perfusus in promontorium venit Sunium et hinc Pireum Atheniensium portum et Scironia saxa atque Megarensium tractum et Isthmon alluit, tendens in meridiem usque Maleam, et in eorum sese flectens Affricum mare dimittit ab austro et in Creticum atque Rhodium usque progreditur. Ast inde in aquilonem volvitur, et Ycareum, Yonium Eoliumque contingens mare finem facit unde ceperat, apud Eleum.⁵³ Hoc moderni Agios Pelagum vocant.

- 34 EGYPTIUM mare Asyatici pars est, incipiens a valle Catabathmon Cyrenaicam provinciam ab Egypto separante,⁵⁴ ubi hostium Nyli unum, quod Canopon a gubernatore navis Menelai ibidem sepulto appellatum, et in litore Alexandria ingens civitas atque clara Pharoque iuncta, et tendit usque Pelusium, quod, Arabis conterminum, finem facit Egypto, habens ex opposito Cyprum.⁵⁵
- 35 HELLESPONTUM mare in confinio Troadis ab Asya separat Europam, testimonium servans superbie Xerxis qui ab Abido in Sextum illi oppositum oppidum, Leandri amore clarum, pontem stravit et exercitum omnem siccis pedibus in Europam ex Asya introduxit.⁵⁶ Cuius antequam litora describantur nominis causa apponenda. Helles enim Athamantis filia cum Phrixo fratre insidias fugiens novercales aureo vecta ariete infortunio suo has in undas cecidit, et absorta de se nomen dedit undis perpetuum, ut quod Pontum dicebatur ante diceretur postea Hellepontum.⁵⁷ Habet igitur mare istud initium a Rithio litore, ubi Aiakis sepulchrum, et in se continet Bithinios et Mariandineos, et in Europam Chersonesum; eique finem facit Propontidis sequentis initium.⁵⁸
- 36 EOS Oceanus is sic vocatur qui recte sub oriente sole equinoctii tempore conspicitur, sic dictus eo quod 'eoos' grece, 'splendor' latine dicatur,⁵⁹ sub quo primo terris adveniente ipse est. In eum Gangem effluit fluvius.⁶⁰
- 37 EOLIUM mare aliqui putant apud Eolidas insulas Sycilie in conspectu iacentes, quod et sic forsitan ab eis aliquando vocatum est. Verum, de quo nunc agitur, Asyatico litori adiacet, incipiens fere a Thermodonte amne et Leucade civitate Yonie, ab Eoliis denominatum postquam, pulsus veteribus colonis, oras ipsi habitavere, cum ante Mysium diceretur. Prima quidem huic mari civitas imminens Myrina est, a Myrino conditore vocata, inde Cymen Pelopis opus et Caici fluminis hostia et Cyna civitas, a qua in radices Yde montis facile pervenitur, apud quas maris huius finis est et initium Troadis.⁶¹
- 38 ERITRETLASSON mare Rubrum est, de quo pauca supra, ubi de Arabico sinu, et infra plura, ubi de Rubro mari dicitur; et

ideo nomen hoc, quod latine sonat 'mare Eritrei', apposuisse sufficit.⁶²

39 HESPERIUM mare Ethiopici Oceani pars est, ab Hesperidis virginibus denominatum. Nam (ut aliquibus placet) ultra Atlanticum Oceanum insule quedam sunt euripis distincte et a continenti modicum separate, in quibus aiunt aliqui habitasse Gorgonas. Alii vero Hesperidum domos illas fuisse asserunt. Possibile tamen aut ex pluribus aliquas illis et reliquis aliis contigisse, vel easdem successive habitasse Hesperidas et Gorgones. Hesperidis plus fama favet, et quod Ethiopes etiam econtra habitantes vocantur Hesperidi.⁶³ In his poete finxerunt aurea mala et pervigilem serpentem, eaque ab Hercule capta: reges quidem fuere preciosa habentes vellera.⁶⁴ Incipit autem mare hoc ab Ampelusia promontorio, ubi Atlantici finis.⁶⁵ Alii vero dicunt ab Hesperu Cera promontorio.⁶⁶ Quantum autem versus Eurum extendatur invenisse non memini.

40 ETHIOPICUS Oceanus longo sub fervido sole tractu protrahitur, nec ab aliquo satis plene cognitus. Nos autem que illi sint litora ut accepimus breviter exponemus. Incipit ergo ab eo promontorio quod supra Arabicum finire sinum diximus. Cuius ora quam citius soli fecunditas et celi fervor habitare permittit Macrobius habet populos, sic denominatos eo quod vite spacium fere medium ultra alios mortales productum in longum, quorum pars, eo quod ab Egypto venerit, Automales dicti sunt, forma prestantes et moribus, regem sibi pulchritudine et viribus potioem eligentes, es quam aurum preciosius arbitantes. Infestantur tamen a beluis nobis incognitis plurimum. Tandem in occiduum euntibus solitudines vaste, precisi montes ripeque potius quam litus reperiuntur, quibus deficientibus muti inveniuntur populi, quibus pro eloquio nutus est, alique adeo deformes et ab humanis ritibus alieni ut potius recitasse fabulosum quam credibile videatur. Sunt insuper et alii, quibus ignis adeo ignotus est ut primo dum viderint tanquam pulcherrimum quid amplectantur ultroque sinu imponant suo donec ustione vexati desistant. Super hos grandis est insula, in qua feminas tantum esse veteres tradidere, hirsutas corpore toto et, quod incredibile est, sine maribus sua tantum

sponte fecundas, efferatis viventes moribus, adeo fortes ut vix possent vinculis detineri. Has ultra mons altissimus est et adeo iam a nostris cognitus ut Peon nominetur a Grecis, quem aiunt ignibus flagrare perpetuis et, quod ridiculum videbitur, asserunt ultra montem longo tractu virere colles in littore, ex quibus patentes campi longe magis videntur quam sufficiat intuitu visus. Et quia nec in campis nec in collibus habitatio ulla est nec aliquid culti aut humanum vestigium cernitur, et per diem solitudinem atque silentium ingens, nocte vero ignes per totum crebri et cymbalorum atque tympanorum tinnitus et tibiarum sonus maior quam qui ab hominibus fit auditur, creditum est Panum Satyrorum opus. Hinc rursus Ethiope incipiunt apparere, sed pauperes et iam dictis forma minores et inculti, Hesperides cognominati, in quorum finibus sunt qui velint Nyli fontem esse. Hos contra dicunt insulas esse Gorgadas, olim Gorgonum seu Hesperidum domos. Hi tamen ab Hesperu Cera promontorio terminantur, et frons incipit in occiduum recte conversa, in qua Ethiopico iungitur Atlanticus Oceanus. Huius frontis partem primam Ethiope tenent, que sequitur exusta et harenis obducta et a serpentibus occupata est, cuius in conspectu aiunt aliqui insulas esse quas Hesperidas dicimus. In continenti vero ab harenis montem exurgere tante altitudinis ut celum etiam penetrare videatur traditum est, cui ex opposito Fortunatas insulas asserunt. Solitudini autem dicte proximi sequuntur Simantopodes et inflexi lentis cruribus, qui potius serpere quam progredi arbitrantur, deinde Pharusi, post quos letiores apparent agri, quos inter Terote, Berini ac Ebores habitant et Zegritarum, Getulorumque vagantium opera cognoscuntur, quibus Atlanticus iungitur Oceanus finem faciens Ethiopico.⁶⁷

41 EUBOICUM mare in Mediterraneo duplex est: aliud in Egeo, aliud in Campano seu Tusco mari. Quod in Egeo, Euboee adiacet insule, a qua denominatum est;⁶⁸ quod autem in Tusco, Cumarum Baiarumque alluit oram, ab Euboicis advenis et Cumarum conditoribus nuncupatum.⁶⁹

42 EURIPUS maris est sinus in Egeo inter Euboeam insulam et Boetiam seu Phocidem in longum artumque productus, quem

aiunt aliqui septies inter diem et noctem statutis horis reciprocas agere vices, et ideo infidum esse carinis.⁷⁰ Verum qui fide digniores sunt dicunt hunc inter altissimos montes tam continentis quam insule nunc huc nunc illuc assiduus et impetuosus ventibus ac montibus propriis adeo temere rapi ut non nunquam ex altissimo monte videatur deiçi preceps, et in flexuosis revolutus procellis tam vasto absque intermissione agitatur impulsu ut nulla in eo navigiis statio tuta sit.⁷¹ Volunt tamen non nulli hoc nomen Euripus, quod 'tempestuosus' sonat, alicuius maris in singularitate non esse, sed omnium ob artum meatum impetum acrius facientium, ut et fretum est.⁷² Sane quia hic sinus impetuosior ceteris extimatur nomen in singularitate sibi hoc per excellentiam occupavit.

EUXINUM mare est quod vulgariori vocabulo Pontum dicimus, ab Eusio fluvio qui in eo effluit, ut quibusdam placet, denominatum, cum ante vocaretur Axenum, ut supra dictum est. Hoc extremum Mediterranei maris totum in aquilonem vulturumque recedens maximi ambitus est et artissimo hostio per Bosphorum Tracium immissum atrox atque nebulosum et raris stationibus nautis gratum nec molli et harenoso litore sicut reliqua circumdatum, aquilonibus patulum omne et ob modicam aquarum altitudinem fluctuosum fervensque et non nunquam cogente gelu condensatum est. Hoc intrantibus habet a dextris Calcedonem civitatem ab Archia Megarensium principe conditam, inde Mariandineos cum specu Acherusia per quem Herculem Cerberum ad superos traxisse credebant, et inde Paphlagonum litora, Calybes et Amazonia castra, Tabarenos et inde Mossinos, per omne corpus notis insignes, ac post hos Macrocephalos, Discaros Buxedosque trapetis et cera cognitos.⁷³ Hinc Colchos, ubi Phasis fluvius et Frixi templum cum luco et in Heniocolorum finibus Dioschorias a Castore et Polluce conditam civitatem. Inde Sintos et Bosphorum Chimericum, Tanais hostium, Meoticas Paludes Asye finem et initium Europe. Ast hinc sinum Calos Limen, Certonem oppidum, ut fertur, a Diana conditum et specum Nymphaeum, sinum Carcinitem, Boristenis hostium, Callipidas Hystrosque et Hystri hostia septem. Ac inde Thracas in oram usque Euxini

penetrantes, apud quos proximam hostio Hystri Hystropolim. Inde portum Cariam et promontorium Pristrim et Bizonis motu terre lapsi vestigium, Portum Crinos, Dionysopolim, Messembriam, Anchialos magnamque Apolloniam, Tymniam promontorium, ubi Helmydesonem, Philiis et Phinopolim Bosphoro Thracio iunctam, apud quem immicti Euxinum a Mediterraneo certissimum est.⁷⁴ Sunt preterea qui dicant huius aquas fere dulces esse ratione ingentium fluviorum in illum continue evomentium.⁷⁵

- 44 PHARUS nomen est maris ubicunque, facta quocunque casu divisione, furens incidit, utputa inter Ytaliam et Sycliam, quas quidam existimant olim fuisse coniunctas et terremotu postea separatas, a qua separatione id mare quod medium inter eas impetu fertur Pharus dicitur. Nam 'pharos' grece latine 'divisio' sonat. Verum hoc nomen Syclie Pharus pre ceteris servavit, seu quia manifestior fuit divisio, seu quia notior Grecis atque Latinis. Huic supereminet ab Ytalia Rhegium et a Syclia Messana civitas inclita.⁷⁶
- 45 PHENICEUM mare Syriaci maris pars est, a Phenicibus litus illud incolentibus dictum, a meridie Arabum habens, ab arctoe autem Cilicum et in conspectu Cypricum.⁷⁷
- 46 PHION mare (sic enim ab antiquis nominatum) est quod Corinthium diximus.⁷⁸
- 47 FRETUM mare, et hoc potius generale est nomen unicuique mari per artos meatus transeunti, ut de euripo diximus, quam recte proprium alicuius:⁷⁹ et ideo, nisi apponatur quod velis, de quo dixeris non intelligetur, utputa fretum Bosphoranum vel Syculum, et sic de ceteris.
- 48 GADITANUM mare a Gade insula extremi occidentis nomen accepit, olim a Phenicibus habitata, ultra promontorium Calpem.⁸⁰
- 49 GALILEE mare lacus est, ut supra scripsimus, sed sic more suo a Iudeis, qui omnes aquarum congregationes maria vocant, denominatus.
- 50 GALLICUM mare duplex est: aliud inter Hispanum spatiatur

et Tuscum, aliud inter Hispanum et Germanicum Oceanum. Quod autem inter Tuscum et Hispanum a non nullis pars Tusci creditur. Denominatum autem est ab adiacente Gallia Bracata seu Narbonensi, habens secundum quosdam a Monico Ligustinorum promontorio initium, et sic prima eius in litore civitas est Nicea, que Alpibus subiacet.⁸¹ Alii volunt quod huius initium sit ab hostio Vari fluminis, vetusto Ytalie termino.⁸² Sed non refert: non sumus empturi nunc, ut acrem questionem de terminis faciamus. Cum igitur in progressu habeat Lacedaemonem, Massiliensium portum, et ipsam Massiliam, a Phocensibus olim conditam, et hostia Rodani et ulterius Beterras et litus cui Leucata nomen et ora⁸³ Sordonum, vicum Cliberre, magne quondam civitatis atque opulentissime vestigium tenue, et inter promontoria Pirenei sinum Salsum, apud Cervariam finem sumit, ubi Hispaniensis initium.⁸⁴ Aliud autem in Britannicum mare versum et Pirenei promontorio principium faciens et in arctoe tendens habet inter alia Garunne fluminis hostium, Santones populos et Ossismos Morinosque usque ad Rheni fluminis hostium, apud quod Germanicus incipit Oceanus.⁸⁵

GERMANICUS Oceanus ab hostio Rheni incipiens longo tractu usque ad Codanum protenditur sinum, gelido sub celo fere litora habens incognita, quorum susceptus gremio nusquam late patet insulis pluribus non longe distantibus. Circa eum tamen sunt Imbri et Tautoni et, qui ultimi Germanie sunt, Hermiones iuncti Sarmatis,⁸⁶ nec desunt qui velint ad Cimbros usque protendi.⁸⁷

IASUS sinus est Ycarei maris ab Halicarnasso Carie tendens in Yonium, cuius initium a Neapoli est Carie civitate, finis vero Basilici sinus initium; et in eo Barcilos civitas est.⁸⁸

YCAEUM mare Asyatici maris pars est a Telmeso, Lyciorum civitate que Lycium finit, incipiens et inde post Pedalionem et Cytriam promontoria Caunum habet oppidum secus amnem Galbiam, et inde Halicarnassum Mausaeoli regis tumulo insignem, et in progressu sinus Thiminam, Scoenum et Bubesium et Crudum oppidum in cornu pene insule et sinum Tetraticum, et ultra Leuce litus Miridos et Neapolim, sinum Iasum at-

que Basilicum, qui Yonie iunctus Ycareo finem facit.⁸⁹ Quod a Caria, addita Y, denominatum puto.

54 YCAREUM mare aliud a superiori nullis cogitur litoribus, quin imo inter Sardum mare et Syculum esse dicunt, sic a casu Ycari cum Dedalo patri fugientis dictum.⁹⁰ Hoc alii volunt inter Creticum et Syculum esse.⁹¹

55 ILLYRICUM mare pars est Adriatici, esto et Adriaticum totum etiam vocetur Illyricum, nam Illyrium a quo denominatum est perseverat usque Tergestum.⁹² De hoc supra, ubi de Adriatico, dictum est.

56 YNDICUM mare permaximum est, et satis patet unde denominatum. Creditur quidem tantum progredi ut .LX. dierum noctiumque tensis velis assidue navigationi sufficiat. Incipit autem sub vulturno vel quasi ab eo promontorio apud quod Sericum terminatur, et ab inde ad Gangis hostium usque Palibrotos habet populos. Ex adverso autem hostii Gangis insulam esse dicunt cui nomen Argyre, argenteum solum habentem. Preterea et Taprobane ingens insula hoc in mari est dives et a pluribus possessa populis, et hinc prope sunt ea hostia que Solis appellantur, adeo habitationi adversa ut ingressos circumfusi aëris estus confestim exanimet. Equidem non forsitan absurdum Paradisi deliciarum ibidem ingressum fore.⁹³ Inde dicunt quod a Iolide usque Cudum recta sint litora et in orientem spectantia, eaque incolæ a timidis effeminatisque populis, verum marinis opibus affatim ditibus. Post hos promontorium Tamum esse dicunt, at eius in conspectu insulam Chrysem nuncupatam, adeo auri abundantem ut habere dicatur aureum pavementum; a Tamo vero, a quo flecti tellus incipit in meridiem, usque ad Rubri maris hostium desertam omnino a fervoribus asserunt regionem.⁹⁴ Sed alii aliter. Nam ab hostio Gangis in Rubrum mare venientibus compertum aiunt primo per litus Aboridonem regionem et Nicedosiorum civitatem et Barbari fluminis hostia et Morites populos quos penes Alexander Macedo condidit civitatem et Macrosios incolas introduxit. Post hos vero asperam atque sterilem inveniri regionem dicunt, palmas tamen alentem et homines omnino incultos et mapalia concis tergentes piscium et intonsis unguibus ac piscium aut beluarum

coriis corpora vestientes et bestiali ritu crudas mandentes carnes habentem. Ast post istos Cedrosiam reperiri provinciam fertilem rerum omnium humano usui opportunarum, et inde Tamandam et post hanc Sagaram a Persis hominibus cultam, qui quidem Perse Rubro mari propinqui sunt, cuius in hostio Yndici maris finis est.⁹⁵

INFERUM mare Tuscum est: sic enim illud persepe veteres 57 per respectum ad Adriaticum, quod superius est, vocaverunt.⁹⁶

YONIUM mare Asyatici maris pars est et ab Yonia provincia 58 cui adiacet nuncupatum. Incipit enim a fine sinus Basilici, quem Ycarei maris ultimum diximus, et primo a Posideo promontorio oraculum cingente Apollinis, cui olim cognomen Bramacii et postea Didymi fuit, protenditur. Miletus inde urbs, Thaletis astrologi patria, Menandri hostium et Latinus mons⁹⁷ clarus Endimionis fabula reperitur, et post hunc Gesi fluminis hostium, Panionium regio, Phygeta atque Ephesus, clarissima templo Diane ab Amazoniis consecratum, inde Cayster amnis, Libedros et Clarii Apollinis fanum a Mantho Tiresie filia conditum, et post Ephigonos⁹⁸ Colophon, Mopsi Manthonis filii opus. Inde Smirneus sinus, Othos et Clazonie, Thermodontis fluminis exitus, et Leuca civitas atque Crisioea finem mari Yonio faciens Eoliisque initium.⁹⁹

YONIUM mare aliud a superiori a promontorio Malee sumit 59 initium, circa quod terminatur Egeum. Inde Laconicam alluit omnem et Maleam usque Tenaron promontorium, et post Acritam et Ichthim promontoria atque Asineum sinum, et inde litora que incolunt Chelonates et Taraxi, quos inter Cyllene, Mercurii nativitate celebris, habetur; inde Corinthium sinum et Epyri regionem cum Ambrachio litore usque montes Ceravnos, a quibus finitur, habens a circio Adriaticum, ab occiduo Syculum, a meridie Affricum, ab oriente Creticum mare.¹⁰⁰ Yonium autem nominatum aiunt a Yonio vetustissimo atque indito rege,¹⁰¹ de quo preter nomen nil aliud legisse memini.

YPERBOREUS Oceanus Asyatici litoris sub arctoo primus 60 est, ubi non sol quotidie, sed, a verno equinoctio usque ad autumnale ibidem continue perseverans, reliquum anni regionem illam nocti perpetue derelinquit. Aiunt hic ab Yperboreis cul-

- toribus nominatus quos iustissimos esse dicunt et angustam sed apricam terram habere et diutius vivere quam reliqui mortales faciant.¹⁰² Quod ego miror plurimum, unde tam repente illis oriatur celum: sed de hoc videant alii.¹⁰³ Is autem verus vulturum a Caspio terminatur Oceano, ut quidam dicunt.¹⁰⁴ Ego autem eum habere a circio Cimbrorum et a vulturno Scytharum Oceanum arbitror. Eius autem in litore nil memoratu dignum dicunt.
- 61 HIPPONENSIS sinus Affrici maris pars est a Candido et Apollinis promontoriis factus et ab Hippone Diarycto denominatus.¹⁰⁵
- 62 HYRCANUS sinus Caspii maris est, de quo quia ubi de Caspio scripsimus dictum est ordini tantum apposuisse satis est.
- 63 HISPANUM mare diffusissimi circuitus est, et cum in Mediterraneo incipiat desinit in Gallico Oceano.¹⁰⁶ A Cervaria igitur incipiens, ubi Gallici maris finem diximus, Emporia Phocensium¹⁰⁷ alluit et Iovis montem in quo Hannibalis Scale atque Terraconem Scipionum opus,¹⁰⁸ Betulum, Barcinum et opulentissimam maritimarum urbium Tulcim,¹⁰⁹ Valentiam et Saguntum, et inde Cartaginem Spartanam, Urgitanum sinum et Malacam et Calpim contingens exit in Oceanum, ubi primo Cartesium implens sinum et ad Iunonis promontorium veniens, terris cedentibus, in litora flectitur occiduum spectantia recte et sic fretum egressus Gadem alluit insulam et Cepionis monumentum, scopulo potius quam insule positum, Betis hostia et inde Lusitaniam ultra Anam fluvium in tribus promontoriis distinctam, ultra quam, retrahente se solo, in eurum flectitur et effunditur longe lateque Oceanus, infundens veteres Turaulos et oppida Turdulorum et flumen Mundam suscipiens et inde Durium a quo, longo tamen tractu, usque ad promontorium Celticum Celtas alluit. Inde ad Scythicum continuo observatur litore, infundens Artabros et Ianasos et post hos Astures, quorum in litore tres sunt are quas Sestianas vocant incole, pene in insula sedentes et Augusto Cesari sacre. Deinde, se coartante Hispania, Cantabros irrigat et inde Vardulos Pirenei

promontorio iunctos, quos penes Hispaniensis finitur Oceanus et Gallicus incipit.

ISSICUS sinus in mari est Cilico, sic denominatus ab Isso olim celeberrima civitate. Est enim inter Amanum montem et Hammodem promontorium.¹¹⁰

LACONICUM mare Egei pars est et Yonii: Egei a Scylleo promontorio Acaie, ubi eius initium est, usque ad promontorium Maleum; Yonii autem a Maleo usque ad Tenaron, ubi finis. Laconicum autem a regione quam alluit dicitur, in qua Lacedaemon est.¹¹¹

LATURUS sinus est in mari Numidico inter Avisam castellum et Sardabalem fluvium, citra commune gentis regie monumentum.¹¹²

LIBYCYUM mare inter Affricum atque Egyptium est, Cyrenaique provincie adiacens, et ideo a non nullis Cyrenaicum nuncupatur. Incipit quidem ab Aris Philenorum apud quas Affrici finis est. Habet promontoria Zephirium et Naustathmos et Paretonium portum, et inde Catabathmos devexa vallis est, cuius in confinio maris huius est finis et Egyptiaci principium. Libycum autem dictum a Libya, cuius pars Cyrene est.¹¹³

LIBURNICUM mare Adriatici pars est, a Liburnis Illyriis denominatum,¹¹⁴ quos hodie Sclavos dicunt.

LYCIUM mare Asyatici pars est, a Lycia provincia cui adiacet denominatum. Incipit autem a Phaseli Pamphylie civitate, quam penes Pamphylia maris est finis, a qua sequitur Cariam eunti Side portus et Tauri promontorium ingens et inde Limyra flumen et civitas et Patara cum Apollinis delubro atque oraculo fide Delphico simili,¹¹⁵ post autem mons Gracius et Telmos civitas que finem mari facit huic et Ycareo prestat initium.¹¹⁶

LIGUSTINUM mare Tusci maris pars est, a Liguria provincia cui adiacet denominatum. Hoc initium sumere quidam volunt ab hostio Arni fluminis, ut Pisarum civitas media Ligurum sit et Tuscorum reliqua. Alii vero dicunt quod ab hostio Macre fluminis Lune civitati propinquo initietur, quod verius creditum, ex quo et Corni scopulo procedens Veneris Portum facit

radicesque montium optimi vini feracium alluens, Genua insigni civitate relicta, extenditur ad Sabatiam seu Saonam et Albingaunum et Vintimilium atque Monichi promontorium, quod penes secundum quosdam maris huius est finis. Sed addunt aliqui Niceam civitatem et quod litoris est usque ad hostium Varii fluminis, quod Ytalie pariter et Ligustini maris terminum dicunt.¹¹⁷

- 71 MARE aquarum maximarum generale nomen est, singulare autem eius que Oceani tantum est, et ideo mare dictum quod sit amarum salsedine nimia, et ideo si absolute mare dixeris pro totius aque elemento, scilicet Oceano, sumetur, tunc autem pro parte cum cognomen apponitur.¹¹⁸
- 72 MALIACUS sinus Egei maris pars est inter sinum Pagaseum et Opuntium.¹¹⁹
- 73 MAURUM mare et Mediterranei partem occupat et occidentalis Oceani. Nam ab Hesperu Cera promontorio, quod Oceani Hesperidum finis est, incipiens, usque ad Mulucam fluvium, qui in Mediterraneo a Mauritania Numidiam separat, tractum ducit, quod quidem et Atlanticum dicitur et ideo satis sit quod supra de Atlantico dictum est. Maurum tamen seu Mauritanum dictum est a Mauritania cui adiacet.¹²⁰
- 74 MACEDONICUM mare Egei non minima pars est, a Macedonia denominatum. Quod quidem incipit a Pallene monte qui Tracie finem facit et, ut quibusdam placet, extenditur usque Megaram, quo Isthmos interpositus misceri Egeum Yonio non permittit. Cuius litora civitatibus signantur innumeris, inter quas clarissima Pelles, tam Philippi patris quam Alexandri filii regia. Est preterea et flexus Megyberneus inter promontoria Dirim et Panastream et qui Copos dicitur portus, inde Toronis, Miscella et Megyberna civitates, post quas Canastreo promontorio propinqua Sena et Megyberneus in medio, qua dat gremium terra, longis in altum emissis lateribus, ingens inter maria sinus est. In eum Axius per Macedonas Thessalosque excurrit, ante quem Thessalones et inter utrumque Cassandrea est. Inde Cindra, Aloros, Icaris; a Peno ad Sepida Corruira, Melibea Castaneaue, a quibus usque Megaram Hellas ap-

pellatur Grecia, quam Macedonie partem (ut supra diximus) quidam arbitrari videntur: et si sic concedatur a Sapiade promontorio per Demetrium et Balon et Ptoleon et Echinon in Pagaseum devenit sinum, in quo urbs Pagasa et Sperchii amnis hostium. Inde Maliacus sinus et Opuntius, in quibus Laconum gloria adversus Persas Thermopyle, inde Oroes, Carpha Gnemides, Alope, Antedon Glauci,¹²¹ Larunne et Aulis Agammenonia,¹²² Marathon, insignium titulorum memorabilis, et Tannis, in qua Amphyarai delubrum, Nemesis, Phoricos et Bauronia et promontorium Sunium; et ad meridiem se flectens terra Pireum Atheniensium portum fervido obiicit soli, inde Scironia saxa, et ultimo Megarensium tractum apud Isthmon terminatum, quo Macedonici maris finis est.¹²³

MEDITERRANEUM mare et id rudibus demonstrandum est. 75 Est enim quicquid maris ab Abyla Mauritanie et Calpe Hispanie promontoriis, Herculis columnis, ab Oceano immissi habemus; eo Mediterraneum nuncupatum quia per medias effundatur terras, cum in circuitu stet Oceanus.¹²⁴

MEGYBERNEUS sinus Macedonici maris pars est, de quo 76 paulo supra.

MYSIUM mare Asyatici particula est, cuius pars ab Eoliis incolis denominata supra descripta est,¹²⁵ reliqua Troas dicitur a Troianis, tota Mysium a provincia cui adiacet, sic olim denominata. Incipit enim ab Yde montis radicibus et Cistenam, Adrymetionem, Austram et Cressam oppida in litore alluit, inde Antandrum et Gargara atque Assonam Etolorum coloniam et Acheon Limen, de quo supra, et Ritheum, quod penes huius maris finis est.¹²⁶

MYRTOUM mare apud promontorium Laconie Maleum parvum inter Egeum et Yonium est,¹²⁷ sic a Myrtilo Mercurii filius dictum, qui cum esset Enomai regis Elidis aurigam et illi Hippodamia esset filia, cumque proceribus petentibus se¹²⁸ aurigatus inibat certamen victosque morte mulctabat, contigit ut Pelops et peteret et iniret certamen clam corrupto Myrtilo auriga hoc pacto: si victorem faceret se, illi primum Hippodamie concubitum concessurum; qui, factis cereis axibus quadrigis eiusque in cursu dissolutis, Pelopem fecit victorem. Qui cum po-

sceret pactum, a Pelope in mare deiectus est, in quo moriens mari nomen perpetuum dereliquit.¹²⁹

79 MORMORUSA Oceanum sub septentrione vocatur a Cimbris, quibus proximus est. Quod idem sonat quod 'mortuum mare', eo quod ibidem cogente frigore congeletur.¹³⁰

80 MORTUUM mare Asfaltidem lacum nominari iam diximus supra, eo quod in eo nil vivum recipiatur.

81 MASSUSIANUS sinus in mari Thracio, quod Egei pars est, consitit, alterum Chersonesi latus occupans. Hic a iugo Phacie vallis includitur, et ex fluvio quem recipit Melas etiam nuncupatur. Duas in se urbes complectitur, Alopoconensum et, in altero Isthmi litoris latere positam, Cardiam; inde sequitur Enea ab Enea Troiano conditore denominata, cum iam finis fuerit huic sinui.¹³¹

82 MAGNUM mare id dicitur vulgo¹³² quod nos et Euxinum et Axenum iam diximus. Quod ideo Magnum illud vocant eo quod inter ceteros Mediterranei maris sinus ipse sit maximus et semper in reliquum videtur effluere et non, ut alii sinus faciunt aliquando, suscipere, quod contingit propter inestimabilem aquarum copiam que in illud a plurimis maximis fluminibus funditur, que per artissimam faucem Bosphori Thracii in Mediterraneum impellitur cursu continuo; a quo ignari existimant reliquo mari aquas concedi omnes, non advertentes unde devenerunt tam huic mari quam reliquis.¹³³

83 NEPTUNUS cuiuscunque maris aut totius aliquando nomen est, cum eiusdem deitas poetica fictione ipsum mare aut maris designet potentiam.¹³⁴ Nam de se Neptunus homo fuit et Iovis frater atque Plutonis; et cum paternum dividerent regnum, que circa maris oram erant in sortem devenere Neptuni, ex quo fabule locus assumptus est.¹³⁵

84 NUMIDICUM mare inter Mauritanum seu Atlanticum est et Affricum, a Numidia regione cui adiacet nuncupatum. Incipit autem a Muluca flumine et in orientem tendens habet in litore Ampsaci fluminis hostium et Cesaream, olim Iolam, Iube regis regiam; inde Cartinam et Arsinnam oppida et Laturum sinum et Sardabalis fluminis fauces, quem ultra commune regie gentis

monimentum est, et post emensum aliquandiu litus Metagonium promontorium, quod huic mari finem faciens Affricco prestat initium. Sane, etsi in litore non sit, quia aliquando ad mare pertinuisse videtur, mirabile quoddam non erit incongruum recitasse. Est ergo ad intrinseca Numidie locus in quo spine piscium, muricum ostrearumque fragmenta, saxa attrita uti fieri solent assiduo mari motu, infixæ præterea cautibus ancore et alia plura testantia ibidem iam mare et portuosum etiam fuisse, nil fidei minuente solo, cum nil herbidum alat.¹³⁶

OCEANUS hic pater et aquarum perpetuus hospes est, adeo 85 grandis ut soli Deo creatori suo comprehensibilis sit, omnem præterea ambiens et continue indeficientibus undis terram, quam et pluribus atque variis incursionibus intrans commercii reddit habiliorum et humectationibus fecundiorum facit illanque circum statutis vicissitudinibus adeo impetuoso invadit estu ut feras ex litore repentino redditu rapiat et non nunquam marinas beluas in sicco destituat. Cuius estus causas plures reddidere maiores, quas ego, cum alterius videantur considerationis, omictam. Cur dicatur etiam Oceanus plures dicuntur rationes. Nam alii eo quod more circuli terram ambiat; alii quod ocus currat, quod magis et nomini et operi adaptatur; alii quod ut celum purpureo colore conspicuum sit,¹³⁷ et huiusmodi: quarum que magis placet accipiendam lectori relinquo.¹³⁸ In eo insule infinite et beluarum infinita monstra, et ex eo quicquid fontes, quicquid lacus et flumina, quicquid ubicunque sit liquoris humiditatis vel cuiuscunque aque sumitur et derivatur exhaurientibus terre visceribus.¹³⁹

OPUNTIUS sinus est in Egeo mari ab Opuntio civitate denominatus, Thermopylis proximus.¹⁴⁰

ORCADUS Oceanus ab insulis Orcadibus quibus circumfus 87 sus est dicitur. He autem numero .xxx. sunt angustis inter se distincte spaciis, ex quibus .vii. que Emodes appellantur Germanico litori opposite sunt in eo sinu quem supra Codanum diximus. Ex his autem Codannovia, quam Teutoni incolunt, ut fecunditate alias sic et magnitudine excedit. Reliquæ Sarmatis

sunt adverse et fluxu atque refluxu pelagi quandoque insule apparent et aliquando continenti annexe. In his Oenes quidam asserunt habitare, homines ex avenis atque ovium palustrium avium viventes, et Hippodas equinos habentes pedes et Sannalos quibus sunt ingentes aures et ad tegendum omne corpus habiles, et alios huiusmodi; quod ego fabulosum credo potiusquam credibile reor.¹⁴¹

88 PAGASEUS sinus in Egeo mari est inter Demetriadem Thesaliam civitatem et Maliacum sinum, a Pagasa denominatus urbe, Sperchium recipiens amnem, famosus quidem et apud veteres inclitus. Aiunt enim quod Minye Colchos ituri ex eo Argon navem ad iter soluerint.¹⁴²

89 PAMPHYLICUM mare Asyatici maris est pars inter Cilicum et Lycium positum. Nam ab Anemurio promontorio, quod eum a Cilico separat, incipiens habet ante alia Melam fluvium, Aspendos civitatem ab Argivis olim conditam in monte, deinde Cestros et Caractes flavios et inter eos Pergam oppidum, ultra vero Sardemisum montem et Phaselis civitas, a Mopso quondam conditam et finem Pamphylie facientem.¹⁴³

90 PERSICUS sinus Oceani pars est, etsi amplissimo hostio terras intret et postmodum dividatur in Persicum et Arabicum sinum. Yndiam tamen ab Ethiopia disgregat. Is igitur qui Persicus dicitur, cum orbe maximo terras occupaverit et in finem sui humani fere capitis vestigium fecerit, habet circa initium sui Carmanios, sine veste, sine fruge, sine sedibus ac sine pecore: homines cute velantur piscium et eorum carne pascuntur, hirsuti corpus omne preter caput. Per hos Setis in mare flumen funditur. Inde Cedrosi Perseque sequuntur. Ea vero in parte sinus que intranti mari videtur opposita Caldei insident, parte vero ex altera sinus que Carmaniis opposita est Arabes habitant, omnem tenentes oram.¹⁴⁴

91 POLATICUS sinus Adriatici maris pars est et secundum quosdam Ytaliam ab Hystris determinat, a Pola dictus, quam quondam incolere Colchi, mare quidem procellosum et ora illa navigantibus perniciose plurimum. Nuncupatur autem vul-

go Quarnaro, credo a populo Carnorum qui iam dudum circa adiacentia habitavit.¹⁴⁵

PONTUS is est sinus quem supra Euxinum diximus se Mare 92 Magnum. Hunc denominatum Pontum volunt aliqui a Ponto Mitridatis regno, quod ego preter hunc sinum nusquam repperi. Aliqui dicunt dictum Pontum quod brevis sit quasi punctus, et tunc brevem sumam¹⁴⁶ quantum ad profunditatem, quam illi modicam diximus, et ob id thynnos, phocas delphinesque tantum et nullas alias marinas bestias suscipit.¹⁴⁷ A longe plurimum profecto talem nominis huius causam piscati sunt! Aliqui dicunt quod Pontus idem sit ac equor.¹⁴⁸ Scio quod unumquodque horum mare est, sed qualiter Pontus equalitatem significet aquarum, ut equor facit, non video. Sic dicunt et Pontum maris impetum: sed tunc, cur illi magis quam Oceano, qui longe impetuosior est? Dicunt preterea Pontum idem quod marinum decus, quod ego audio, sed non intelligo. Dabo igitur et ipse novam nominis causam: arbitror quidem a priscis Latinis denominatum Pontum quia aliquando tempore anni in glacie coactum transire volentibus per aliquam sui partem pontem, idest transitum sui faciat, seu quia ob maximam aquarum dulcium in illum effluentium et eius respective breviterem semidulce vel fere dulce factum potum prebeat.¹⁴⁹ Verum hec superflua curiositas est.

PROPONTIS mare est inter Thracium Bosphorum et Helle- 93 sponsum, ab oriente Asyam alluens, ab occidente vero Europam, et idcirco fere in modum lacus circumdatum. Propontis autem vocatur quasi Pontum preveniens seu iuxta Pontum.¹⁵⁰ Incipit exeuntibus Hellespontum et in Pontum tendentibus a dextris apud Lampsacum oppidum, finem ibidem faciens Hellesponto, cui propinquus funditur Granicus fluvius, ultra quem Cyzicus civitas a Cyzico denominata quem Minye in Colchos tendentes pugna fuderunt atque occiderunt. Post hanc Plagea et Scydace Pelasgorum colonie, inde Ryndacis fluminis hostium, ultra quod Dascylos oppidum et Mysrela. Hinc sinus sequuntur duo, quorum alteri non est nomen, quem Chion emporium Frigum amplectitur, alter vocatur Olbianos, in gremium habens Astaconam, olim a Megarensibus conditam. In-

de sequitur fretum illud exiguum per quod itur in Euxinum, ubi Thracius Bosphorus habet initium.¹⁵¹ Et ideo a sinu Olbiano in Europam parvo transfretantes tractu et versus Hellepontum venientes, relicto Bizantio, Thracii Bosphori fine, habebunt a dextris Selymbriam, Perinthos, Bithynim et hostiam Ergini et Atyre fluviorum, et inde eam partem Thracie quam iam dudum Rhesus tenuit rex et Bisaltem Samiorum et Gipseiam et eum locum quem Macronthos dixere Greci, et inde Lysimachiam in radice Magnepen,¹⁵² quam penes in fretum Hellespontiacum cogi incipit mare, et ideo Propontis ibidem terminatur.

94 RUBRUM mare inter Yndicum et Ethiopicum Oceanum amplissimo ore ab austro in septentrionem funditur, et ne in Mediterraneo exeat a terris Persaum Arabumque tenetur. De quo quia supra, ubi de Arabico et Persico sinu scripsimus, fere omnia que dici possunt sunt apposita, nominis tantum causam reddidisse sat erit. Dicitur autem Rubrum quod rubri coloris appareat, non quidem quia sit, sed, quia adiacentia litora minio fere similia sunt, per eundem limpdatum atque transparentem colorem monstrantia ab ignaris rubras esse aquas arbitrari faciunt et inde Rubrum denominari.¹⁵³ Insularum confertum est, quarum notissima que sepulchrum Eritre regis servat, a quo etiam denominatum est.¹⁵⁴ Insigne prestiti itineris sicco vestigio Hebraico populo Moyse duce ab Egipto fugiente et Pharaonis cum exercitu suo demersi, ut Lictere testantur Sacre.¹⁵⁵

95 SALINARUM mare dicitur quod nos alibi Asfaltidem lacum diximus, inter Iericho et Zoram civitates Iudee.¹⁵⁶

96 SARDUM mare, a Sardinia insula dictum eo quod illam circum alluat, ab oriente Syculum seu Ycareum habet mare, ab arctoo Tuscum, ab occasu Balearicum, ab austro Affricum.¹⁵⁷

97 SARMATICUS Oceanus a Sarmatis populis litori adiacentibus dictus est, inter Cimbricum qui magis extenditur ab arctoo et Codanum sinum qui in Germaniam sursum protenditur. In conspectu autem litoris huius pars est Orcadam insularum.¹⁵⁸

SCYLLACEUS sinus in Adriatico seu Syculo mari est inter Lacinium et Zephirium promontoria, habens in litore Petilia, Carcinum et Scyllaceum, a quo dicitur.¹⁵⁹

SCYTHICUM mare a Scythis est nuncupatum, et quia longus est tractus terre a Scythia occupatus, ab Oceano scilicet usque in Euxinum tendens, triplex est, alios in Oceanum, alios in Euxinum et alios circa Caspium terminos occupans.¹⁶⁰ Nam quod in Oceanum describitur sub ipso siderum cardine a promontorio Cimbrorum habere initium creditur secundum quosdam, et terminari a limite Yperboreo.¹⁶¹ Alii volunt Yperboreum inter Cimbrum esse et Scythicum.¹⁶² Aiunt tamen eius litoris in conspectu quasdam desertas insulas esse, nec alio quam Scythicas nomine appellari. Nec litoris cultores describuntur ulli, preter Adropagas et Sagas, et hi quidem belluarum ferocitate segregati sunt.¹⁶³ Quod a Caspio in Scythas emittitur absque certis terminis comperi, verum eius litora habitari ab Amerdis, Pesticis seu Peticasis¹⁶⁴ atque Debricis Scythias inveni, et in illud plura misceri flumina, et inter alia Araxem, Laxartem et Oxum.¹⁶⁵ Quod autem Pontici pars est ab hostio paludum Meotidarum atque Tanais incipit et usque ad hostiam Hystri fluminis perseverat, sinum Calos Limen, sinum Carcinitem, Dromos Achilleos, Boristhenis hostia, Callipidas Hystrosque, qui Hystro flumine terminantur, includens, multa preter dicta suscipiens flumina.¹⁶⁶

SCOENUS sinus est Ycarei maris inter sinus Thymniam et Bubaesium positus.¹⁶⁷

SERICUS Oceanus sub vulturno est inter Tabim et Tauri promontoria, Sericum litus alluens: qui quidem Seres (ut fertur) iustissimi sunt homines.¹⁶⁸

SYCULUM mare Syciliam ambit insulam, ab occasu Sardum habens, ab aquilone Tuscum, a surgente sole Yonium, a meridiano Affricum.¹⁶⁹

SYRIUM mare Asyatici pars est, a Syria cui adiacet denominatum. Cuius initium ab initio est Palestine, ubi Arabicum terminatur, et procedens in septentrionem, post Palestinum, Phenicum litus alluit omne, in quo Tyrus et Sidon, quondam celeberrime civitates, promontorium Euprosopon et Antiochia at-

que Seleucia, et ultimo mons Amanus, a quo statim Mariandri Cylicesque incipiunt et Syrium desinit mare,¹⁷⁰ cui in conspectu Cyprus est insula.

SYRTIUM geminus sinus est in Affrico mari, quorum primus a Neapoli Affricana civitate sumit initium, finem autem apud Oea oppidum Cinyso fluvio propinquum. Importuosus est et estu plurimo ferox ob vadorum frequentia et ob alternos motus fluentis atque refluxus pelagi et intermistos vadis euripos; litori cuius Tritona palus proxima est, famosissima ob ibidem primo visam in terris Minervam. Secundus autem Syrtium sinus in Egyptum a primo tendentibus haud longe reperitur, a Lepti Superiori sumens initium, et uti nomine sic opere par priori est. Habet promontorium Borion, a quo ea incipit ora quam Lotophagos tenuisse aiunt, usque ad Phiconta, quod et importuoso litori promontorium est. Inde sequuntur Philenorum Are, quas penes Syrtis huius est finis.¹⁷¹ Syrtes autem a tractu nuncupate sunt, quia omnia ad se trahere videantur.¹⁷²

SCYLLEUM mare quod inter Syciliam et Ytaliam Pharon dicitur, a Scylla monstro ex parte Ytalie adiacente denominatum. Quod aiunt saxum esse ingens fere in superiori parte humanam habens effigiem, cum inferiori plures et resectos habeat scopulos, inter quos dum estuosum intrat mare, ab eisdem refractum et inde tumultuans tam ratione sui quam augmentis ex concavitate specus ibidem existenti latrantium rabie plurima canum videtur reddere sonum, quod vetuste fabule causam dedit, Scyllam scilicet virginem a Glauco dilectam, dum se lavaret ibidem, veneficio Circis a canibus marinis usque ad iniqua fuisse absortam et ibidem detentam perpetuo. Volunt tamen quidam mulierem rapacissimam fuisse Scyllam et hospites nudare consuetam, et in mare inde deiectam saxo nomen et fabule locum dedisse.¹⁷³

SMIRNEUS sinus Yonii maris pars est, incipiens a promontorio qui illum a Colophonia claudit, habens, supra angustias per quas ingreditur mare, hinc Ceos et illinc Clazomenam. In sinu autem est Coryna, Thermodon amnis et urbs Leuca, cum extra sequatur Phoca Eolio mari proxima.¹⁷⁴ Clarus quidem, una cum civitate a quo dicitur, Homeri vatis origine.¹⁷⁵

SUCRONENSIS seu Supronensis sinus Hispanum suscipit mare. Quem postquam impetuose intravit obvio facto Ferrariensi promontorio in duos dividit sinus, quorum prior Supronensis dicitur seu Sucronensis, quod potius credo, cum recipiat Sorobim, Turiam et Sucronem flumina.¹⁷⁶ Amplectitur quidem insignes urbes Valentiam atque Saguntum. Secundus Illicitanus vocatur, Allonem habens et Lucentiam civitates et eam unde sibi nomen, Ilicem.¹⁷⁷

SUPERUM mare Adriaticum nuncupatur per respectum ad Tyrrenum, quod Greci Inferum vocavere, de quo, ubi de Adriatico, satis dictum.¹⁷⁸

TARENTINUS sinus Adriatici maris pars est in extremis fere Ytalie, a Tarento Archyte philosophi patria vocitatus, interque Sallen¹⁷⁹ et Lacinium promontoria coactus; in quo sunt, preter Tarentum, Metapontus, Heraclea, Croto et Turium civitates.¹⁸⁰

THESPONTIUS sinus est Adriatici seu Yonii maris pars, in quo Acherontus fluvius apud Molossos oriens effluit.¹⁸¹

THYMNIA sinus est Ycarei maris, inter Pandionis montis collem in mare immissum et Scoenum sinum alterum situs.¹⁸²

TYRRHENUM mare Greci vocant quod Latini Tuscum dicunt.¹⁸³ Verum (ut placet aliquibus) Tuscum longe plus occupat spacii quam Tyrrenum, cum Tyrrenum a Tuscia in Brutios usque protendatur tantum.¹⁸⁴ Quod aiunt dictum a regulo quodam Tyrreno, qui, partitis in Asya copiis cum Lydo fratre, sorte suscepta, novas sumpturus sedes venit in Tusciam et Ytaliam Superiorem eamque occupavit et de suo nomine Tyrreniam appellavit marique nomen imposuit quod in hodiernum usque conservat.¹⁸⁵

TUSCUM mare longissimo deducitur tractu. Nam quam diu in austrum spectat Ytalia et aliquantulum amplius, tantum illi spacii vetus Tuscorum concessit gloria. Ergo a Vari fluminis, Galliam Transalpinam ab Ytalia separantis, hostio ad fretum usque Sycilie et Zephirium promontorium hoc insignitum mare vocabulo est, cum Tusci ante Romanum imperium adventumque in Ytaliam Gallorum Heturiam omnem et Cisalpinam

Galliam totam preter Venetorum angulum sub suo imperio tenere et Tusciam vocavere, et secundum numerum nationum suarum ultra Appenninum misere colonias, ex quibus Adria, a qua Adriaticum mare dictum est, una fuit.¹⁸⁶ Incipiens igitur a Vari hostio, Ligustinum omne, quod supra designatum est suo sub nomine, continet. Inde inter Lunam civitatem et Pisas, ubi Ligustinum terminari diximus, resumentes, habet in litore Pisas, olim a Grecis Pisanis conditas, Arni fluminis hostium, Vadas Voliternas, Umbronis fluvii exitum, Populonium, vetustissimam Hetruscorum civitatem seu potius civitatis vestigia, Telamonis portum, Cosam oppidum Portumque Herculis, navigiis tutum, incolis autem adversum; post hec et Amonem¹⁸⁷ et Pyrgim et hostia Tyberis, quorum altius paululum Roma rerum domina sedet. Hinc in litore veteris Laurentii atque Lavini Latinorum vetustissimorumque oppidorum vestigia, et sic Ancii quondam Volsorum metropolis. Inde Asturam et Circeum montem, Circis venefice sedem, Terracina Volsorum Fundosque et Formias et Enee Troiani opus Caietam et Minturnas et Liris hostium, Sinuessam, Linternum, Scipionis Affricani exilio atque tumulo conspicuum,¹⁸⁸ Vulturni exitum, et paulo supra Capuam Tuscorum coloniam,¹⁸⁹ olim inter tres maximas orbis civitates tertiam. Inde Cumas Euboicas, Misenum, Baiarum sinum atque Neapolitanum ad promontorium usque Minerve sese porrigentem, Amalphiam, Salernum, Silarum fluvium, Palinuri portum,¹⁹⁰ Velias, Buxentium, Clamptiam, Enum, Vibonem, Yonium, Maticanam, Metaurum, Taurinum, Scyllam, Rhegium, Regiam Columnam, Locros, Cauloniam, Consenciam atque Brutium a Zephirio promontorio terminatum,¹⁹¹ esto sint qui velint a Rhegio finiri oppido; in conspectu habens Corsicam atque Sardiniam, Capraram, Ilvam ferri alumnam, Igilium, Pontiam, Pitecusas, Capreas et clariorem Mediterranei maris Syciliam.¹⁹² Dictum autem Tuscum a Tuscis, qui a ture sacrificiorum denominati sunt, eo quod fuerint iuxta antiquorum ritum doctiores in sacrificiis peragendis.¹⁹³

114 VENETUM mare id est quod Adriaticum diximus, non quidem a Paphlagonibus Venetis qui ab excidio Ylonis Anteno-

rem secuti sunt,¹⁹⁴ quin imo a piscatoribus Patavis qui nuper occupatis Altini sinus aliquibus semitectis insulis aqua congregatisque ex circumadiacentibus vicis coequalium hominum turmis ob commodum piscationis ultro venientibus sedes statuere sibi, illasque, quod multarum erat urbium nomen, imo ingentis provincie, vocavere Venetias. Quibus adeo fortuna et astutia favit, ut elati audeant nostro evo et maris imperio usurpare, si possint, et novo nomine vetus delere conantur, a se Venetum appellantes quod per longe retro secula a Tuscis Adriaticum dictum. De quo quoniam sub vocabulo vero, ubi scilicet Adriaticum nominavimus, satis ample dictum est, hic repetere non curamus.

URGITANUS sinus est Hispani maris haud longe a Malaca, ab Urgi oppido quod in eo est nominatus.¹⁹⁵ 115

URIAS Adriatici maris sinus est, Apulo cinctus litore sub Gargano monte, cuius asperum aiunt introitum, et extra eum dicunt esse Sipontum,¹⁹⁶ Diomedis opus, ut a non nullis hactenus creditum est. 116

Iam peragratis montibus, silvis nemoribusque lustratis et fontibus, lacubus atque fluminibus una cum stagnis et paludibus in sinus maris Occeamumque, prout a veteribus traditum accepimus, deductis eisque etiam receptaculis perfunctorie designatis, in finem laboris assumpti, eo concedente qui rerum omnium principium est et finis, devenimus. 117

Nec dubitem quin persepe intervenerit error et reprehendenda crebro compareant: quis enim tanti est ut imperfectum perfectum possit opus componere? Esto (ut ab initio testatum sum), quietis causa, non anxium acremque sed iocosum laborem assumpsit, a quo ne adversus intentionem meam defatigarer, quicquid in memoriam venit, nulla indagine solentiori peracta, concessi calamo. Verum defectus quosdam, qui forsitan aliena magis quam mea culpa occurrisse non nunquam potuerunt, non aliquid purgasse nil esset aliud quam, quod alienum est, meum fecisse crimen. Et ideo advertendum, si sepius idem fluvius aut mons seu lacus, vel quem mavis ex aliis, sub diversis nominibus vel diversis in partibus nulla ex hoc facta 118

mentionem ponatur, aut dissidentium auctorum opus est, aut scriptorum, imo pictorum, ignavia contigisse potuit.

119 Auctores cum omnia vidisse nequiverint, relatis credere opportunum fuit; que et si summa cura exquisiverint vera, falsis tamen aliquando decipi potuere. Et ideo meo iudicio veniunt excusandi. Scriptores autem non sic. Consuevere iam dudum tam celebri officio solum homines exquisiti ingenii et intelligentes assumi, ut satis antiqua (si qua sunt) testantur volumina; postea, ne quid incorruptum superesset in terris, quibuscunque volentibus permissum est. Quam ob rem eo devenimus ut qui licere seu characteris formam apte calamo deducere noverint illosque congrue invicem iungere, temerario ausu, nil aliud intelligentes, se scriptores audent profiteri et apposito pretio scribere quorumcunque volumina; quod etiam, et turpius, relictis colo textrinisque persepe ause sunt et audent mulieres. Et sic, dum potius visa quam intellecta designant, quandoque vacillante memoria, et non nunquam dum ex non intellectis multa superflua arbitrantly et auferunt aut casu aut eorum permutant iudicio, eo ante alia itum est ut sit orthographia delecta, diphtongi aut sublata aut debitis private notulis, punctatio omnis ommissa et signa perditata quorum opere locutionum variationes percipi consuevere; ac insuper, opere talium diminutis aut additis aut permutatis in dictionibus licteris, aliter hodie legantur quam veteris illustresque scripserint auctores necesse est. Et quod longe perniciosius, esto huiusmodi scriptores advertant se minus recte pinxisse, ne delentes errorem maculam operi suo iniecisse videantur ultro pretereunt, correctis pulchros preponentes codices. Quos quidem errores etsi non nunquam admonente grammatica circa constructiones reducantur in rectum, propria aut hominum aut locorum, fluviorum seu huiusmodi nomina et potissime peregrina nisi divinitas sit in hominibus insita emendari non possunt, cum dubium falsa veris iniecerint.

120 Ex quibus satis adverti potest de necessitate contingere ut dum quam mavis rem minus omnibus cognitam iuxta scriptorum errores varie nominatam legimus, ex una plurimas arbitramur et deducti per devia deliremus. Quod, cum presens opu-

sculum totum fere ex nominibus propriis barbaris et peregrinis constat, contigisse non erit mirabile si ex uno fecerim plures, seu aliquando de uno in alterum locum transtulerim. Nec ego aliquando coniecturis advertens desistere volui, quin potius duo vel tria nomina superflua ponere quam in uno deficere et de una re duas vel plures facere malui quam falso inadvertenter nomine unam in nullam quandoque convertere. Quod si correctioribus libris quam quos viderim usi lectores advertant, sint, queso, ad indulgentiam faciles et emendent.

121 Preterea si aliquando fons pro flumine, fluvius pro lacu, pro stagno lacus vel versa vice hi pro aliis positi comperiantur, non mea auctoritate factum affirmo, maiorum imitatus monumenta et potissime poetarum illustrium, circa quos plurimum hactenus versatus sum, et quibus licentie multum est. Circa immutationem talium fere scripta sunt omnia ('fere' dixi, quod arbitrio meo pauca quedam visa aut a fide dignis audita ultra quam scripta compererim apposui), nec incipiar: vidi quedam se aliter habere quam veterum rationes ostendant, quibus in tantum indulgens fui ut mallem potius eorum auctoritati quam oculis credere meis. Et hoc dictum velim ne quis putet, eo quod dixerim 'quedam visa', me ob visa antiquitati in aliquo derogasse.

122 Insuper si equo non incedo passu, nunc scilicet pingui et amplissimo stilo procedens, nunc tenui atque macilento, antiquis auctoribus ascribatur, quod ampliora de his que exangui scribuntur calamo non liquere. Abundantiora vero advertens scripsi, cum certissimum habeam eruditos his non indigere: rudibus, donec in ampliorem venerint facultatem, nulla tam longa demonstratio est que non videatur esse brevissima.

123 Sed erit forte qui dicat: si adeo rudes tibi erant animo, cum hodie fere locorum nomina permutata sint omnia nec aliquid constet antiquum, cur usus non es, ubi opportunitas exegisset, nominibus hodiernis? His facile respondetur. Non enim est qui hanc doctrinam tradiderit aut memoriale reliquerit, nisi pauca sint, esto per coniecturas aliqua plura deprehendi possint: utputa quem Perusinum hodie lacum dicimus, Trasimenum fuisse coniecturamus, eo quod Flaminium consulem

Hannibalem apud Aritium expectasse legimus et e vestigio secus Trasimenum lacum conseruisse; et quia lacus alter preter Perusinum Aretio propinquus non est, satis illum percipimus Trasimenum; et sic de aliquibus fecisse fuerat possibile.

124 In reliquis potius divinasse necesse erat quam alicuius posse imitari vestigium, quod quidem ego non didici. Et si novissem, libri veterum qui talibus utuntur vocabulis, ad quorum intelligentiam opusculum hoc elaboratum est, omnes erant etiam immutandi, qui labor erat indeficibilis, nec est meum, nec etiam honeste alterius esse potest.

125 Poteras, dicet alter, et nova et vetera posuisse. Iam ultro confessus sum me omnia non novisse, que etiam si novissem satius forte fuerat scripsisse ut factum est, ut aliqualis labor studentium relinqueretur ingeniis, ad hoc ut, dum talia perquirendo fatigabuntur, et memoriam firment et illud ad maiora subliment, et magis delectentur invento. Et si quedam preter materiam aliquando comperiantur inserta, ad auferendum continentie lectionis fastidium factum est.

126 Sane dum raptim ceptum stadium ad metam cupiens devenero percurrerem, ecce et lauree delectabilis odor oculos meos alteram traxit in partem, et vidi insignem atque venerabilem virum Franciscum Petrarcham inclitum preceptorem meum honesta facie et laurea virenti conspicuum per idmet stadium, lento tamen incedentem gradu, non equidem labore attritum sed altioribus cogitationibus pressum et celebri atque commendabili gravitate deductum. Obstupui aspectu primo, miratus quod circa tam infimum limen deduceretur homo sublimis. Inde memor Maronem solitum non nunquam greges per imas valles deducere et aliquando Eneam suam etiam supra astra transferre, rubore suffusus plurimo constiti et fortunam ante alia damnavi meam quod eo me in discrimine deduxisset ut auditor ex minimis cum preceptore lutarer; pendensque multa e vestigio animo circumvolvi, an irem scilicet et inceptum iter perficerem aut starem seu potius omnino redirem et pressa humo vestigia exturbarem. Occurrebant autem michi plurima suadentia reditum, et ante alia clarissimi preceptoris mei sublimitas stili ornata redimita mirabili et sententiarum ponderosi-

tate plurima stabilis; et insuper lepiditate verborum delectabilis nimium, quantumcunque extranea videatur materia; preterea notitia rerum, cuius plurimum indiget labor iste, quam adeo sibi familiarem noveram ut vidisse omnia et tenaci servasse memoria videretur. Et cum his ruditas mea, stilus exoticus, hystoriarum penuria, ingenium hebes et fluxa memoria veniebant. A quibus persuasus cum iam essem semiflexus in reditum, et ecce proverbium vetus venit in mentem, quo aiunt: "Contraria iuxta se posita magis elucescunt". Et ex eo arbitratu fulgoris sui radios, quantumcunque de se clarissimos, opacitatis mee tenebras penetraturos posse videri intuentibus clariores, mutavi consilium et ad eius reverentiam non pugil sed obsequiosus servulus et itineris strator in finem usque deductus sum, volens iubensque, si quod meritum michi laboris huius expectandum est, cautos esse lectores ut si quid in hoc opere operi viri incliti comperiat adversum damnetur illico et sua sequatur tanquam vera stansque sententia. Scripsi quidem quod in buccam venit: ipse autem (si mores novi suos) omnia multiplici trutinazione digesta, omnia ponderoso librata iudicio scripsit scribetque. Si quid vero congruum, suis conforme scriptis, comperiat, divine bonitati et doctrine ascribatur sue.

NOTA AL TESTO
BIBLIOGRAFIA
NOTE

NOTA AL TESTO

Del *De montibus* sono noti finora circa settanta codici¹ di varia età e di diversa tipologia. Compresi tra il xiv e il xvi secolo, essi inseriscono il trattato in miscellanee di testi più o meno omogenei oppure lo propongono isolatamente; sono membranacei (8 mss., tutti del secolo xiv) o cartacei; hanno esecuzione piuttosto accurata in grafia libraria o costituiscono esemplari da studio in feriale corsiva: insomma, nel loro insieme, attestano attraverso tre secoli la singolare fortuna, tanto in estensione quanto in profondità, di quest'opera boccacciana poi quasi dimenticata. Tra loro, purtroppo, non è stato finora concesso individuare, come invece è accaduto per gli altri maggiori trattati latini, un manoscritto autografo; ciò che rende presso che impossibile realizzare con ragionevole spesa di tempo e di fatiche una vera e propria edizione critica del *De montibus*.

Per un certo non secondario riguardo è proprio la fisionomia stessa dell'opera, e con essa il metodo e i criteri seguiti da Boccaccio nel comporla, che rende inevitabile questa sconsolata conclusione. Costituito per circa due terzi (in misura materiale) di nomi propri, quasi tutti toponimi ed etnonimi stravaganti e desueti, nonché, *in toto*, di notizie peregrine la cui plausibilità si sottrae a ogni verifica logica e sperimentale, il trattato si rivela, per vocazione, un feracissimo terreno di cultura delle deformazioni testuali più violente; tanto che, anche a tener conto delle abitudini grafiche non rigorose dell'autore, non vi è praticamente una sola voce che non presenti guasti vistosi: la più parte dei nomi propri sono sconciati fino a risultare irricognoscibili, per non parlare di lacune e nonsensi.

Anche se questi fossero normali incidenti della tradizione manoscritta discesa a valle del *De montibus*, il loro numero e la loro natura renderebbero dispeperata la rituale procedura per la delineaione, sulla base degli errori, di uno stemma atto a fissare un testo accettabile. Il fatto più grave, tuttavia, è che la mera collazione dei numerosissimi testimoni non è in grado di riconoscere quali errori conclamati e varianti si debbano attribuire alla tradizione del trattato (e quindi siano utili ai fini stemmatici) e quali invece siano sviste dell'autore o eredità trasmesse dalle sue fonti. I tipi di fonti utilizzati da B. soggiacciono infatti, per le medesime ragioni, agli stessi incidenti cui s'è accennato per il *De montibus*: un *codex deterior* di Plinio, di Eusebio-Girolamo, di Servio e così

1. Sono precisamente 66 (trascurando quelli di cui si ha notizia ma che risultano attualmente irripetibili), di cui 53 recensiti in V. BRANCA, *Tradizione delle opere di Giovanni Boccaccio*, I, Roma 1958, pp. 99-102, e altri 13 in Id., *Tradizione delle opere di Giovanni Boccaccio*, II, Roma 1991, pp. 55-56.

via (ma più in generale di qualsiasi opera antica) è, per quanto riguarda l'onomastica e in specie la toponomastica, un cimitero di orrori, su cui l'acribia di filologi provetti, dal Quattrocento a oggi, si è affannata e continua ad affannarsi. Una verifica non sistematica, di cui il lettore troverà qualche traccia nelle note che qui corredano il trattato, ha mostrato che errori e varianti del testo boccacciano, a prima vista promettenti per la normale strategia della critica testuale, risalivano, in realtà, alle sue fonti. Naturalmente non era pensabile una indagine davvero compiuta sulla tradizione di queste ultime: ci si è basati sugli apparati critici disponibili, assai difformi per criteri ed estensione, quindi su una raccolta e un trattamento assai eterogenei dei materiali a monte, per dir così, del *De montibus*. Ma si è visto quanto bastava per concludere che in pratica nessun apparente *locus criticus* nella tradizione manoscritta del nostro dizionario geografico dà affidamento per le esigenze stemmatiche né, in caso disperato, autorizza a interventi risanatori anche ovvii.

In seguito a queste verifiche e a queste considerazioni è apparsa come una soluzione praticabile quella di stabilire una sorta di *vulgata* del *De montibus*... quale verosimilmente fu letta nel secolo XIV esente e nell'ineunte secolo XV. Si è a questo fine costituito, con criteri indubbiamente eclettici, un primo testo provvisorio sulla base di un certo numero di testimoni scelti non tanto per una del resto inverificabile maggiore attendibilità, ma come rappresentativi della varia tipologia delle testimonianze: si tratta dei codici siglati, nella recensione di Branca, **B** (membr., sec. XV), **LO**¹ (cart., sec. XIV) **O**² (membr., sec. XIV), **Vb** (cart., sec. XIV), **Vre** (membr., sec. XIV), **Vu** (membr., sec. XV). Questo testo preliminare è stato messo a confronto con gli errori o comunque con le lezioni tradite delle fonti trascritte da Boccaccio, da noi recuperati per lo più attraverso i rispettivi apparati critici. La concordanza è stata considerata garanzia che il testo, per assurdo e scorretto che potesse apparire, era stato così voluto, in perfetta buona fede e in ossequio ai suoi autori, da Boccaccio stesso. È una procedura meramente pragmatica, ce ne rendiamo conto, e poco rigorosa: ma ha almeno il merito di inquadrare un testo passabilmente sicuro, garantito, per dir così, proprio dagli esemplari tutt'altro che felici delle fonti su cui Boccaccio si è scrupolosamente documentato (pessimo risulta il manoscritto usato per l'autore più largamente presente, Plinio).

Il principio così adottato si rivela di qualche soccorso anche per la scabrosissima questione dei criteri grafici. In linea generale, data la connessione cronologica e sostanziale del *De montibus* e della *Genealogia deorum*, va da sé che, anche per la contiguità in cui si trovano le due opere nella presente edizione, al trattato geografico si applichino per estensione le regole stabilite da Vittorio Zaccaria sul fondamento dell'autografo nella sua edizione del trattato mitografico. A quelle regole, o a loro estrapolazioni analogiche, ci siamo dunque attenuti di norma; e ad esse rinviamo soprattutto per la giustificazione di peculiarità e anomalie grafiche (quali per esempio *hostium*, *Oceanus*, *Ytalia* e *Yndia*, *Boetia*, *Daves* [per *Daphne*], eccetera), che abbiamo sempre osservato, eventualmente anche contro la testimonianza dei manoscritti. Tuttavia quel modello non risolve che in minima parte i problemi sollevati da oscillazioni o da usi divergenti da quelli documentati negli autografi boccacciani. L'ordine alfabeti-

co, in cui sono disposti, pur con qualche licenza, i lemmi del trattato geografico, mostra che Boccaccio, quali che siano le sue personali abitudini grafiche, di fronte alla moltitudine di nomi propri inauditi ed eteroclitici con cui si misura, riporta passivamente le grafie che trova nei manoscritti delle fonti, sino a mantenerne talora i dittonghi *ae oe*, per altro verso estranei affatto al suo sistema ortografico, scrivendo non solo *Aecis*, *Aesis*, *Laerus* eccetera (confermati appunto dall'ordine alfabetico), ma anche, per esempio, *Bubaesius*. Certamente per lui non si trattava di dittonghi, ma di grafie appropriate a toponimi di cui non aveva altra notizia. A maggior ragione passivo egli si mantiene di fronte alla toponomastica grottescamente deformata del Caucaso o dell'Isola di Taprobana che trova in un codice pliniano; cosicché i criteri grafici che in altre opere egli applica coscientemente e prendendosene la responsabilità qui riescono inattivi per lui e inefficaci per l'editore del *De montibus*, ponendo a quest'ultimo peculiari e quasi irrisolvibili problemi.

Anche a questo riguardo si sono adottate soluzioni eclettiche per tutte quelle circostanze in cui non soccorrevano i criteri ortografici già seguiti dai precedenti editori di opere latine della maturità boccacciana (vale a dire nei nomi propri, che presentano la casistica di gran lunga prevalente nel trattato). Si è dunque attuata una temperata riduzione alle forme normalizzate, con l'uso corretto di *b, y*, del digramma *ph*, eccetera quando a ciò è parso autorizzassero grafie presenti nella tradizione delle fonti e, in minore misura e con maggiore cautela, nella tradizione manoscritta del *De montibus* (specie quando le une e le altre concordassero). Si noti che queste forme, quando siano iniziali, appaiono ininfluenti per l'ordine alfabetico: per esempio, *Ph-* è regolarmente inserito nella sequenza *F-* (ma *Ae-* va naturalmente con *A-*; mentre con *E-* e sotto *E-* sono registrate forme che nella grafia classica hanno il dittongo iniziale).

Il lettore non può dunque aspettarsi di trovare nella nostra edizione una testimonianza dell'ortografia boccacciana, né, tanto meno, un documento attendibile della tradizione indiretta di taluni scrittori classici. Ma il *De montibus* mostra, ancor più di altre opere latine di Boccaccio, il nostro autore nel vivo del suo lavoro di erudito maturo, lasciando allo scoperto i singolari meccanismi della sua ricerca di notizie e quelli della loro elaborazione secondo una tecnica non puramente centonaria ma paragonabile semmai a quella di un meticoloso intarsio. Più che altro a mettere in luce questi aspetti mirano le nostre annotazioni, troppo scarse, sebbene numerose, per costituire un vero e proprio commento, e di regola limitate all'individuazione delle sole fonti realmente utilizzate nel *De montibus* (senza quindi indulgere ad alcuna discussione di problemi che non riguardino in senso stretto la composizione del trattato) in modo da offrire, almeno per un settore parziale, un sufficiente inventario di letture e congetture boccacciane.

BIBLIOGRAFIA

Non si ritiene opportuno registrare particolarmente qui le opere antiche e medievali utilizzate e citate nelle chiose, giacché è verosimile che per il tipo particolare di lettore esperto cui si rivolge la nostra modesta fatica di annotatori riescano volta per volta trasparenti sia i rimandi, parcamente abbreviati, alle rispettive fonti, sia i riferimenti sottintesi alle loro edizioni più autorevoli, o più usitate, o sole disponibili (e, occorrendo, ai loro apparati di varianti). Si è seguito il criterio di usare il semplice nome dell'autore quando questo riuscisse sufficiente a individuare anche l'opera (per es. Livio, Plinio, Vitruvio...); di scorciare il meno possibile i titoli, dove fosse invece necessario indicarli, così da renderli facilmente riconoscibili a prima vista; di aggiungere o sostituire, in alcuni casi, ai consueti numeri di libri, capitoli, paragrafi, versi, e così via, quelli delle pagine delle edizioni di più ovvio o di più comunemente accreditato riferimento, se ci è parso che ciò giovasse a ritrovare con maggiore facilità passi di opere non altrimenti, o solo malagevolmente, distinguibili.

Le note, di norma, non mirano a chiarire né a discutere questioni di geografia antica o moderna, di mitologia, di letteratura e di storia, e dunque tacciono della bibliografia pertinente, giacché agli occhi degli specialisti cui non possono rivolgersi oggi le pagine del *De montibus* tutto ciò riuscirebbe superfluo e persino indiscreto. Si è cercato invece di rappresentare, anche con una certa minuzia, i presupposti metodologici e i procedimenti filologici adottati da B. nel suo lavoro erudito, e di valutarne la qualità, l'efficacia e gli esiti.

Per considerazioni analoghe circa la fisionomia del lettore ragionevolmente prevedibile si è volentieri rinunciato alla traduzione, del resto assurda anche sotto altri riguardi.

Per gli aspetti generali di quella parte dell'opera del B. che più si riconduce agli interessi filologici ed eruditi della piena e tarda maturità dell'autore ci sia

poi consentito di rinviare all'ampia bibliografia distribuita nei vari tomi della presente edizione di «Tutte le opere di Giovanni Boccaccio», e in specie a quella che corre da sempre per cura dell'espertissimo Vittorio Zaccaria i libri *De mulieribus claris* e *De casibus virorum illustrium*, nonché, in questo stesso volume, le *Genealogie deorum gentilium*. Per qualche più particolare contributo sul *De montibus* si vedano: A. HORTIS, *Accenni alle scienze naturali nelle opere di Giovanni Boccacci e più particolarmente del libro De montibus, silvis etc.*, Trieste 1877 (estratto dal «Bollettino della Società Adriatica di Scienze Naturali», III, 2); ID., *Studj sulle opere latine del B.*, Trieste 1879, pp. 229-257 e *passim*; M. PASTORE STOCCHI, *Tradizione medievale e gusto umanistico nel "De montibus" del B.*, Padova 1963; G. BOCCACCIO, *Dizionario geografico... Traduzione di Nicolò Liburnio*, a cura di G. F. PASINI, Torino 1978; D. DELCORNO BRANCA, *B. e le storie di re Artù*, Bologna 1991, specie pp. 115-126; M. PASTORE STOCCHI, *La cultura geografica dell'Umanesimo*, in AA. VV., *Optima hereditas. Sapienza giuridica romana e conoscenza dell'ecumene*, Milano 1992, pp. 561-586; ID., *Ermolao Barbaro e la geografia*, in AA. VV., *Una famiglia veneziana nella storia: i Barbaro*, Venezia 1996, pp. 101-116.

[I.] DE MONTIBUS

1. L'inciso anacoluto "aliquali ... cupiens" costituisce una sorta di nominativo assoluto, costruito frequente nella prosa latina di B.: v., subito sotto, l'inciso analogo "nil agentes".
2. Esempi di "otium non quo evanescit virtus, sed quo recreatur", raccolti da VALERIO MASSIMO, 8, 8, ext. 1 (Socrate) e 8, 8, 1 (Lelio e Scipione: ma si tratta di Lelio Minore e di Scipione Emiliano).
3. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 90, p. 21 K.
4. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 89, p. 17 K.
5. I mss. veramente recano *idem*, e così, forse, ha scritto B. adottando dapprima il genere neutro "una sola e medesima cosa", ma trascurando poi di ristabilire la concordanza con *montem* che segue.
6. POMPONIO MELA, 1, 27. Nel tratto "et ex Oceano ... dictum est" si consideri sottinteso "fuisse divisum": "e che dall'Oceano fu diviso quel mare che prima etc."
7. PLINIO, 4, 32 ("Aeantium").
8. PLINIO, 4, 6.
9. SERVIO, *Aen.* 8, 678.
10. LIVIO, 32, 23, 10 "Promunturium Iunonis quam vocant Acraeam". B. ha scambiato l'epiteto della dea per un toponimo.
11. Credo si tratti qui del monte (o meglio, promontorio) "Aeantium", cui B. ha dedicato una voce secondo la lezione deformata *Acanthus* (v.), e che ora, secondo un testo diversamente guasto, è identificato a torto con il monte "Acontius".
12. PLINIO, 4, 25.
13. OROSIO, 1, 2, 40.
14. Cfr. ISIDORO, *Etym.* 14, 8, 6.
15. Questa assurda etimologia, certo non antica, potrebbe essere suggerita dalle fonti per noi inverificabili ("Pronapides", Paolo Perugino) che collocavano sugli Acrocerauri il curioso mito cosmogonico della "solis creationem" riferito da B. in *Gen. deor.* 1, 7.
16. PLINIO, 3, 97.
17. POMPONIO MELA, 2, 48; cfr. PLINIO, 4, 11.
18. Questa localizzazione non consta dalle fonti a me note.
19. PLINIO, 4, 25 ("Hadylius" edd.).
20. LIVIO, 38, 18, 8.
21. LATTANZIO PLACIDO, *Theb.* 3, 461, dove il toponimo "Aphesas" compare all'accusativo.

22. PLINIO, 4, 17.
 23. Oltre ai luoghi citati nelle note precedenti cfr. LATTANZIO PLACIDO, *Theb.* 3, 633.
 24. PLINIO, 5, 83.
 25. VIBIO SEQUESTRE, 235.
 26. Toponimo non identificato.
 27. VIBIO SEQUESTRE, 229.
 28. SERVIO, *Aen.* 3, 703 e 704.
 29. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 87, p. 13 K.
 30. Cfr. GIUSTINO, 43, 1, 6 "Evander ... cui Faunus et agros et montem, quem ille postea Palatium appellavit".
 31. GOFFREDO DI MONMOUTH, *Hist. regum Brit.*, 27 ("Agned").
 32. In PLINIO, 5, 32, che qui B. ha sott'occhio, non è menzione di un promontorio "Al", ma alcuni mss. pliniani deformano in modo simile le cifre romane postevi a misurare alcune distanze.
 33. PLINIO, 3, 63.
 34. SERVIO, *Aen.* 1, 270 e 3, 390.
 35. PLINIO, 5, 75 ("Ptolemais, quae quondam Acce" edd.).
 36. VIBIO SEQUESTRE, 226.
 37. PLINIO, 4, 36.
 38. Cfr. PAOLO DIACONO, *Hist. Rom.* 1, 17.
 39. Questo commento di B. richiama l'ambientazione di *Dec.* 5, 3.
 40. PLINIO, 5, 140 ("montes ... Olympum").
 41. PLINIO, 5, 113 ("Aulocrene", "Maeander").
 42. Cfr. PLINIO, 3, 47 e POMPONIO MELA, 2, 76.
 43. Cfr. POMPONIO MELA, 2, 73 "usque in Thraciam penetrant".
 44. Cfr. LIVIO, 21, 37, 2.
 45. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 123, p. 171 K.
 46. PLINIO, 5, 80.
 47. PLINIO, 5, 91, menziona il "sinus Issicus" e poco oltre la città "Tarsos".
 B., sfavorito da una lezione pliniana assai guasta, ha equivocato.
 48. PLINIO, 6, 10.
 49. POMPONIO MELA, 1, 105.
 50. GOFFREDO DI MONMOUTH, *Hist. regum Brit.* 104 e 127: secondo cui il nome del monte deriva dal "coenobium Ambrii abbatis", che vi sorgeva.
 51. CURZIO RUFO, 8, 10, 19, scrive "in avios silvestresque montes": B. ha letto "Amios", vedendovi un toponimo.
 52. POMPONIO MELA, 1, 70.
 53. PLINIO, 5, 2.
 54. POMPONIO MELA, 1, 25-26. Dove nella voce si fa riferimento al principato di Nerone, Pomponio Mela scrive semplicemente "nunc": il particolare va notato perché implica che B. collocava il cosmografo, con sufficiente approssimazione, intorno alla metà del I secolo d. C.
 55. PLINIO, 13, 95. Plinio scrive solo che il monte "laudatissimum dedit citrum": il cipresso vi è menzionato più sopra ad altro proposito, ma B. deve aver letto frettolosamente.

56. POMPONIO MELA, 1, 77.
 57. PLINIO, 5, 68.
 58. LIVIO, 39, 2, 2 ("Auginus": che la lettura scorretta risalga a B. stesso appare confermato dall'ordine alfabetico).
 59. Il lemma appare assai deformato, e ne riesce difficile l'identificazione.
 60. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 89, p. 19 K.
 61. ISIDORO, *Etym.* 9, 2, 49.
 62. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 89, p. 19 K.
 63. PLINIO, 4, 6.
 64. Si tratta di una notizia confusa, probabilmente ricavata per autoschediasmo da VIRGILIO, *Buc.* 6, 65 "Aonas in montes ut duxerit una sororum" e *Geo.* 3, 11 "Aonio rediens deducam vertice Musas", dove peraltro Servio precisa che si allude appunto all'Elicona, monte dell'Aonia. Cfr. anche LATTANZIO PLACIDO, *Acb.* 1, 10.
 65. La localizzazione è evidentemente scorretta, e forse dipende da qualche chiosa medievale ai luoghi virgiliani citati nella nota precedente.
 66. PLINIO, 4, 73 "atollitur monte Saocce".
 67. ISIDORO, *Etym.* 14, 8, 13.
 68. I mari "Inferum" e "Superum" sono rispettivamente il Tirreno e l'Adriatico.
 69. Cfr. ORAZIO, *Carm.* 1, 18, 2: Catillo sarebbe stato il mitico fondatore di Tivoli. V. anche la voce *Catillus mo.*
 70. Poiché Terracina e Gaeta si trovano più a settentrione di Teano, B., che descrive lo sviluppo dell'Appennino da nord-ovest a sud-est, avrebbe dovuto in effetti menzionarle prima.
 71. Presso VIRGILIO, *Aen.* 3, 400-402, che qui B. sembra aver presente, si ricorda la tradizione secondo cui Idomeneo re di Creta avrebbe invaso il Salento, ma la fondazione di Petilia vi è attribuita piuttosto a Filottete.
 72. Pur ispirandosi forse a PLINIO, 3, 48, B. ha descritto il tracciato dell'Appennino in modo sostanzialmente originale, in buona parte attingendo a conoscenze dirette dei luoghi.
 73. PLINIO, 5, 23.
 74. PLINIO, 5, 104 ("Aphrodisias" edd., ma la grafia *Aprodisias* compare già in alcuni mss. pliniani).
 75. Forse B. allude a VIRGILIO, *Buc.* 2, 24 (luogo, peraltro, di controversa interpretazione): cfr. anche LATTANZIO PLACIDO, *Theb.* 4, 463; e, per l'accento a Minerva, STAZIO, *Theb.* 2, 239.
 76. SERVIO, *Buc.* 2, 24.
 77. Cfr. PLINIO, 4, 6.
 78. VIBIO SEQUESTRE, 221.
 79. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 82-83, pp. 3-5 K.
 80. PLINIO, 4, 55.
 81. VIBIO SEQUESTRE, 233.
 82. PLINIO, 4, 113 "Artabrum", ma cfr. SOLINO, 23, 5, dove alcuni codd. leggono appunto *Olisponense*.
 83. OROSIO, 1, 2, 43 "Oscobares".

84. SOLINO, 45, 4.
 85. OROSIO, 1, 2, 41. V. la voce *Cariobarzanes mo.*
 86. VIBIO SEQUESTRE, 222, secondo la lezione tràdita: le edd. leggono "Artusius".
 87. Da SERVIO, *Buc.* 5, 71 (ed è notevole che B., pur senza trarne esplicitamente conseguenze di carattere testuale, abbia messo in parallelo le due testimonianze di Servio e di Vibio, nonostante la forma abbastanza diversa in cui vi leggeva il toponimo).
 88. Fraitende PLINIO, 5, 96 "in monte Arpendum": si tratta di una città posta su un monte innominato.
 89. PLINIO, 6, 8. In effetti alcuni codici pliniani recano *sub monte Arcago*, o *Atargao*, e *Maizacum* dove gli edd. leggono rispettivamente "Argeo" e "Mazacum": l'ipotesi del B., suggerita dal luogo parallelo di Solino utilizzato per la voce *Argeus mo.* (v.), è dunque corretta, anche se in questo come in altri casi analoghi egli sembra pensare a originarie oscillazioni nella toponomastica piuttosto che a varianti testuali prodottesi nella tradizione manoscritta delle fonti.
 90. PLINIO, 4, 21.
 91. PLINIO, 4, 17 ("Artemisius" edd., ma la lezione *Artemius* compare in taluni mss.).
 92. Il toponimo appare deformato e non identificabile: è verosimile che B. abbia letto male o frainteso la sua fonte.
 93. VIBIO SEQUESTRE, 224.
 94. PLINIO, 4, 17.
 95. OROSIO, 1, 2, 93, dove il nome compare all'accusativo.
 96. Veramente Orosio, da cui dipende la prima parte della presente voce (cfr. la nota precedente), ne parla appunto come di un monte della Mauritania, perciò non si comprende l'accenno di B. ad altri autori.
 97. LIVIO, 32, 5, 11.
 98. PLINIO, 5, 35.
 99. PLINIO, 5, 10.
 100. PLINIO, 5, 6.
 101. SOLINO, 24, 10.
 102. PLINIO, 5, 7.
 103. PLINIO, 5, 14.
 104. Cfr. VITRUVIO, 6, 7, 6 e ISIDORO, *Etym.* 13, 21, 7.
 105. Cfr. PLINIO, 4, 37, che è la fonte principale dell'intera voce, con le modifiche e le integrazioni che saranno segnalate nelle note seguenti.
 106. VIBIO SEQUESTRE, 230.
 107. Le due differenti misure sono fornite rispettivamente da ISIDORO, *Etym.* 14, 8, 10 e SOLINO, 11, 33.
 108. Cfr. POMPONIO MELA, 2, 31; SOLINO, 11, 33.
 109. Cfr. POMPONIO MELA, 2, 32; SOLINO, 11, 34. In PLINIO, 4, 37 e in Pomponio Mela le edd. leggono *Acrothoon*, in Solino *Acroton*: ma il toponimo è variamente deformato nelle rispettive tradizioni mss.
 110. PLINIO, 4, 15 ("Acritis").

111. OROSIO, 1, 2, 94 ("Abennae" edd., ma il toponimo appare deformato nei mss. di Orosio). Si tratta della rupe di Abila.
 112. Fin qui da SERVIO, *Aen.* 7, 657, che riferisce le varie opinioni (ma Servio scrive che i Sabini nominarono il colle "ab Avento, fluvio provinciae suae", non da un monte come scrive B.).
 113. Per queste altre etimologie cfr. VARRONE, *De lingua Lat.* 5, 43.
 114. Reminiscenza diretta di ORAZIO, *Carm.* 2, 6, 18-19 "et amicus Aulon / fertilis Baccho".
 115. Cfr. LATTANZIO PLACIDO, *Theb.* 2, 292.
 116. GOFFREDO DI MONMOUTH, *Hist. regum Brit.*, 17 (il toponimo vi è menzionato a proposito dell'itinerario dell'eroe eponimo Brutus da Troia ad Albione). Cfr. OROSIO, 1, 2, 92 "Uzarae".
 117. EUSEBIO-GIROLAMO, *Onom.* 106, p. 55 K.: B. sembra disorientato dal lemma di Girolamo, che forse consulta in una lezione guasta non congruente con quanto scrive la Bibbia, *Iud.* 3, 3.
